Journal der pract. Heilk. v. Hufeland und Harles n. F. 1818. St. 4. S. 133. Älteste schriftl. Urkunde von der
venerischen Krankheit. S. Brera Giornale di Medicina 1817. August. Bisher wurde Marcellus Cumanus
für den ersten Schriftsteller über die venerische Krankheit gehalten, aber älter als dieser Schrift ist ein
Brief von Scillatius, den H. Ritter Morelli, Aufseher der Marcus-Bibliothek zu Venedig aufgefunden
hat. Er befindet sich in seinen Werken und ist vom 18ten Jan. 1494, also ein Jahr älter als die Beobachtung
von Marcellus Cumanus, sie ist wörtlich aus Ex Opusculis Nicolai Scyllatii Siculi Messanensis.
impressis Papiae 1496. 4o abgedruckt.

34356/D
vol 3

Stack 1700-1850

LUISINUS, L.

APHRODISIACVS
SIVE
DE LVE VENEREA
IN DVAS PARTES DIVISVS
QVARVM ALTERA CONTINET
EIVS VESTIGIA
IN
VETERVM AVCTORVM MONIMENTIS
OBVIA
ALTERA QVOS
ALOYSIVS LVISINVS
TEMERE OMISIT
SCRIPTORES
ET
MEDICOS ET HISTORICOS
ORDINE CHRONOLOGICO
DIGESTOS
COLLEGIT NOTVLIS INSTRVXIT GLOSSARIVM
INDICEMQVE RERVM MEMORABILIVM
SVBIECIT

D. CHRISTIANVS GOTHFRIDVS GRVNER

SERENISSIMO DVCI SAXO-VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSILIIS AVLAE BOTANICES ET THEORETICES IN VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS FACVLTATIS MEDICAE ADSESSOR ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM COLLEGA REGIAE AVRELIANENSIS ET DIVIONENSIS ELECTORALIS MOGVNTINAE SCIENTIARVM VTILIVM SOCIETATIS REGIAE MEDICAE ET AGRARIAE PARISIENSIS DVCALIS LATINAE IENENSIS ACADEMICAE PRINCIPALIS HASSIACAE ET OECONOMICAE BAVARICAE BVRGHVSANAE VLISSINGENSIS HARLEMENSIS PHYSICAE EXPERIMENTALIS ROTTERODAMENSIS ARTIVM ET SCIENTIARVM RHENO-TRAIECTINAE ET MOSQVENSIS EXCOLENDIS LITTERIS ROSSICIS NEC NON COLLEGII REGII MEDICORVM NANCEIANI SODALIS

IENAE
APVD CHR. HENR. CVNONIS HEREDES
CIƆ IƆ CC LXXXVIIII.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

APHRODISIACVS
SIVE
DE LVE VENEREA

IN DVAS PARTES DIVISVS

QVARVM ALTERA CONTINET

EIVS VESTIGIA

IN

VETERVM AVCTORVM MONIMENTIS

OBVIA

ALTERA QVOS

ALOYSIVS LVISINVS

TEMERE OMISIT

SCRIPTORES

ET

MEDICOS ET HISTORICOS

ORDINE CHRONOLOGICO

DIGESTOS

COLLEGIT NOTVLIS INSTRVXIT GLOSSARIVM

INDICEMQVE RERVM MEMORABILIVM

SVBIECIT

D. CHRISTIANVS GOTHFRIDVS GRVNER

SERENISSIMO DVCI SAXO-VINARIENSI ET ISENACENSI A CONSILIIS AVLAE BOTANICES ET THEORETICES IN VNIVERSITATE LITTERARVM IENENSI PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS FACVLTATIS MEDICAE ADSESSOR ACADEMIAE CAESAREAE NATVRAE CVRIOSORVM COLLEGA REGIAE AVRELIANENSIS ET DIVIONENSIS ELECTORALIS MOGVNTINAE SCIENTIARVM VTILIVM SOCIETATIS REGIAE MEDICAE ET AGRARIAE PARISIENSIS DVCALIS LATINAE IENENSIS, ACADEMICAE PRINCIPALIS HASSIACAE ET OECONOMICAE BAVARICAE BVRGHVSANAE VLISSINGENSIS HARLEMENSIS PHYSICAE EXPERIMENTALIS ROTTERODAMENSIS ARTIVM ET SCIENTIARVM RHENO-TRAIECTINAE ET MOSQVENSIS EXCOLENDIS LITTERIS ROSSICIS NEC NON COLLEGII REGII MEDICORVM NANCEIANI SODALIS

TOMVS TERTIVS

IENAE

APVD CHR. HENR. CVNONIS HEREDES

CIↃ IↃ CCLXXXVIIII.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

VIRIS

ILLVSTRIBVS EXCELLENTISSIMIS

EXPERIENTISSIMIS

D. PHILIPPO GABRIELI
HENSLERO

POTENTISSIMI REGIS DANORVM ARCHIATRO ET PROFESSORI MEDICINAE IN VNIVERSITATE LITTERARVM KILONIENSI ORDINARIO

REL. REL.

PATRONO FAVTORI

HORTATORI SVASORI ADIVTORI

OPERIS DIGNISSIMO

D. MATTHAEO DE MEDERER

MEDICINAE CHIRVRGICAE IN CAESAREO-REGIA VNIVERSITATE FRIBVRGENSI PROFESSORI ORDINARIO PVBLICO CONSILIARIO AVLICO ET PLVRIVM ACADEMIARVM SODALI

PATRONO FAVTORI ADIVTORI

OPERIS DIGNISSIMO

D. PASCALI IOSEPHO FERRO

POLIATRO VIENNENSI PRIMARIO ET IVDICII PROVINCIALIS PHYSICO CARCERVM PVBLICORVM ET NOSOCOMII CAPTIVORVM MEDICO DIRIGENTI

D. RVDOLPHO BVCHHAVE

POLIATRO HAFNIENSI ET REGIAE SOCIETATIS MEDICAE HAFNIENSIS MEMBRO ORDINARIO

FAVTORIBVS ET ADIVTORIBVS OPERIS DIGNISSIMIS

HAS

DE MORBO VENEREO

RELIQVIAS MEDICAS

ET

HISTORICAS

D. D. D.

SVIQVE MEMORIAM

PEROBSERVANTER COMMENDAT

EDITOR

PRAEFATIO

Saepe miratus sum, quid sit, quod medici inde ab eo tempore, quo turpissima lues hominum corpora polluit atque contaminauit, tantopere a se dissideant, si *de originibus* quaeritur. Alii eam mundo coaeuam *a*) et vetustissimis populis propriam censent, alii annum certo definiunt, quo primum erupisse statuenda sit, inque his Cl. EDVARDVS KING *b*) eam intra annum vcc — cIↃcLXII. iam Angliae incolis aduersum fuisse contendit, et Perill. de SCHIRACH *c*) eam naturalia HENRICI IIII. circa annum cIↃLXVI. male habuisse credit; alii quaeuis genitalium mala pro venereis habenda profitentur. Sed in his vel affirmandis, vel reprobandis non est, quod moremur, cum perquam lubricum fundamentum sit, cui res omnis nititur.

Certior lues est, quae demum sub finem seculi XV. derepente ac subito, hominibus nec opinantibus et adstupentibus, in conspectum venit. Bone deus, quot sunt illico factae medicorum concertationes, digladiationes, discordiae! Quot inuenta opinionum commenta de tempore, quando, ac de patria, vnde venerit, de contagii natura, et propagatione, formarum mutatione variisque infectionum modis! Quot medicamenta vel efficta, vel ex omni terrarum orbe depromta in hominum salutem atque perniciem! Quot viae medendi excogitatae, quarum quaeque laudatur ab his, culpatur ab illis! Quot denique volumina ab necessitate, sacra auri fame ridiculoque inclarescendi studio profecta et paullo liberalius effusa! Vide nomina apud Cl. GIRTANNERVM *d*), numera, et ex aequo diiudica, si potes. Nam et hic multa desunt. In quibus haud raro incertum est, quid magis mireris, imprudentiam in affirmando, an pertinaciam in negando. Hoc vnum exinde satis colligitur, neminem adeo tutum ac securum a praeiudiciis esse, vt non passim in contrarium rapiatur vel inani gloriolae captatione, vel contra dicendi pruritu, vel religionis affectatione, modo in hominum aures ac animos influeret. Hinc forte factum puto, quod cum aliquando contagionem veneream a poculo communi *e*), maxime sacro, fugiendam suaderem, exemplisque con-

a) Sic amicus vel post fata desideratissimus, STOLL. V. *Praelect. in diuersos morbos chronicos*, ed. EYEREL, *Vienn. ap. Wappler.* 1787. *p.* 5. et copiose probatum iuit *Sarmiento Antiquedad de las Bubas, Madrit* 1788. 8. quae paucis memoratur *Allgemeine Litt. Zeitung* 1789. No. 182. p. 617.

b) Morsels of Criticism tending to illustrated some few passages in the holy scriptures upon philosophical principipies and an enlarged view of things, Lond. 1788. 4. No. 9. Memoratur locus in *Allgemeine Litteratur-Zeitung* 1789 No. 64. sed ita, vt, quibus argumentis vsus ad probandum auctor sit, non satis pateat.

c) Biographie der Deutschen Th. VI. S. 14.

d) Abhandlung von der Lustseuche, P. II. et III. Göttingen 1789. 8.

e) v. Almanach für Arzte, I. 1783. S. 88. et I. 1785. S. 159. Der gemeinſchaftliche Kelch, nebſt einigen hiſtoriſchen und mediciniſchen Zweifeln — Iena bei Cunos Erben 1785. et iterum: Die veneriſche Anſteckung durch gemeinſchaftliche Trinkgeſchirre und durch den gemeinſchaftlichen Kelch aus Theorie und Erfahrungen bewieſen — Weiſſenfels und Leipzig bei Severin 1787. 8.

confirmarem, viri clarissimi, TRALLESIVS *f*), TODE *g*) et GIRTANNER *h*), non tantum arma inferrent, verum etiam sub specie religionis incautos lectores fallerent. Tales cum sint aduersarii, non lubitum est rem aleae plenam iterum aggredi. Veritatem facti et ego scio, et alii viri doctissimi confirmant, nec licet contagionem quandam temere negare, quia rarior ea est, quae ab coitu contrahitur. Iudicium sit penes iustos controuersiae arbitros, cuius vberiorem explicationem sponte sibi defendendam sumsit doctissimus meique studiosissimus discipulus, Cl. GRÜTZMACHER *i*).

Multa ergo restant in hoc morbi genere peragenda, neque deerit medicis post secula disceptandi disputandique materia, si velint intra opinionum commenta consistere, atque gladiatorum more hinc illinc vagari.

Sola historia duce ac magistra, licet tenebras dispellere, ac rem dubiam, ancipitem vel obscuram luce sua collustare. Hanc qui sequitur sine ira et partium studio, non facile potest fallere vel falli. Mirum est, medicos clarissimos etiamnum posse *de origine morbi Neapolitani siue Gallici* fluctuare, et de eo acriter disputare, Italiae, an Americae et Hispaniae in acceptis sit referendus. At vero nuperrime defendit Cl. GIRTANNER *k*) originem Americanam, viam, quam olim ASTRVCIVS inierat, presse secutus, negauit SANCHEZ, SARMIENTO *l*) et Cl. HENSLER *m*), Italiam vnice accusans. Ego vero etsi primum ab ASTRVCII partibus steterim, deinde paullum deflexerim, Africam *n*) almam foedi morbi parentem professus, tamen, curatius discussis versatisque maiorum libris, quorum antea non erat copia, non possum non sententiam mutare, et in HENSLERI castra transfugere, sed ita, vt, quantum eius fieri possit, vtrique sententiae sua constet veritas, salua libertate sentiendi: Nemini enim me mancipaui, nec vllius auctoritati vnquam assurrexi. Vbi verum inuenio, ibi mihi vindico. Dispiciamus ergo *de vera Gallici morbi origine*, missis aliorum opinionibus.

Quam demum cunque amplexeris opinionem, vnum id est certum et omni exceptione maius, ante annum CIↃCCCCLXXXXII. et CIↃCCCCLXXXXIII. talem non extitisse luem in nostro terrarum orbe, qualem inde ab hoc tempore cum medici, tum historici gregatim memorant. Debuit ergo quaedam noua et ante haec incognita caussa superaccedere, vnde demum orta et nata noua lues est. Eam quidem maxime contractam atque propagatam impuro coitu fuisse omnes consentiunt, sed mirum est, cur non prius ab eadem vulgiuaga venere eadem malorum congeries proruperit. Neque caussae morborum reliquae et communes huic generandae pares erant, relinquitur ergo quaedam occulta. Quaenam vero illa fuerit, de hoc quidem ambigitur, et adhuc sub iudice lis est. Cl. GIRTANNER materiam morbi e longinquo, id est, ex America repetit et arcessi iubet, et vel ipsum diem IIII. Martii CIↃCCCCLXXXXIII. Europae fatalem nominat. Iam vero hicce dies quidem ob primum COLVMBI ex India reditum solemnis et memorandus in aeuum est, sed ob luem inde importatam minime certus est, partim quia non adsunt testes idonei ac omni exceptione maiores, (id quod nuper abunde demonstrauit Cl. HENSLER) partim quod natura contagii et huius Indici, noui atque occulti, et eius, quod Hispani *bubas* appellant, nondum ad liquidum perducta est, partim quod minus probabilis putanda videtur isthaec mali noui et sporadici migratio in Italiam et subita in morbi epidemici transmutatio. Imo vero si Cl. SARMIENTO credimus

nus-

f) Ehre und Unſchuld des gemeinſchaftl. Kelchs bei dem heil. Abendmaal gegen ungegründete Einwürfe und Bedenklichkeiten gerettet. — Breslau 1785. et Nothwendige Vertheidigung ſeiner kleinern Schrift, — Breslau 1785.

g) Unterhaltender Arzt B. 3. S. 197.

h) L. cit. P. I. p. 67.

i) Comment. de miasmatis venerei indole variisque contagii excipiendi modis, Ienae ap. Göpfert. 1789. 4. et similiter sensit Cl. STIEGLITZ Diss. de morbis venereis laruatis, Gotting. 1789. p. 21.

k) L. cit. P. 23, seq.

l) L. cit.

m) Ueber den Weſtindiſchen Urſprung der Luſtſeuche, Hamb. 1789. 8.

n) Almanach für Aerzte, I. 1784. S. 226.

nuspiam extat tale testimonium, et iam anno cIↄccccLXXXXIIII. reperitur senatus supremi gallici decretum contra morbum, quem a figura nominant *groſſe verole.* Quamobrem donec nouas veteri opinioni suppetias ferant clarissimi viri, in primis Itali et Hispani, primos nouae luis narratores e squalore ac tenebris protrahendo, anceps, dubia et lubrica origo Indica erit.

Qua missa, restat, vt fontem mali foedissimi quaeramus in Italia. Ex historia satis superque patet, Romae ceterisque Italiae locis inde ab anno cIↄccccLXXXXII. et cIↄccccLXXXXIII. vehementissimam et pernicialem pestem grassatam esse, testibus Stephano Infessvra, Petro Delphinio, Ioanne Bvrchardo et Petro Pinctore, eodemque tempore Maranos, ex Hispania pulsos, Italiae fines intrasse, ac Romae ante portam Appiam substitisse, clanculum vrbem ingressos. Hanc vero pestem siue vulgarem putes, siue cum Henslero veneream, id certe videtur extra omnem dubitationis aleam positum, tunc temporis extitisse morbum quendam epidemicum malignum, eumque fere ab reliquis diuersum, quia simplex pestis quidem et perniciosa esse, et contagiosa solet, sed minime coitu vel contrahitur, vel propagatur. Quae cum mecum reputo, non possum non in eam ire sententiam, vt aliunde repetam origines, id est, *ab Maranis.* His sine dubio propria fuit et veluti priua ista contagio, et vel ipsis Hispanis incognita, donec Marani, iussi patrios lares relinquere, eam cum exteris communicarent. Sub hoc itinere nouum et incognitum malum derepente erupit, quo demum cunque loco transierant. Hinc stupor et admiratio cepit incolas Italiae, nescios, quo malo sidere tacti hoc in miseriarum genus inciderint. Neque sic cuiquam (puto) mirum amplius videbitur, turpem naturalium morbum vel ipsos Hispanos latuisse, si probe meminerimus, hos quidem Maranos, siue Mauros, siue Iudaeos censeas, nationi semper fuisse inuisos et veluti a reliquorum societate seclusos. Iustum ergo et aequum erat labis auitae occultandae consilium, ne quis inimicorum sibi dicam scriberet vel iniuriam faceret: Sic satis liquida, me quidem iudice, atque probabilis cum origo, tum propagatio mali esse videtur. Sic Gallorum copiis, circa medium annum cIↄccccLXXXXIIII. Italiam ingressis, et facta corporum miscendorum copia, potuit et virus praesens suscipi, et vlterius communicari primum cum Venetis, Mediolanensibus et Neapolitanis, deinde sequenti demum anno medio cum Hispanis, sub Cordova duce Siciliam et Calabriam appulsis. Sic contagii venerei nascentia pertinet ad Maranos, subita propagatio ad milites.

Ex his perspicuum est, cur Stephanvs Infessvra *o*) *mortuos* dixerit *quamplurimos ex peſte et contagione Maranorum*, cur Io. Baptista Fvlgosvs *p*) scripserit hanc *peſtem primo ex Hiſpania in Italiam allatam, ad Hiſpanos ex Aethiopia*, cur Ioannes Trithemivs *q*) *infectionis peſtiferae principium in Hiſpanis* quaesierit, et *ab Hiſpanis pullulaſſe in Gallos* contenderit, cur Leo Africanvs *r*) morbum ex *Hiſpania ad Africanos migraſſe* asserat, et Pavllvs Iovivs *ſ*) *id malum ab Iudaeis, ſub id tempus tota Hiſpania pulſis, in Italiam ceteraſque regiones vario eorum errore delatum* litteris consignarit, cur seriores medici et historici passim *morbum ab oriente veniſſe t*) profiteantur. Aut Maranos accuses, aut veritas in tenebris semper iaceat necesse est. Prior corporum corruptio, qualem Ioannes Salicetvs *u*) anno cIↄccccLVII. assignat, Paracelsvs *x*) anno cIↄccccLXXX. Petrvs Pinctor *y*) anno cIↄccccLXXXIII. et Petrvs Martyr *z*) anno cIↄccccLXXXVIII. probabilis quidem est, sed cum ab astrorum influxu repetatur, magis coniecturalis, quam vt possimus tuto fidere affirmantibus. Hinc etiam dubium relinquitur, vtrum hoc vitium idem cum *bubis a*) fuerit, an diuersum.

* 2 Sed

o) Aphrodisiac. p. 38.

p) Ib. p. 116.

q) Ib. p. 54.

r) Ib. p. 125.

ſ) Ibid.

t) *Champeg.* ib. p. 129.

u) Ib. p. 47.

x) Ib. p. 135.

y) Ib. p. 91.

z) Ib. p. 33.

a) Affirmat *Sarmiento* ἀνήτρος l. c. et putat, *bubas, morbum gallicum et elephantiam mellorum* esse eadem morborum genera.

Sed iterum quaeritur, vnde Marani hoc malum adspectu foedum ac turpe accepe-
rint. Non satis liquet, attamen probabilem puto coniecturam, Fvlgosi testimonio fre-
tus, Aethiopiam, id est, Africam *b)* eius genitricem et parentem fuisse, etsi tempus, quo
primum importabatur, ignotum sit. Erant vero Marani origine Saraceni siue Mauri, for-
te Iudaeis intermisti, hinc suis ciuibus ob religionem celatam suspecti, ergo subiecti morbis
Africae propriis, id est, contagiosis cutis affectionibus, videtur ergo ista genitalium con-
tagio endemia vel sub primo eorum aditu Hispaniam intrasse, vel sub seriori rerum corpo-
rumque commercio esse introductam. Cum ipsi Hispani nesciant, vnde venerit foeda lues,
necesse est hoc quidem virus fuerit Maranis proprium, commune Hispanorum minime. De
hoc quidem viderint iusti rerum arbitri, maximeque Hispani.

Restat, vt operis rationem strictim percenseam. Iuuenis adhuc in gallici morbi anti-
quitates *c)* curiosius inquisiui, neque viro displicuit haec inuestigatio, vtpote vtilis et iucun-
da, et passim sensa mea in vulgus edidi. Noua me coepit libido, cum scriptiones virorum
clarissimorum, Sanchezii et Hensleri, curatius legerem, et facile perspexi, quaestionem de
luis originibus esse perarduam, perplexam multisque implicitam difficultatibus, sed ita compa-
ratam, vt vlteriori exploratione indigeat. Redii ad studium intermissum, perspexi, quam
vanus et irritus labor sit sine luce historiae, hinc inde ab amicis percontatus sum, vtrum in bi-
bliothecis aliqua opella vetus, nec satis obuia, huic vero inquisitioni aptissima, lateat, nec ne,
Grvnbeckii libellum *de scorra pestilentiali*, commoda data occasione, ex squalore ac tene-
bris in lucem iterum protraxi, et fidem dedi publicam, me etiam Petri Pinctoris li-
brum rarissimum velle in vulgus edere. Venit illico mihi obuius, Cl. Hensler, horta-
tor et suasor fuit, vt hoc, quod ipse olim in animo habuerat, propositum ne mitterem,
et primos Gallici morbi narratores, in collectione Lvisini deficientes, vno volumine com-
prehenderem, immo vero ipse copias suas se suppeditaturum spopondit. Annui viri optimi
precibus, rem denuo aggressus sum, collegi, quicquid reliquum erat in monimentis medi-
corum et historicorum, ordinem temporum, quoad eius fieri posset, secutus, et beneuo-
lentia Excellentissimi professoris, Mÿlleri, qui academiae a bibliotheca est, strenue adiu-
tus, sensi subsidia litteraria amicorum exterorum, Medereri, Ferro et Bvchhave, et
sic hoc supplementum Lvisini, si placet, ad annum vsque cIↃIↃLVI. perduxi, in quo, praeter
Franciscvm de Villabolos, Ioannem de Fogveda, Avgvstinvm Niphvm, Iacobvm a
Bethencovrt, Antonivm Roverellvm et Thomam Rangonvm, neminem desideres. Dedis-
sem et hos, si per fata et amicos licuisset.

Neque, vt inter omnes constat, defuerunt inde ab eo tempore, quo turpissima lu-
es hominum corpora et ora foedauit, qui dispersas et facile perituras opellas vno com-
plecterentur volumine. Hinc variae natae sunt collectiones, eaeque hodie maximam par-
tem rarissimae. Ecce vero singularum inscriptionem!

1. Nicolai Leoniceni, Vicentini, et Ioannis Almenar, Hispani, l. *de morbo Gallico*, An-
geli Bolognini, Bononiensis, *De cura vlcerum exteriorum et vnguentis communibus in solutione
continui lib. II.* Alexandri Benedicti, Veronensis, L. *De peſtilenti febre*, Dominici Massa-
riae, Vicentini, *De ponderibus et mensuris medicinalibus Lib. III. Papiae ex off. Bernhardini de Ga-
raldis M. D. XVI. f.* (Astrvc) Nunquam vidi.

2. *Liber de morbo Gallico, in quo diuersi celeberrimi in tali materia scribentes medicine continentur aucto-
res* videlicet. Nicolavs Leonicenvs Vicentinus. Vlrichvs de Hvtten *Germanus.* Petrvs An-
dreas Matheolo Senensis. Lavrentivs Phrisivs. Ioannes Almenar *Hispanus.* Angelvs
Bo-

b) Hanc iam suspicatus sum *Almanach* für Aerzte I. 1784. S. 226.

c) Morb. Antiquit. p. 69. seq.

BOLOGNINVS. *Venet. per Ioannem Patauinum & Venturinum de Ruffinellis. Anno domini M.DXXXV.* 8. (ASTRVC. Bibl. TREW. et HENSLERI.) Perrara editio, sed sine delectu facta, sine paginis expressa, noua cuique libro inscriptione praefixa. Hanc coram habeo, nec visam, vt videtur, Cl. GIRTANNERO, cum hanc tertiam (v. Lib. cit. P. II. p. 85. et 90.) scribat, quae cum secunda est eadem. Alia collectio sub auctore Cl. ACKERMANNO a. 1532. 8. s. l. MASSAM, ALMENAREM, LEONICENVM, et BOLOGNINVM complexa in *Bibl. Trew.* reperitur, sed quatenus ab hac differat; non liquet.

3. *Morbi gallici curandi curatio exquisitissima a variis iisdemque peritissimis medicis conscripta:* nempe PETRO Andrea Matthéolo Senensi. IOANNE Almenar, *Hispano.* NICOLAO *Massa Veneto.* NICOLAO *Poll Caesareae Maieſt. physico.* BENEDICTO *de Victoriis, Fauentino. Hic accessit* ANGELI *Bolognini de vlcerum exteriorum medela opusculum perquam vtile. Eiusdem de vnguentis ad cuiusuis generis maligna vlcera conficiendis lucubratio. Cum Indice rerum omnium quae in curationem cadere possunt copiosissimo, Basileae, apud Ioan. Beb. D. M. XXXVI.* 4. 299. pagg. (Bibl. nostra) Adverbum repetita eſt Lugduni 1536. 8. teſte Cl. GIRTANNERO l. cit. p. 90.

4. *De morbo Gallico omnia quae extant apud omnes medicos cuiuscunque nationis, qui vel integris libris, vel quoquo alio modo huius affectus curationem methodice aut empirice tradiderunt, diligenter hinc inde conquisita, sparsim inuenta, erroribus expurgata, et in vnum tandem hoc corpus redacta. In quo de Ligno Indico, Salsa Perillia, Radice Chyne, Argento viuo, caeterisque rebus omnibus ad huius luis profligationem inuentis, diffusissima tractatio habetur. Cum* INDICE LOCVPLETISSIMO *Rerum omnium scitu dignarum, quae in hoc volumine continentur. Opus hac nostra aetate, qua Morbi Gallici vis passim vagatur, apprime necessarium. Catalogum Scriptorum sexta pagina comperies. Tomus prior. Venet. apud Iordanum Zilettum* 1566. f. 736. pagg.

De morbo gallico Tomus posterior, in quo medicorum omnium celebrium vniuersa monumenta, ad huius morbi cognitionem, et curationem attinentia, quae hucusque haberi potuerunt, nunquam alias impressa, nunc primum coniecta sunt. Cum INDICE LOCVPLETISSIMO *Rerum omnium scitu dignarum, quae in hoc volumine continentur. Catalogum scriptorum quarta pagina comperies. Venet. MDLXVII. Ex officina Iordani Ziletti.* 215. pagg.

Appendix tomi prioris de morbo gallico, in quo, qui eidem iam ante destinati fuerant, reliqui congesti sunt auctores. Cum indice, rerum magis memorabilium in eo contentarum, abunde amplo, et copioso. Catalogum scriptorum quarta pagina comperies. Venetiis, MDLXVII. Ex officina Iordani Ziletti. 93. pagg. (ASTRVC. Bibl. acad. et noſtra.)

In priori tomo continentur SEBASTIANVS AQVILANVS, NICOLAVS LEONICENVS, NICOLAVS MASSA, NATALIS MONTESAVRVS, ANTONIVS SCANAROLVS, IACOBVS CATANEVS, IOANNES BENEDICTVS, HIERONYMVS FRACASTORIVS, GEORGIVS VELLA, IOANNES PASCHALIS, NICOLAVS POLL, PETRVS ANDREAS MATTHAEOLVS, VLRICVS ab HVTTEN, WENDELINVS HOCK de BRACKENAV, CORADINVS GILINVS, LAVRENTIVS PHRISIVS, CONSALVVS FERRANDVS OWIETENSIS, IOANNES ALMENAR, ALOYSIVS LOBERA, LEONARDVS SCHMAVS, PETRVS MAYNARDVS, ANTONIVS BENIVENIVS, ALPHONSVS FERRVS, IOANNES de VIGO, ANTONIVS GALLVS, GASPAR TORRELLA, IOANNES BAPTISTA MONTANVS, ANDREAS VESALIVS, LEONARDVS FVCHSIVS, IOANNES MANARDVS, IOANNES FERNELIVS, BENEDICTVS VICTORIVS, AMATVS LVSITANVS, ANTONIVS MVSA BRASAVOLVS, ALEXANDER FONTANA, NICOLAVS MACCHELLVS, HIERONYMVS CARDANVS, GABRIEL FALLOPIVS, ANTONIVS FRACANTIANVS, IOANNES LANGIVS et PETRVS BAYR: In altero tomo BARTHOLOMAEVS MONTAGNANA, MARTINVS BROCARDVS, BENEDICTVS RINIVS, FRANCISCVS FRIZIMELICA, PETRVS TRAPOLINVS, BERNARDINVS TOMITANVS, IOANNES SYLVIVS, MICHAEL IOANNES PASCHALIVS, PROSPER BORGARVTIVS, BARTHOLOMAEVS MAGGIVS et ALEXANDER TRAIANVS PETRONIVS. *In appendice tomi prioris* ANTONIVS CHALMETEVS, LEONARDVS BOTALLVS, DOMINI

minicvs Leonvs, Avgerivs Ferrerivs, Petrvs Haschardvs, Gvilielmvs Rondeletivs, Dionysivs Fontanonvs et Iosephvs Strvthivs. Plures profecto medici, sed ita collocati, vt ordinem temporis et boni editoris officia vbique desideres.

5. *Aphrodisiacus siue de lue venerea in duo volumina bipartitus, continens omnia quaecunque hactenus de hac re sunt ab omnibus Medicis conscripta, vbi de ligno Indico, Salsa-parillia, Radice Chinae, Mercurio caeterisque rebus omnibus ad huius luis profligationem inuentis diffusissime tractatio habetur, ab excellente Aloysio Luysino Vtinensi Medico celeberrimo nouissime collectus. Venet. apud Baretium* 1559. f. Vol. I. et II. Astrvc. Non vidi. Est sine dubio ea, quae n. 4. fuit descripta, et posthaec ab Hermanno Boerhave, viro clarissimo, repetita. Memorat aliam a. 1599. f. sub hac inscriptione Cl. Girtanner (L. cit. p. 189. P. II.) de reliquo ad amussim cum ea conuenientem, quam Lvisinvs a. 1566. in vulgus ediderat.

6. *Aphrodisiacus, siue de lue venerea in duos tomos bipartitus, continens omnia quaecunque hactenus de hac re sunt ab omnibus Medicis conscripta. Vbi de Ligno Indico, Salsa Perilla, Radice Chynae, Argento viuo, ceterisque rebus omnibus ad huius luis profligationem inuentis diffusissima tractatio habetur. Opus hac nostra Aetate, qua Morbi Gallici vis passim vagatur, apprime necessarium: Ab Excellentissimo Aloysio Luisino Vtinensi, Medico celeberrimo nouissime collectum. Indice rerum omnium scitu dignarum adornatum. Editio longe emendatior, et ab innumeris mendis repurgata. Tomus primus et secundus. Lugduni Batauorum apud Iohan. Arnold. Langerak et Iohan. et Herm. Verbek, Bibliop.* MDCCXXVIII. f. 1366. pagg. (Bibl. nostra). Etiam haec editio rara est in Germania, et solo editoris nomine clara. Recte Astrvc. l. cit. p. 617. quid factu opus erat, memorauit, et praeclare monuit, plures superesse libellos hoc honore dignos, plura desiderari, quae ab bono editore iure meritoque poſsis exſpectare.

Hanc ego lacunam, quantum per me licuit, resarcire studui. Deest quidem (fateor) editio cum critica, tum ad ordinem temporum disposita, habebunt tamen lectores veluti complementum quoddam, vt possint morbi historiam vberius latiusque ab primis originibus repetere. In quo negotio dextre peragendo ita versatus sum, vt primum percenserem veterum scriptorum locos, quibus symptomata vel nomina luis venereae inesse dicuntur, deinde vt aliquos eosque paullum rariores medicos in lucem protraherem, qui vel ipsis Gallici morbi incunabulis intererant, vel propius aberant ab primis originibus, testes mehercle idoneos et omni exceptione maiores, addendo historicorum coaeuorum et Hispanorum testimonia, breuem vitarum narrationem, libellorum inscriptionem, qualis erat in archetypo, perpaucas notulas, ne iusto liberalior esse viderer vel alieno foro disertior, vocum ignotarum vel obsoletarum explicationem rerumque memorabilium indicem. Hac via (puto) prouisum est, vt medici possint, vtra in parte sit veritas, si de luis venereae origine Italica vel Americana disputatur, ipsi videre atque ex aequo iudicare. Si qua desunt vel scitu memoratuque digna, vel paullum obscura et dubia, in spem certissimam ingredior, fore, vt ex clarissimis Italiae Hispaniae, Galliaeue medicis aliquis exsurgat, qui puluerulenta publicorum actorum scrinia et monimenta maiorum perquirendo veritatem in lucem proferat. Scripsi Ienae Saxonum Calend. Maiis cIↄIↄCCLXXXVIIII.

IN-

INDEX AVCTORVM

PARS I.

LVIS VENEREAE VESTIGIA IN VETERVM SCRIPTORVM MONIMENTIS.

Prooemium. Pag.	3
I. Iudaei.	4
I. Moſes.	—
II. Iobus.	—
III. Dauid.	—
II. Graeci et Latini.	5
I. Herodotus.	—
II. Hippocrates.	—
III. Celſus.	—
IIII Poëtae.	6
V. Dioſcorides.	7
VI. Scribonius Largus.	—
VII. Sextus Placitus et Lucius Apuleius.	—
VIII. Cleopatra.	—
VIIII. Caelius Aurelianus.	—
X. Plinius Secundus.	8
XI. Ioſephus.	—
XII. Euſebius.	—
XIII. Galenus.	—
XIIII. Oribaſius.	—
XV. Octauius Horatianus ſ. Theodorus Priſcianus.	9
XVI. Marcellus Empiricus.	—
XVII. Aetius Amidenus.	—
XVIII. Palladius.	10
XVIIII. Paullus Aegineta.	—
XX. Moſchion.	11
XXI. Actuarius.	—
XXII. Nicolaus Myrepſus.	12
III. Arabes.	—
I. Iſaac.	—
II. Buhahylyha Bingezla.	13
III. Abu Oſeibah.	—
IIII. Meſue.	—
V. Serapion.	14
VI. Rhaſes.	—
VII. Haly Abbas.	—
VIII. Ebn Sina.	15
VIIII. Avenzoar.	16
X. Averroes. Pag.	16
XI. Alſaharauius.	17
XII. Albucaſem.	18
IIII. Arabistae.	19
I. Conſtantinus Africanus.	—
II. Michael Scotus.	—
III. Gariopontus.	20
IIII. Trotula.	—
V. Rogerius.	21
VI. Rolandus.	—
VII. Petrus Hiſpanus.	—
VIII. Brunus.	22
VIIII. Theodoricus.	—
X. Guilielmus de Saliceto.	23
XI. Lanfrancus.	—
XII. Arnaldus de Villa Noua.	24
XIII. Simon Ianuenſis.	25
XIIII. Doglioni.	—
XV. Bernardus de Gordonio.	—
XVI. Siluaticus.	26
XVII. Ioannae I. reſcriptum, quoad lupanaria.	—
XVIII. Ioannes Ardern.	27
XVIIII. Guido de Cauliaco.	—
XX. Ioannes de Gaddeſden.	28
XXI. Valescus de Tharanta.	—
XXII. Guilielmus de Varignana.	30
XXIII. Magninus.	—
XXIIII. Galeatius de Sancta Sophia.	—
XXV. Bertapalia.	—
XXVI. Ioannes de Concoregio.	31
XXVII. Gaſcoigne.	—
XXVIII. Becket.	32
XXVIIII. Villon.	—
XXX. Cent Nouvelles.	—
XXXI. Ioannes Arculanus.	—
XXXII. Argelata.	—
XXXIII. Pacificus Maximus.	33
XXXIIII. Petrus Martyr.	—
XXXV. Magiſter Vulgerius.	34

INDEX AVCTORVM

PARS II.

SCRIPTORES
DE
MORBO GALLICO COMPLEXA.

Prooemium. pag. 35

I. Ioannes Nauclerus. cIↄccccLxxxxii. 37
II. Stephanus Infeſſura. cIↄccccLxxxxiii. 38
III. Petrus Delphinius. cIↄccccLxxxxiiii. —
IIII. Ioannes Burchardus. — — —
V. Philippus Beroaldus. cIↄccccLxxxxiiii. 39
VI. Alexander Benedictus. cIↄccccLxxxxv. —
VII. Conradus Schellig. — 40
VIII. Iacobus Wimphelingius. — —
VIIII. Chronicon Monaſterii Mellicenſis. — —
X. Ioannes Salicetus. I. II. cIↄccccLxxxxv. 52
XI. Marcellus Cumanus. — 54
XII. Chronica von Cöln. cIↄccccLxxxxvi. —
XIII. Ioannes Trithemius. — —
XIIII. Vniuerſitas Manuaſca. — —
XV. Sebaſtianus Brant. — —
XVI. Ioſephus Grünbeck I. — —
— II. — 63
XVII. Decretum Senatus Pariſienſis. cIↄccccLxxxxvii. 69
XVIII. Proclamatio Anglica. cIↄccccLxxxxvii. 71
XVIIII. Ioannes Sciphover de Meppis. — —
XX. Bartholomaeus Steber. — 72
XXI. Simon Piſtoris. cIↄccccLxxxxviii. 75
XXI. Antonius Beniuenius. 85
XXII. Petrus Pinctor. cIↄccccLxxxxviiii. —
XXIII. Ioannes Baptiſta Fulgoſus. — 115
XXIIII. Chriſtophorus Columbus. cIↄIↄ. 116
XXV. Petrus Martyr. — —
XXVI. Franciſcus Roman. Pane. — —
XXVII. Elias Capreolus. cIↄIↄi. —
XXVIII. M. Antonius Coccius Sabellicus. cIↄIↄii. —
XXIIII. Albericus Veſputius. cIↄIↄii. —
XXX. Wendelinus Hock de Brackenau. cIↄIↄii. 117
XXXI. Petrus Crinitus cIↄIↄiiii. 119
XXXII. Linturius. — —
XXXIII. Clementius Clementinus. cIↄIↄv. 120
XXXIIII. Ioannes Vochs. cIↄIↄvii. —
XXXV. Angelus Bologninus. — 121
XXXVI. Franciſcus Guicciardinus. cIↄIↄviiii. 124
XXXVII. Berlerus. cIↄIↄx. —
XXXVIII. Leo Africanus. cIↄIↄxiii. 125
XXXVIIII. Petrus Bembus. — —
XXXX. Paullus Iouius. — —
XXXXI. Ioannes de Vigo. — —
XXXXII. Symphorianus Champegius. cIↄIↄxvii. 128
XXXXIII. Franciſcus Lopez de Gomara. cIↄIↄxviiii. 129
XXXXIIII. Vlricus ab Hutten. cIↄIↄxviiii. 130
XXXXV. Deſiderius Eraſmus. cIↄIↄxx. —
XXXXVI. Miſſa de b. Iob. cIↄIↄxxi. 132
XXXXVII. Ioannes le Maire. cIↄIↄxxv. —
XXXXVIII. Gonſaluus Ferdinandus de Ouiedo. cIↄIↄxxv. —
XXXXVIIII. Ioannes de Bourdigne. cIↄIↄxxix. 133
L. Ioannes Ludouicus Viues. — 134
LI. Aureolus Theophraſtus Paracelſus. — —
LII. Magnus Hundt. cIↄIↄxxviiii. 137
LIII. Leonardus Fuchſius. cIↄIↄxxx. —
LIIII. Sebaſtianus Frank. cIↄIↄxxxi. 139
LV. Sebaſtianus Montuus. cIↄIↄxxxvii. —
LVI. Ioannes Baptiſta Theodoſius. cIↄIↄxxxxi. 140
LVII. Hieronymus Benzonus. — 141
LVIII. Petrus de Cieça de Leon. — —
LVIIII. Ioannes Fernelius. — 142
LX. Michael Angelus Blondus. cIↄIↄxxxxii. 157
LXI. Auguſtinus de Zaratte. cIↄIↄxxxxiii. 162
LXII. Ioannes Stumpf. cIↄIↄxxxxviii. —
LXIII. Rodericus Diacius Inſulanus. cIↄIↄLv. —
LXIIII. Hieronymus Montuus. cIↄIↄLviii. 163

PARS I.

LVIS VENEREAE

VESTIGIA

IN

VETERVM SCRIPTORVM

MONIMENTIS

PROOEMIVM

Ex quo lues gallica et adſpectu foeda, et curatu difficilis ſub finem ſeculi quinti et decimi primum in Italia veluti ex inſidiis et ex improuiſo erupit, adſtupentibus nouo morbo hominibus, incertisque medicis, quid factu opus ſit, deinde per omnes terrarum partes quam celerrime diffuſa et propagata, ſub variis formis ludificata miſereque aegros excrucians, incredibile eſt, quanta diſcordia et diſſenſio medicorum animos occuparit, fluctuantes hinc inde diſtraxerit, incertos ad hunc vſque diem tenuerit. Neſciunt, quae diri et incogniti morbi natura ſit, quae cauſa continens, vnde profecta videatur, quae communicandae peſtis via certa vel dubia, quae medicina contra eius vehementiam plurimum valeat, et vt fert diuerſa hominum opinio, alius alia commenta litteris conſignauit. Maior, ſubtilior fereque ineluctabilis pugna exorta *de teterrimae luis originibus et antiquitatibus* eſt, et adhuc poſt ſecula ſub iudice lis eſſe videtur. Triplex vero, quantum equidem video, eſt ſententia, in quam medici diſceſſerunt. Alii turpiſſimum morbum inde a primis rerum hominumque originibus repetunt, quicquid in veterum ſcriptorum monimentis vitiorum genitalibus inſidentium ſimile inuenerunt, huc transferunt, eumque demum ſuo tempore veluti ſub nouae luis forma prorupiſſe contendunt. Alii eum poſt Americam demum inuentam Europae finibus illatum hominumque ſaluti infenſiſſimum fuiſſe teſtimoniis hiſtoricorum et medicorum idoneis, non opinionum commentis abunde comprobarunt. Alii denique, ſpreta horum teſtium fide, malum hoc, quo nullum eſt foedius, nullum ignominioſius, nullum contagione potentius, Europae noſtrae aſſignarunt, eiusque natales in Italia quaeſiuerunt. Prima opinio pertinet ad aliquos primae luis narratores, maximeque ad virum fama meritisque conſpicuum, Henslerum *a*); Altera Astrvcio *b*) cum primis accepta referenda eſt, qui hoc argumentum late, docte ac probabiliter pertractauit; Tertia eſt clariſſimi Sanchez *c*), qui omnem inſumſit operam, vt Hiſpanos ab ignominia temere inuſta liberaret, ipſamque luem in Italia natam, epidemicam et acutam fuiſſe magis ſpecioſe, quam vere oſtenderet. Non defuerunt tamen, qui hanc illamue opinionem amplexarentur, in primisque a Sanchezii partibus ſtetit Cl. Henslervs. Hic enim ad Astrvcii exemplum compoſitus, quanta fieri potuit maxima eruditionis copia, eandem opinionem, ex ipſis fontibus ſumtam, vberius confirmare atque ſtabilire anniſus eſt. Plauſum plurimorum medicorum et aſſenſum tulit. Nuper demum, quae eſt rerum humanarum opinionumque mutabilitas, veterem velutique antiquatam Astrvcii doctrinam a primis, quod aiunt, initiis reuocauit et in integrum reſtituit Cl. Girtanner *d*). Quam bene ac vere, viderint alii. Nolo enim medius iudex inter vtrumque pugnatorem ſtare, vel tela, quibus quiſque ſe tuetur, temere retundere vel eripere. Attamen non poſſum non ingenue publiceque profiteri, me ſemper in eadem opinione fuiſſe, quam ſibi defendendam ſumſit Cl. Girtanner, et pluribus vicibus, vel refragantibus medicis noſtratibus, ſolum docuiſſe, hunc morbum eſſe nouum *e*), ex America in Italiam *f*) delatum, intra annum cIↃccccLxxxxiiii. et inſequentem *g*) apparere coeptum, et deinde vbique terrarum militum diſcurſu mutuoque corporum conſortio propagatum, origines mali repetendas videri ab primo Columbi reditu *h*), dubitationes Sanchezii et Cl. Hensleri *i*) non eſſe omni exceptione maiores rel.

Cui demum cunque opinioni faueas, id vnum ratum, firmum ac certum eſt, habere ſingulos, quibus ſe muniant argumentis, neque rem eſſe adeo in aprico poſitam, vt aduerſarii illico victas manus dent. Adducit ſuos quisque teſtes, quibus fidem haberi iubet; Memorat Henslervs et in partem vocat vetuſtiſſimos auctores, qui cum quaedam corporis vitia nominent, venerem impuram ſecuta et morbo Neapolitano perſimilia, dubios et ancipites lectores dimittunt. Haerent ipſi primi foedae luis ſcriptores, et quadam ſimilitudine

 ſympto-

a) v. Phil. Gabr. Henslers *Geſchichte der Luſtſeuche, die zu Ende des XV. Jahrhunderts in Europa ausbrach. Erſter Band. Altona* 1783. 8.

b) De Morbis Venereis L. VI. auct. Io. Astrvc. Paris 1738. 4. et auctior 1740.

c) Diſſert. ſur l'origine de la Maladie Venerienne, pour prouver, que le mal n'eſt pas venu de l'Amerique, mais qu'il a commencé en Europe par une Epidemie, à Paris 1762, et verſ. germ. *Bremen bei Cramer* 1775. 8. et Examen hiſtorique ſur l'aparition de la maladie Venerienne en Europe et ſur la nature de cette Epidemie, à Lisbon. 1774.

d) *Abhandlung über die veneriſche Krankheit von* Christoph Girtanner, *Göttingen bei Dieterich* 1788. 8.

e) Morbor. Antiquitat. Vratisl. ap. Korn. 1774. 8. p. 69 ſeq.

f) *Almanach für Aerzte und Nichtärzte auf das Jahr* 1783. p. 285. ſeq. et p. 302 ſeq.

g) Ib. p. 301 ſeq.

h) Ib. p. 303.

i) *Almanach für Aerzte J.* 1784. p. 224 ſeq. et *Almanach J.* 1788. p. 237 ſeq.

ſymptomatum inducti cum veteres medicos appellant, tum morbos conſimiles adferunt, quales ſunt *lichen*, *ficus*, *condyloma*, *verruca*, *thymus*, *bothor*, *ſaphati*, *tuſius*, *morphea*, *aluhumata*, *alhumera*, *formica*, *milium*, *ignis perſicus*, *pruna*, *malum mortuum*, *ardor*, *apoſtemata et vlcera virgae*, *vuluae*, *perinaei*, *ani*, *cancer*, *caries*, *caroli*, *groſſities virgae*, *haemorrhoides ani et vuluae*, *puſtulae praeputii* et *clauſura* cet. Haec enim, tanquam exempla, adhibent ad gallicae luis vetuſtatem eandemque naturam confirmandam ſcilicet.

Viſum ergo eſt ſuaſu et hortatu Cl. Hensleri has qualescunque veterum ſcriptorum reliquias, tanquam velites militesque leuis armaturae, praemittere, vnde intelligant lectores a partium ſtudio alieni, vitia localia, qualia corporibus infectorum incidunt, paſſim reperiri ante famoſum illud tempus, quo turpiſſimus morbus increbruit; deinde vero ſubiicere ſpicilegia, quibus Lvisini collectio et plenior, et ad vſum aptior fieri videtur. Sic aliquando (puto) perſpicient iuſti rerum arbitri, vtra in parte ſit veritas, quia dulcius eſt propriis, quam alienis oculis videre. Sic me nec inſumtae diligentiae, nec eos factae lectionis poenitebit.

I.

IVDAEI

I.

MOSES *k*).

Vnusquisque, quum ſemen eius defluet de carne ſua, immundus eſt. Haec vero erit immunditia eius in ſemine ipſius, ſi emittat caro eius ſemen ſuum, vel clauſerit carnem ſuam ſemine ſuo, immunditia eius eſt. Omne ſtratum, in quo iacuerit, quo patitur fluxum ſeminis, immundum erit; et omne id, ſuper quo ſederit, immundum erit. Quicunque item tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Et qui ſederit ſuper aliquid, ſuper quo ſederit feminifluus, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Qui vero tetigerit carnem feminiflui, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Et ſi deſpuerit feminifluus ſuper mundum, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Et omne ſagma, ſuper quo equitauerit feminifluus, immundum erit. Atque omnis, qui tetigerit omne, quicquid fuerit ſubter eum, immundus erit vſque ad veſperam, et qui portauerit ea, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Omnis autem, quem tetigerit feminifluus, et manus ſuas non abluerit aqua, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, eritque immundus vſque ad veſperam. Et vas fictile, quod tetigerit feminifluus, confringetur, omne autem vas ligneum lauabitur aqua. Quum autem mundatus fuerit feminifluus a fluxu ſuo, numerabit ſibi ſeptem dies ab emundatione ſua, lauabitque veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit quoque carnem ſuam aqua viua, et mundus erit. —

Quum autem ex aliquo egreſſa fuerit effuſio ſeminis, lauabit aqua totam carnem ſuam, immundusque erit vſque ad veſperam. Et omnis veſtis omnisque pellis, ſuper quam fuerit *aliquid* de effuſione ſeminis, lauabitur aqua, et immunda erit vſque ad veſperam.

Mulier quoque, cum qua dormierit vir *patiens* effuſionem ſeminis, lauabunt ſe aqua, et immundi erunt vſque ad veſperam. Mulier autem, quum fuerit fluens ſanguine, et erit fluxus eius per carnem eius, ſeptem diebus erit in ſeparatione ſua, et omnis, qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperam. Et omne, ſuper quo iacuerit in ſeparatione ſua, immundum erit. Omne quoque, ſuper quo ſederit, immundum erit. Omnis praeterea, qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, et lauabit ſeſe aqua, immundusque erit vſque ad veſperam. Omnis etiam, qui tetigerit quamcunque ſedem, ſuper quam ſederit, lauabit veſtimenta, poſteaquam lauerit ſeſe aqua, immundusque erit vſque ad veſperam. Quod ſi *inſtrumentum aliquod* fuerit ſuperſtratum ipſum, vel ſuper ſellam, ſuper quam ſederit, quum tetigerit illud *aliquis*, immundus erit vſque ad veſperam. Quod ſi dormiendo dormierit quis cum ea, et fuerit immunditia eius ſuper eum, immundus erit ſeptem diebus, et omne ſtratum, ſuper quod dormierit, immundus erit. — —

Iſta eſt lex patientis fluxum ſeminis, et eius, ex quo egreditur effuſio ſeminis, vt ſit immundus propter illam, et aegrotantis in fluxu ſuo, et eius, qui profundit fluxum ſuum, ſiue ſit maſculus, ſiue femina, et viri, qui dormierit cum immunda.

II.

IOBVS *l*).

Exiuit igitur Satan a facie Iehouae, et percuſſit Iob vlcere malo a planta pedis eius vſque ad verticem eius. Accepitque teſtam, vt ſcalperet ſeſe ea, et ipſe ſedebat in medio cineris. — Induta eſt caro mea vermibus, et ramento pulueris: Cutis mea rupit ſeſe, et diſſoluit ſe. — Et eſt, ſicut putredo, quae veteraſcet, et vt veſtimentum, quod comedit tinea — Ac foueae dicam: Pater meus *es* tu, *et* vermi, mater mea et ſoror mea *es*. — Cuti meae et carni meae adhaeret os meum, et ſeruatus ſum in cute dentium meorum. — Viſcera mea efferbuerunt, neque conticuerunt; praeuenerunt me dies afflictionis. Ater ambulaui, non ob ſolem; Surrexi in congregatione, et clamaui. — Cutis mea denigrata eſt ſuper me, et os meum incaluit prae ſiccitate.

III.

DAVID *m*).

Cadat ſuper caput Joab et ſuper vniuerſam domum patris eius, nec deficiat de domo Joab fluens, et beproſus. —

k) Leuit. 15, v. 2 — 33. Ed. Francof. in offic. Andr. Cambiery. 1614. 4. Meminit huius legis Moſaicae Cl. Hensler l. c. et poſt eum alii. Sed, quantum equidem video, non, niſi gonorrhoeam ſimplicem et pollutionem auctor deſcripſit. Cf. *Almanach für Aerzte J.* 1788. p. 237. ſeq. Cl. Girtanner l. c. p. 97. eam nominat *gonorrhoeam leproſam*. Per me licet, ſed refragatur Cl. Hensler.

l) Cap. 2. v. 7. ſeq. Neque hic luis venereae veſtigia inuenio lepram video. V. *Almanach für* 1788. p. 245.

m) 2 Sam. 3. v. 29. Hic *gonorrhoea ſimplex* et *lepra* — intelligi debet.

II.

GRAECI ET LATINI

I.

HERODOTVS *n)*.

Morbus ſemineus.

Scythae vbi retrocedentes in vrbe eſſent Palaeſtinae Aſcalone, bonaque parte Scytharum nullam iniuriam inferente, pauci aliquot relicti Veneris Vraniae fanum depecularunt. — Ac vero dea ipſa templi ſpoliatoribus eorumque poſteris ſemper immiſit *morbum femineum*, quemadmodum et ipſi fatentur Scythae, ſe videlicet illo morbo ob id laborare, et videre licet apud Scythas hunc morbum curantes, quos ἐναρέας appellant Scythae. —

II.

HIPPOCRATES *o)*.

De Aere, p. 293.

Ad haec quoque plerique Scythae eunuchi fiunt, et munia muliebria obeunt, ac velut mulieres factitant et loquuntur, vocanturque hi *eurati* aut *effeminati*. Ac regionis quidem incolae cauſſam deo acceptam referunt, et huiusmodi homines reuerentur et colunt, ſibi quiſque timentes, ne quid tale contingat. — Atqui quomodo hic affectus mihi contingere videatur, enarrabo. Ex equitatione eos prehendunt diuturnae ex defluxione affectiones, quae κέδματα dicuntur, nimirum ſemper pendentibus ex equis eorum pedibus. Deinde qui vehementer aegrotant, claudicant, iisque coxendices contrahuntur. Hac autem ratione ſibi medentur. Cum aegrotare coeperint, vtramque venam poſt aurem incidunt, cumque ſanguis effluxerit, prae imbecillitate ſomno corripiuntur et obdormiſcunt, deinde alii quidem ſani excitantur, alii minime. Ac mihi quidem videntur hac curatione ſeipſos perdere: Iuxta aures enim venae ſunt, quas ſi quis incidat, ſectione ſterilitatem inducunt. Has igitur venas mihi ſecare videntur. Poſtea vero vbi ad vxorem accedunt, neque cum iis rem habere poſſunt, primum nil animo reputantes quieſcunt; cum autem bis, ter aut ſaepius id tentantes nihil profecerint, dum in quem culpam conferunt ſe offendiſſe exiſtimantes, muliebri ſtola amicti, ſuam ignauiam accuſant, et cum mulieribus victitantes, earum opera tractant. Qua affectione tentantur opulentiſſimi quique Scythae, minime vero infimi, ſed generoſiſſimi, et qui ad maximas opes per equitationem adſcenderunt, pauperes autem, qui non equitant, minus. — Et hic quidem morbus ob eam, quam dixi, cauſam Scythis contingit. Quin et in reliquis hominibus ad eundem ſe habet modum. Vbi enim plurimum et creberrime homines equitant, ibi plurimis diuturnis ex defluxione affectionibus, coxendicum morbis pedumque doloribus corripiuntur, et ad venerem exercendam peſſime ſe habent. Haec autem Scythis adſunt, et ob eas cauſſas omnium ineptiſſimi ad coitum redduntur, tum etiam quod feminalia ſemper geſtant, et in equis magnam temporis partem degunt, vt ne quidem pudenda manu attrectare liceat, neque prae frigore et laſſitudine coeundi appetentiam ſentiant, nilque aliud penſi habent, quam vt virilitate priuentur.

De Natura Muliebri.

N. 56. 61. 77. 80. pag. 400. ſeq. T. II. ed. Lind.

Si *ex feruido et ſuperficiario vlcere pudenda* fuerint exulcerata, myrti baccis in vino coctis pudenda colluat. *p)* — Si in pudendis graueolentia fuerit, et columella naſcatur, et dolor habeat, dolorem quidem ſedabit apii ſemen. — Columellam vero reſecare oportet.

Si *vlcera* fiant *in pudendis*, et pruritus corripiat, oleae et hederae, et rubi, et mali punici dulcis folia trita in vino veteri dilue. *q)* —

Si *in pudendis vlcera* fiant, adipem bubulum illinito —

Si *ex feruido ac ſuperficiario vlcere pudenda* fuerint exulcerata, adipem bubulum, et butyrum, et anſeris adipem ac Suſinum vnguentum miſceto. —

De Morbis Mulierum.

L. I. 7. 9. p. 420. ſeq.

Sterilis euadet, — vbi magna vlcera fuerint, quae in vteris facta ſunt. Si vero non continget, vt menſes ipſi in pudendum procedant, ſuppurati facti ad partes ſuper inguen, (ἐς τα ὑπὲρ τοῦ βουβῶνος) iuxta lateris mollitudinem erumpent, citra tuberculum, vtpote pure rupto, et illa parte purulenta, graueolentia procedent. Et ſi hoc fiat, mulier non ſuperſtes manet. Si vero etiam ſuperſtes maneat, ſemper ſterilis erit. —

Et aliquando ſi transmotum fuerit os vterorum et ad pudendum conuerſum, et menſes proceſſerint per pudendum, id, quod circa lateris mollitudinem eminuit, ſedatur: In vteros enim diſtribuitur, hi vero foras laxantur. Si vero non conuerſum fuerit os vterorum ad pudendum, circa lateris mollitudinem ſuppuratur. —

De Vlceribus.

c. 9. 10. p. 671, ſeq. T. II. ed. Lind.

Vtendum eſt hoc pharmaco ad *vlcera* inueterata ac recentia, et ad *pudendi*, et capitis ac aurium vlcera. —

Herba — parthenium — haec *verrucas* (θύμια) de *pudendo* aufert. —

Eunuchus *r)* ex venatu et diſcurſatione in aquam inter cutem delabitur. Qui ad Eleacis fontem habitabat, ad ſex annos hippurin habuit et *inguinum tumorem*, (βουβῶνα) varicem et diuturnas *defluxiones* in coxendicem aut articulos. (κέδματα).

III.

CELSVS *s)*.

Eſt etiam circa naturalia vitium, nimia profuſio ſeminis, quod ſine venere, ſine nocturnis imaginibus ſic fertur, vt, interpoſito ſpatio, tabe hominem conſumat. In hoc affectu ſalutares ſunt vehementes frictiones, perfuſiones natationesque quam frigidiſſimae, neque cibi, nec potio, niſi frigida aſſumta. Oportet autem vitare cruditates, omnia inflantia, nihil ex his aſſumere, quae contrahere ſemen videntur, qualia ſunt ſiligo, ſimila, oua, alica, amylum, omnis caro glutinoſa, piper, eruca, bulbi, nuclei pini. Neque alienum eſt, fouere inferiores partes aqua, decocta ex verbenis comprimentibus, ex iisdem cataplaſmata imo ventri inguinibusque circumdare, praecipueque ex aceto rutam. Vitare etiam oportet, ne ſupinus obdormiat.

Id. L. VI. c. 18.

Proxima ſunt ea, quae ad partes obſcoenas pertinent. Quarum apud Graecos vocabula et tolerabilius

n) Clio l. p. 23. ſeq. ed. Francof. 1594. De hoc morbo virorum feminineo, incredibile, quantum a medicis diſputatum eſt. Videtur ea opinio propius a vero abeſſe, qua ſtatuitur, Scythas nimia venere fractos gonorrhaea laboraſſe, ideoque inhabiles vxoribus fuiſſe. Vide de his Cl. HENSLER l. c. p. 510. ſeq.

o) Ex. verſ. Foeſ. ed. Francof. 1624. Hic morbus idem eſſe, cum Herodoteo videtur. Varie explicantur κέδματα, (v. Morbor. Antiquit. p. 192. ſeq. et HENSLER l. c. p. 211.) Quem demum cunque ſenſum accipias, probabiliter pro *bubone metaſtatico* habetur, qui, fluore ſiſti coepto, inguen occupauit. Cauſſa vero fuit venus nimia, vnde ſibi *morbum femininum* i. e. fluorem virgae ſiue gonorrhoeam contraxerant. Cf. HENSLER l. c. p. 183. et 261.

p) Cf. De Morb. Mul. II. 91. p. 614. T. II.

q) Cf. De Morb. Mul. l. c. 92. p. 615.

r) Epidem. VII. p. 1240. Cf. HENSLER l. c. p. 262.

s) De Medicina IV. 21.

lius ſe habent, et accepta iam vſu ſunt; cum omni fere medicorum volumine atque ſermone iactentur; apud nos foediora verba ne conſuetudine quidem aliqua verecundius loquentium commendata ſunt, vt difficilis haec explanatio ſit ſimul et pudorem, et artis praecepta ſeruantibus. Neque tamen ea res a ſcribendo deterrere me debuit, primum vt omnia, quae ſalutaria accepi, comprehenderem, dein quia in vulgus eorum curatio etiam praecipue cognoſcenda eſt, quae inuitiſſimus quiſque alteri oſtendit.

Igitur ſi ex inflammatione coles intumuit, reducique ſumma cutis aut rurſus induci non poteſt, multa calida aqua fouendus locus eſt. Vbi vero glans contecta eſt, oriculario quoque clyſtere inter eam cutemque aqua calida inferenda eſt. Si mollita ſic et extenuata cutis ducenti paruit, expeditior reliqua curatio eſt. Si tumor vicit, imponenda eſt vel lenticula, vel marrubium, vel oleae folia ex vino cocta, ſic, vt cuilibet eorum, dum teritur, mellis paullum adiiciatur, ſurſumque coles ad ventrem deligandus eſt, quod in omni curatione eius neceſſarium eſt, isque homo continere ſe et abſtinere a cibo debet, et potione aquae tantum a ſiti vindicari. Poſtero die rurſus adhibendum iisdem rationibus aquae fomentum eſt, et tum vi quoque experiundum, an cutis ſequatur. Eaque ſi non parebit, leuiter ſumma ſcalpello concidenda erit. Nam cum ſanies profluxerit, extenuabitur is locus, et facilius cutis ducetur. Siue autem hoc modo victa erit, ſiue nunquam repugnauerit, vlcera vel in cutis interiore parte, vel in glande vltraue eam in cole reperientur, quae neceſſe eſt aut pura ſiccaque ſint, aut humida et purulenta. Si ſicca ſunt, primum aqua calida fouenda ſunt, deinde imponendum lycium ex vino eſt, aut amurca cocta cum eodem aut cum roſa butyrum. Si tenuis iis humor ineſt, vino eluenda ſunt, tum butyro roſae et mellis paullum et reſinae terebinthinae pars quarta adiicienda eſt, eoque vtendum. At ſi pus ex eis profluit, ante omnia elui mulſo calido debent, tum imponi piperis P. I. myrrhae P. II. croci, miſyos cocti, ſingulorum P. II. quae ex vino auſtero coquuntur, donec mellis craſſitudinem habeant. — Illud perpetuum eſt, poſt curationem, dum inflammatio manet, quale ſupra poſitum eſt, cataplaſma ſuperdare, et quotidie vlcera eadem ratione curare. Quod ſi pus et multum, et cum malo odore coepit profluere, elui cremore lenticulae debet, ſic, vt ei mellis paullum adiiciatur, aut oleae, aut lentiſci folia, vel marrubium decoquendum eſt, eoque humore eodem modo cum melle vtendum, imponendaque eadem — —

Si vero vlcus latius atque altius ſerpit, eodem modo elui debet, imponi vero aut aerugo, aut omphacium cum melle. — —

Solet etiam interdum ad neruos vlcus deſcendere, profluitque pituita multa, ſanies tenuis malique odoris, non cocta aut aquae ſimilis, in qua caro recens lota eſt doloresque is locus et punctiones habet. Id genus quamuis inter purulenta eſt, tamen lenibus medicamentis curandum eſt.

Praecipueque id vlcus multa calida aqua fouendum eſt velandumque, neque frigori committendum.

Interdum autem per ipſa vlcera coles ſub cute exeſus eſt, ſic, vt glans excidat. Sub quo caſu cutis ipſa circumcidenda eſt. Perpetuumque eſt, quoties glans aut ex cole aliquid vel excidit, vel abſcinditur, illam non eſſe ſeruandam, ne conſidat, vlcerique agglutinetur, ac neque reduci poſſit poſtea, et fortaſſe fiſtulam quoque vrinae claudat.

Tubercula etiam, quae φύματα Graeci vocant, circa glandem oriuntur, quae vel medicamentis, vel ferro aduruntur, et cum cruſtae exciderunt, ſquama aeris inſpergitur, ne quid ibi rurſus increſcat.

Haec citra cancrum ſunt, qui cum in reliquis partibus, tum in his quoque vel praecipue vlcera infeſtat. Incipit a nigritie. Quae ſi cutem occupauit, protinus ſpecillum ſubiiciendum, eaque incidenda eſt, deinde orae vulſella prehendendae, tum quicquid corruptum eſt, excidendum, ſic, vt ex integro quoque paullum demattur, idque adurendum. Quoties quid vſtum eſt, id quoque ſequitur, vt imponenda lenticula ſit. Deinde vbi cruſtae exciderunt, vlcera ſic, vt alia, curentur. At ſi cancer ipſum colem occupauit, inſpergenda aliqua ſunt ex adurentibus, maximeque id, quod ex calce, chalcitide auripigmento componitur. Si medicamenta vincuntur, hic quoque ſcalpello, quicquid corruptum eſt, ſic, vt aliquid etiam ſecum integri trahat, praecidi debet. Illud quoque aeque perpetuum eſt, exciſo cancro, vulnus eſſe adurendum. Sed ſiue ex medicamentis, ſiue ex ferro cruſtae occalluerint, magnum periculum eſt, ne, his decidentibus, ex cole profuſio ſanguinis inſequatur.

Ergo longa quiete et immobili pene corpore opus eſt, donec ex ipſo cruſtae purae leniter reſoluantur. At ſi vel volens aliquis, vel imprudens, dum ingreditur, immature cruſtas diduxit, et fluit ſanguis, frigida aqua adhibenda eſt. Si haec parum valet, decurrendum eſt ad medicamenta, quae ſanguinem ſuppriment. Si ne haec quidem ſuccurrunt, aduri diligenter et timide debet, neque vllo poſtea motu dandus eidem periculo locus eſt.

Nonnunquam etiam id genus ibi cancri, quod φαγέδαινα a Graecis nominatur, oriri ſolet. In quo minime differendum, ſed protinus iisdem medicamentis occurrendum eſt, et ſi parum valent, ferro adurendum.

Quaedam etiam nigrities eſt, quae non ſentitur, et ſerpit, ac ſi ſuſtinuimus, vſque ad veſicam tendit, neque ſuccurri poſtea poteſt. Si id in ſumma glande circa fiſtulam vrinae eſt, prius in ea tenue ſpecillum demittendum eſt, ne claudatur, deinde id ferro adurendum; Si vero alte penetrauit, quicquid occupatum eſt, praecidendum eſt. Cetera eadem, quae in aliis cancris, facienda ſunt.

Occalleſcit etiam in cole interdum aliquid, idque omni pene ſenſu caret. Quod ipſum quoque excidi debet. *Carbunculus* autem ibi natus, vt primum apparet, oriculario clyſtere eluendus eſt, deinde ipſe quoque medicamentis vrendus, maximeque chalcitide cum melle, aut aerugine cum cocto melle, aut ouillo ſtercore fricto et contrito cum eodem melle. Vbi is excidit, liquidis medicamentis vtendum eſt, quae ad oris vlcera componuntur.

Φυγέθλον eſt tumor non altus, ſed latus, in quo quiddam puſtulae ſimile eſt. Dolor diſtentioque vehemens eſt, et maior, quam pro magnitudine tumoris. Interdum etiam febricula, idque tarde matureſcit, neque magnopere in pus vertitur. Fit maxime aut in ceruice, aut in alis, aut in inguinibus. *Panum* ad ſimilitudinem figurae noſtri vocant *t*). —

Θύμιον nominatur, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutim tenue, ſupra latius, ſubdurum, et in ſummo peraſperum. — Peſſima tamen in obſcenis ſunt, maximeque ibi ſanguinem fundunt *u*). —

Anus quoque multa taediique plena mala recipit, nec inter ſe multum abhorrentes rationes habet. Ac primum in eo ſaepe, et quidem pluribus locis, cutis ſcinditur: ῥαγάδια Graeci vocant *x*). —

Condyloma eſt tuberculum, quod ex quadam inflammatione naſci ſolet *y*). —

IV.

POETAE.

Quis enim non vicus abundat
Triſtibus obſcenis? Caſtigas z) turpia, cum ſis
Inter Socraticos notiſſima foſſa Cinaedos.
Hiſpida membra quidem, et durae per brachia ſetae
Promittunt atrocem animum, ſed podice laeui
Caeduntur tumidae, medico ridente, mariſcae.

Cum

t) L. V. 28. n. 10.

u) Ib. V. 28. n. 14.

x) Ib. VI. 18. n. 7.

y) Ib. VI. 18. n. 8.

z) *Juuenal.* Satyr. II. v. 8. Haec quidem ad ſolos cinaedos pertinet. Paederaſtia vero quam communis fuerit Romae, ex ipſo S. PAVLI loco (Ep. ad Roman. 1. v. 24 — 27.) ſatis licet colligere. Hic enim et flagitium, et labem corporis inde reportatam indicauit, ſed tecte propter turpitudinem.

Cum dixi ficus a), rides: quaſi barbara verba,
Et dici ficos, Caeciliane, iubes.
Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci:
Dicemus ficos, Caeciliane, tuos.

Ficoſa b) eſt vxor, ficoſus et ipſe maritus.
Filia ficoſa eſt, et gener atque nepos.
Nec diſpenſator, nec villicus vlcere turpi,
Nec rigidus foſſor, ſed nec arator eget.
Cum ſint ficoſi pariter iuuenesque ſenesque,
Res mira eſt. Ficos non habet vnus ager.

Effugere c) non eſt, Baſſe, baſiatores.
Inſtant, morantur, perſequuntur, occurrunt,
Et hinc, et illinc, vſquequaque, quacunque.
Non vlcus acre, puſtulaeue lucentes,
Nec triſte mentum ſordidique lichenes. —

V.

DIOSCORIDES d).

Strigmata, quae in balneis deſtringuntur, — ad *rimas ſedis* et *condylomata* perunctione proſunt.

Myrteum oleum e) — facit ad — *rhagadas, condylomata* et laxatos articulos.

Thus f) — cum lacte tritum et linamento exceptum ſedis ac reliquarum partium *maligna vlcera* mitigat. Myrmecia inter initia impetiginesque ex aceto et pice illitum tollit.

Pix liquida g) — cerae admiſta *vuluae tubercula ſedisque duritias* diſcutit. — *Sedisque rhagadibus* commode illinitur. — Amurca *ſedis, genitalium* et *vuluae exulcerationi* h) vtiliter infunditur. — Succus mali punici ex acinis ipſis expreſſus i) perutilis fuerit ad — *genitalium* et *ſedis vlcera.* —

VI.

SCRIBONIVS LARGVS k).

Lipara rufa facit ad *fiſſuras ani* diutinas, quas ῥαγάδας dicunt. Eadem et eiusdem partis exulcerationes et vitia diutina bene facit. — Ad *condylomata* facit bene elaterium ſiue cera. —

Ad haemorrhoidas l). Si quando non exulceratas *eminentias* tollere ſine ferro voluerimus, vt *verrucas*, neruos *aliaue* eius generis, hoc medicamento vtimur.

Ad *veretri m) tumorem* lens ex aqua cocta et trita, roſaceo oleo mixta, prodeſt. — Si *vlcus ſordidum* erit, aut *cancer* tentauit, aut iam occupauit, Andronios ex vino benefacit.

VII.

SEXTVS PLACITVS PAPYRIENSIS n).

Ad inguina. Cerui pudenda ſi tecum habueris, *inguina* tibi non *tumebunt*, et ſi *tumor antiquus* fuerit, velociter recedet.

Ad *carbunculos in veretro o).* — Ad *ficos, qui in ano p)* naſcuntur — Sanat et *rhagades* et omnem ſpurcitiam. — Ad *rhagades q) ani* — *phymata r)* omnia diſcutit et purgat. Ad *callos*, qui *in veretro* naſcuntur. —

LVCIVS APVLEIVS s)

Ad veretri dolorem et *tumorem* — *tumorem* et *dolorem inguinum t)* tollet — ad *paniculam, quae in inguine u)* naſcitur, — ad *condylomata x)* — vino fouentur *condylomata* et omnia *vitia* ſedis *y)* — ad *inguinum dolorem z)* — ad *veretri pruriginem a).*

VIII.

CLEOPATRA b).

Ad rhagadia c) in matricis orificio.

Ex partu difficili vel ex nimia purgatione *rhagadia in orificio matricis* emergere ſolent. Quae ſi recentia ſint et ſine feruore, rebus chalaſticis paregorizari debent. Si vero iam etiam *calloſum* eſt, primo callus commalaxandus, et ſic ferro ſublatus facillime ſanari poſſunt. — Ad *vlcera in corpore matricis ex prurigine d)* — ad *vlcera* et *vitia vuluae ſordida vel putrida,* — ad *tumorem vlceris* — peſſarium ad omnia *vulnera* et *calefactiones*, et *tumorem* et *dolorem matricis e)* — ad *vitia*, quae *iuxta anum f)* naſcuntur — ad *condylomata*, quae *in ano* naſcuntur. —

IX.

CAELIVS AVRELIANVS g).

De mollibus ſiue ſubactis, quos Graeci μαλθακοὺς vocant.

Molles ſiue ſubactos Graeci μαλθακοὺς vocauerunt, quos quidem eſſe nullus facile virorum credit. Non enim hoc humanos ex natura venit in mores, ſed, pulſo pudore, libido etiam indebitas partes obſcenis vſibus ſubiugauit. Cum enim nullus cupiditati modus, nulla ſatietatis ſpes eſt, ſingulis ſparta non ſufficit ſua. Nam ſic noſtri corporis loca diuina prouidentia certis deſtinauit officiis. Tum denique volentes alliciunt veſte atque greſſu, et aliis femininis rebus, quae ſunt a paſſionibus corporis aliena, ſed potius corruptae mentis vitia. Nam ſaepe tumentes, vel quod eſt difficile, verentes quosdam, quibus forte deferunt, repente mutati paruo tempore virilitatis quaerunt indicia, demonſtrare, cuius quia modum neſciunt, rurſum nimietate ſublati, plus quoque, quam virtuti conuenit, faciunt, et maioribus ſe peccatis inuoluunt. Conſtat itaque etiam noſtro iudicio, hos vera ſentire. Eſt enim, vt SORANVS ait, *malignae ac foediſſimae mentis paſſio.* Nam ſicut feminae tribades appellatae, quod vtramque venerem exerceant, mulieribus magis, quam viris miſceri feſtinant, et easdem inuidentia paene virili ſectantur, et cum paſſione fuerint deſertae ſeu temporaliter releuatae, ea quaerunt aliis obiicere, quae pati noſcuntur, iuuamini humilitate duplici ſexu confecta, velut frequenti ebrietate corruptae, in nouas libidinis formas erumpentes, conſuetudine turpi nutritae, ſui ſexus iniuriis gaudent, illi comparatione talium animi paſſione iactari noſcuntur. Nam neque vlla cura-

 tio

a) *Martial.* l. Epigr. 66.
b) L. VII. Epigr. 71.
c) Ib. XI. Epigr. 99.
d) Edit. *Saracen.* Francof. ap. Wechel. hered. 1598. L. I. c. 34. p. 24.
e) Ib. c. 48. p. 28.
f) Ib. c. 81. p. 45.
g) Ib. c. 94. p. 52.
h) Ib. c. 138. p. 69.
i) Ib. c. 151. p. 77. Plura excerpere nolui, cum exinde ſatis colligitur, haec morborum genera nec Graecos latuiſſe.
k) De Compoſit. Medicament. c. 89 et 90. p. 231. Coll. Steph. et ed. RHODII Patav. 1655. c. 87 et 88. p. 121 ſeq.
l) Ib. c. 91. vel ſecundum RHOD. c. 89. p. 123.
m) Ib. c. 94. p. 233. et ap. RHOD. c. 92. p. 126.
n) Parabil. Medicament. Scriptor. Antiqui, ed. ACKERMANN. Norimb. 1788. c. 1. n. 14. p. 6. Cf. c. 3. n. 8. p. 16. et c. 17. n. 8. p. 54. et c. 32. n. 3. p. 74. Quando hi ſcriptores vixerint, non ſatis liquet. Coniecturas vide ap. Cl. ACKERMANN. Praefat. Huc vero tranſpoſui propter quandam Pliniani ſermonis ſimilitudinem.
o) Ib. c. 5. n. 2. p. 22. et c. 6. n. 43. p. 51.
p) Ib. c. 11. n. 7. p. 33.
q) Ib. c. 11. n. 28. p. 36.
r) Ib. c. 15. n. 2 et 3. p. 42.
s) De Medicamin. Herb. Lib. ex edit. ACKERM. c. 1. n. 39. p. 139. et c. 121. n. 1. p. 286.
t) Ib. c. 5. n. 4. p. 157.
u) Ib. c. 14. n. 1. p. 169. et c. 41. n. 5. p. 202.
x) Ib. c. 46. n. 4. p. 207.
y) Ib. c. 87. n. 8. p. 258.
z) Ib. c. 89. n. 4. p. 261.
a) Ib. c. 92. n. 4. p. 266. et c. 101. n. 2. p. 278.
b) Gynaecior. ed. WOLPH. Baſil. 1566. c. 13. p. 130.
c) Ib. c. 32. p. 171 et 172.
d) Ib. c. 35. p. 178.
e) Ib. c. 37.
f) Aetas eius non ſatis conſtat. Meminit tamen eius paſſim GALENVS, ideoque hinc, quando vixerit, coniecturalis nota eſt. Certe ad CLEOPATRAM reginam hasce reliquias pertinere vix crediderim.
g) Morb. Chronic. IV. 9. p. 544. ed Aman.
h) Sunt vero iſti μαλακοὶ iidem, qui cinaedi apud Romanos, et apud noſtrates *die warmen Brüder* dicuntur, turpiſſimum hominum genus, quod paſſim in feruenti vel occulto ſcelere deprehenditur.

tio corporis depellendae paſſionis cauſſa recte putatur adhibenda, ſed potius animus coercendus, qui tanta peccatorum labe vexatur. Nemo enim pruriens corpus feminando correxit, et virilis veretri tactu mitigauit, ſed communiter querelam ſiue dolorem alia ex materia tolerauit. — *Parmenides* libris, quos *de natura* ſcripſit, euentu inquit concep tionis molles aliquando ſeu ſubactos homines generari. — Multi praeterea ſectarum principes genuinam dicunt eſſe paſſionem, et propterea in poſteros venire cum ſemine, non quidem naturam criminantes — ſola tamen, quae ſubactos ſeu molles efficit viros, ſeneſcenti corpore grauius inualeſcit, et infanda magis libidine mouet, non quidem ſine ratione. In aliis enim aetatibus adhuc valido corpore et naturalia ventris officia celebrante gemina luxuriae libido non diuiditur, animorum nunc faciendo, nunc facie iactata, in iis vero, qui ſenectute defecti virili veneris officio caruerint, omnis animi libido in contrariam ducitur appetentiam, et propterea femina validius venerem poſcit. Hinc denique coniiciunt plurimi, etiam pueros hac paſſione iactari —

X.

C. PLINIVS SECVNDVS *i*).

Nauigabam per Larium noſtrum, cum ſenior amicus oſtendit mihi villam, atque etiam cubiculum, quod in lacum prominet. Ex hoc (inquit) aliquando municeps noſtra cum marito ſe praecipitauit. Cauſſam requiſiui. Maritus *ex diutino morbo circa velanda corporis vlceribus putreſcebat*. Vxor vt inſpiceret, exegit; Neque enim quenquam fidelius iudicaturum, poſſetne ſanari. Vidit, deſperauit, hortata eſt, vt moreretur, comeſque ipſa mortis, dux, immo et exemplum et neceſſitas fuit. Nam ſe cum marito ligauit abiecitque in lacum.

XI.

IOSEPHVS *k*).

Herodi vero morbus factus eſt grauior, poenam impietatis exigente numine. Lento enim calore torrebatur, qui non tam externo tactu deprehenderetur, quam intus popularetur viſcera. Aderat et vehemens voracitas, cui neceſſe eſſet continuo cibos ſuggerere, ſimulque vexabatur inteſtinorum exulceratione et colicis paſſionibus, pedes tumebant phlegmate humido et pellucido, ſimiliterque *inguina* (περι τὸ ἦτρον). Ipſa quoque *verenda* (τοῦ αἰδόιου σῆψις σκώληκας ἐμποιοῦσα) *putrefacta* ſcatebant vermibus, accedente foeda, nec minus moleſta ſpiritus tentigine, non ſine foetore grauiſſimo. Super haec omnia neruorum contractione laborabat et difficultate anhelitus. —

Vnde recte mihi videtur Apion *l*) propter patriae ſuae leges poenas dediſſe blaſphemiae. Etenim ob neceſſitatem circumciſus eſt, *vlcere* ei *circa naturam* facto, ſed male ceſſit circumciſio, et ex putredime ſub magnis doloribus mortuus eſt.

XII.

EVSEBIVS *m*).

Ex improuiſo in illis corporis partibus, quas natura ob verecundiam contexit (περὶ τὰ. μέσα ἐν βαθει) atque abdidit, naſcitur *apoſtema*, deinde in interioribus corporis receſſibus *vlcus fiſtuloſum*, atque iſtorum inſanabilis morſus (νομὴ) intima depaſcebatur viſcera, quae quidem infinita vermium multitudine redundarunt, vnde foetor letalis efflatur. Quandoquidem vniuerſa corporis moles ex nimia eius, antequam in morbum delabebatur, helluatione (ἐκ πολυτροφίας) et ingluuie in immenſam pinguedinem commutata erat, quae tum putredine contabefacta intolerabile et horrendum ſpectaculum his, qui appropinquabant, exhibuit. Proinde ex medicis alii, qui exuberantem foetoris graueolentiam ferre omnino non poterant, fuere eius iuſſu trucidati, alii tota corporis mole intumeſcente, et in ſalutis deſperationem delapſa, cum nihil opis adferre valerent, crudeliter interfecti *n*).

XIII.

GALENVS *o*).

Carbunculus p) eſt ex magis melancholico putrefacto ſanguine tumor vlceroſus. — *Acrochordon* exortus eſt orbicularis anguſtamque obtinens baſim. *Phygetulon* abſceſſus eſt naſcens in inguine. *Thymus* aſperae carnis extuberatio eſt, quae ſimilis circa genitale ac ſedem oritur. *Phimoſis* eſt, cum praeputii pellicula glandem tegit, adeo, vt diſtrahi non amplius poſſit. *Phimi* duo diſcrimina ſunt. Vel enim ex natura fit, vel poſtea gignitur, *vlceratione antegreſſa*. *Paraphimoſis* eſt, cum, denudato glandis neruo, praeputium induci amplius nequit. *Rhagas* diuiſio eſt, labia obtinens, callo indurata. — *Haemorrhoides* — aliae mites ſunt, aliae malignae. *Condyloma* eſt extuberatio, quae cum phlegmone in rugoſa contrahenteque ſe ani parte conſurgit. —

Inguina q) *bubones* ſimplices, *phymata purulenta* inuadunt. — *Cutem* totiusque corporis partes exagitant — *acrochordones*, *thymi*, *myrmeciae*, claui, calli. — *Sedem* afficiunt haemorrhoides caecae, *fiſſurae* — *condylomata*, pylides. —

Clauos, callos, *acrochordonas r*), *thymos*, *myrmecias*, exſcindentes adurimus vel pſorico inſpergimus. —

Ad *thymos s*), verrucae genus. Ad *verrucas*. Ad *formicarius verrucas*. — Ad *condylomata t*), quo melius nullum reperitur. — Ad *tubercula in pudendis naſcentia u*). — *Fiſſuras* ac *rimas pudendorum* iuuat reſina. — *Teſticulos vlcere aphthiae* non abſimili oblinito. —

XIV.

ORIBASIVS.

Thymus x) eſt vlcus, aſpera et ſqualida carne excreſcens. Fit autem et in ano, et pudendo, : partim quidem facilis eſt et ſponte ſua decidit. partim vero deterior eſt, et dolorem affert, et quidam praeterea ex iis curationem non admittunt.

Ficos y) appellant germina quaedam ad modum vlcerum rotunda, ſubdura, rubentia, quae dolor etiam comitatur. Oriuntur plerumque in capite; naſcuntur tamen etiam in reliquis corporis partibus. —

Ad *rimas z*), quae *in ſede* et *pudendis* ſunt. — *Pudendorum anique vlcera a*), quae abſque inflammatione oriuntur, valde exſiccantia medicamenta poſtulant. —

Ad *excreſcentia b*). quae *thymia* dicuntur. — Ad *rimas pudendorum* valet reſina — *teſticulus vlcere* aphthis

i) L. VI. Epiſt. 24.

k) Antiquit. Iudaic. XVII. 8. p. 597. ed. Aurel. Allobrog. 1611.

l) Contra Apion. II. p. 1069.

m) Hiſtor. Eccleſiaſt. VIII. 28. p. 253. in Hiſt. Eccleſ. Script. Colon. 1612. at vero *Autor. Hiſtoriae Eccleſ. recogn. per Beat.* Rhenanvm, Baſil. 1528. l. VIII. 18. p. 198.

n) Haec de Galerio Maximino tyranno, in temulentiam et libidinem foedam prono (*Euſeb.* ib. c. 27. p. 251.) ſed res aliter narratur in altera collectione (l. c.), vbi malum pectoris vlcus interiora tabefeciſſe et fiſtulis apertis, magnam vermium vim profudiſſe cum intolerabili foetore dicitur.

o) Opp. per *Ian. Cornar.* Baſil. ap. *Froben.* 1549.

p) Finit. Med. 18. p. 189. et 190.

q) Medicus ſ. Introduct. c. 28. p. 130.

r) Ib. c. 29. p. 234.

s) De Compoſit. Medic. ſecund. loc. I. 3. p. 474. T. V. Ex Critone ſumtae ſunt formulae.

t) Ib. L. IX. 2. p. 771.

u) Ib. c. 8. p. 772. ſeq. Plura exempla memorare nolui. Haec vero ſufficiant ad demonſtrandam veritatem, veteres medicos ſimilia gallicae luis vitia perſpecta habuiſſe. Id vnum dubium eſt, poſſintne venerea dici, nec ne.

x) Synopſ. VII. 39. p. 116. Coll. Steph. Cf. Loc. Affect. Curat. IV. 102. p. 668.

y) Ib. c. 40. p. 116. cf. De Morb. Curat. III. 55. p. 636.

z) Ib. L. IX. 17. p. 141. cf. De Loc. Affect. Curat. IV. 95. p. 663.

a) Ib. L. IX. 37. p. 146. cf. De Locor. Affect. Curat. IV. 102. p. 667.

b) Ib. c. 38. p. 147.

ſtis ſimili correptos. — *Ad pudendum intumeſcens c)*, — ad *dolores ſcroti pudendique* — ſi *vlcera in ſcroto* ex ſudoribus gignantur. —

Ad *vlcerationes vuluae d)* facit — *mordicationes* vero et *ſinuum pruritus ſedat*. —

XV.

OCTAVIVS HORATIANVS e) SIVE THEODORVS PRISCIANVS.

De veretri, hoc eſt, de naturae vitiis.

— Si veluti *carbunculus* innatus fuerit, licium cum melle tritum ſuppono, frequenter per diem inſpergo mel tepitum. Fomentandum eſt interea ex aqua de ſeminibus, quae in aqua coqui debent. —

De diuerſis vitiis in ano naſcentibus.

— Naſcitur in hoc ſaepiſſime indignatio vel feruor, fit *ragadium*, fit *condiloma*, erumpunt *haemorrhoidae*, naſcuntur *exocadia*, fiunt et *ſyringae*. — Hoc (alumine) tacta exocadia ſpontanea frequentius ceciderunt.

XVI.

MARCELLVS EMPIRICVS f).

Pulueris pancratiani confectio ad *rhagadia* vel exochadia ſic. — Ad *rhagadia in ano* naſcentia. — Ad *ficos*, qui *in locis verecundioribus* naſcuntur. — *Caro ani ſuperuacua* ſine dolore conſumetur. — Ad *fiſtulas* vulnerum in *ano* vel quae naſcuntur in *locis verecundioribus*. — *Ani* vitia et *condylomata*. —

Inguinum tumorem g) cochleae minutae tritae cum melle illitae ſedant. Ad *inguen* —

Aduerſum *inguinum paniculas* remedium ſic — omnem tumorem et dolorem panicularum diſpergunt et ſedant — *dolorem inguinum* ſedat — cohibet *panicularum tumorem*. Siue incipientem paniculam comprimi opus ſit, ſiue concoctam diſſolui, praeſtabit vtiliſſimum remedium cinis muricum vel purpurarum exuſtarum cum oleo vetere impoſitus vel ſuperductus. Lupini ex aceto cocti et ſubacti, et pro emplaſtro appoſiti cauſam panicularum maturant et minuunt dolorem. —

Ne *inguen ex vlcere* aliquo aut vulnere intumeſcat, — Quae ſi prius facias, antequam naſcantur inguina, omnem inguinum vel glandularum moleſtiam prohibebis, ſi poſtea dolorem tumoremque ſedabis. —

Si *ab equitando* vexata fuerint *inguina*, aut intertrigines dolebunt. — Si *ab equitando* aut *ambulando inguen* habuerit. — Ad *condylomata inguinum* vel quarumlibet partium. — Menſtruis muliebribus inguina dolentia vel tumentia ſi contingantur, ſtatim ſanari creduntur. — Inguina tumida et dolentia ſanabis, ſi ipſo veretro denudato (id eſt, reducta pellicula) aſſidue ea contigeris vel perfricueris. *Apoſtemata* vt remolliantur, aut ſi mollia fuerint, vt diſpergantur, facies medicamentum tale, quo nihil potentius eſt. —

Ad *veretri tumorem h)* lentem ex aqua coctam et tritam imponi vtiliſſimum eſt. Si *vlcus in pene i) ſordidum* fuerit, aut *cancer* illud tentauerit, vel iam occupauit, Antronei paſtilli triti ex vino impoſiti benefaciunt. — Panacis radix appoſita purgat *ſordida vlcera* vel *in verendis* vel quoquo loco fuerint. Mirifice hoc medicamentum purgat vlcera quaelibet, etiamſi *cancer* tentauerit. Eſt autem lene. — Folia myrti ieiunus commanduca, et in *vlcera veretri* exſpue. Statim proderit. Ad *tumores* et *dolores teſticulorum*. — Portulacae ſuccus *tubo laboranti* per clyſterium immiſſus mire proteſt: Ipſa etiam trita ſuper impoſita iuuabit. — Puluis tenuiſſimus de myrti foliis arefactis *vlceri, veretri* inſperſus celerrime prodeſt. Nucleos pineos minutos purgatos numero XXX. adiecto pauxillo croci ſimul tritos, ſi quis ex paſſi cyatho quotidie per dies nouem continuos bibat, mire *penis vitio* celeriterque ſanabitur. — *Carbunculos in veretro* efficaciter ſanat. — Succus exceptus *myrmecias*, quae *in veretro* naſci ſolent, vnctione ſua purgat et diſcutit.

Cinis *veretri* vel *teſticulorum tabidis* et *humidis vlceribus* inſperſus prodeſt — *veretri doloribus vlceribusque* inlitum — veretro impoſita *vlcera* eius et *epiphoras* mire perſanat. — *Verendi virilis clauulis* et *vlceribus* aloe trita vtiliter imponitur, cum prius vino eluta fuerint vitia veretri. — *Carbunculos de veretris* exterminat — ea, quae *veretris ſerpunt*, mira celeritate perſanat. — Naturae ſiue veretro virili remedium efficax ſic, ſi *in veretro ſummo clauus* natus fuerit, habens *callum purulentum*, hoc modo curabitur.

XVII.

AETIVS.

Ad *inflammationes ſedis k)* et *ani*, ſiue *rhagades*, ſiue *condilomata* in cauſſa fuerint. —

Accidit in *ſede l) condyloma*, quando reduplicatis ani corpuſculis ruga quaedam praeter naturam inſurgit et intumeſcit — ergo, intumeſcente ruga, condyloma generatur, quod interdum molle et ſine Inflammatione eſt, interdum inflammatum, durum et dolorificum; *rhagades* autem quandoque in muſculo claudente — quandoque in circulo fiunt vel ob acrium humorum defluxum, vel ob inflammationem extenſionemque condylomatum, quibus partes adiacentes franguntur. Haec quidem in principio medicamentis curantur, producta vero medicatione, induratoque et ad calli formam perueniente affectu, ad manuum opus confugere oportet, condylomate quidem volſella extenſo et a baſi exciſo, rhagadum autem calloſis labiis exſculptis, vt nouum vlcus mite et purum perſiſtens medicationem commodam reddat, quod quidem poſt chirurgiam primo ſuppurare oportet, deinde mundificare, poſtea ad cicatricem perducere. —

Thymi m) nomen a corymborum montanae herbae ſimilitudine tranſumtum eſt. Qui enim in corpore thymi enaſcuntur, turgidae quaedam excreſcentiae ſunt, aſperae, ſubrubrae, oblongae, praeter naturam auctae, in exciſione longae, plus emittentes ſanguinis, quam magnitudini ſuae requiratur. Frequens eſt hic morbus circa ſedem, pudenda et femora, inuadit tamen quandoque et faciem.

Thymorum quidam puſilli ſunt, et a medicis *eminentiae* vocantur; quidam magni, ac proprie *thymi* appellantur; quidam maiores, quos *ſycoſes* vocant. Eorum alii, *mites* alii *feri*. *Mites* exiguae carnes ſunt, inaequales, eminentiis ſenſum latentibus, ſcabrae, colore candidae aut ſubrubrae, dolore carentes, *feri* autem duriores, ſcabriores amplioreſque ſunt, feculenti, colore liuidi, dolorem punctionemque inferentes, manuum praecipue attactu et medicamentorum applicatione. At reliqui quidem curatu faciles ſunt, feri vero inſanabiles. Qui tamen etiam interdum curantur, non exciſi a radice, quemadmodum cetera ſolent, ſed amputatione totius membri, in quo fuerint.

Acrochordon autem, id eſt, *verruca*, turgida quaedam eminentia, ita appellata, quod apici inciſae chordae maxime aſſimiletur; Eodem modo *formica* tumens et calloſa eminentia eſt, colore nigricans, baſi

c) Locor. Affect. Curat. IV. 102. p. 667.

d) Ib. c. 112. p. 670.

e) Logic. L. I. c. 25. fol. 24. et c. 27. fol. 25. *Octavii Horatiani rerum Medicarum Lib. quatuor — per Hereman. Comitem a Neuenar, integro candori nuper reſtitutus — Argent. ap. Scottum M. D. XXXII. f.* Vixit ſeculo quarto, *Vindiciani* diſcipulus, methodicus, *Gratiani* Imp. archiater.

f) De Medicamentis, c. 31. p. 388. ſeq. Coll. Steph. Quae leguntur ad verbum apud *Scribontium*, repetere nolui. Fuit vero *Theodoſii* Imp. archiater et ocfſiiorum aulae magiſter, totus in formulis verſatus.

g) Ib. c. 32. p. 391.

h) Ib. c. 33. p. 393.

i) Ita leg. pro *pede*.

k) L. XIV. 2. p. 5. T. III. ed. Froben

l) Ib. c. 3. p. 6.

m) Ib. XIV. 4. p. 8. T. III.

baſi lata, et in cute ſeſſilis, in exciſione dolores adferens, morſiunculis formicae animalis ſimillimos, a quo etiam nomen accepit. Reddit et haec, dum abſcinditur longe maiorem ſanguinis quantitatem, quam ſuae paruitati congruat. — *Thymos ani* volſella exſerentes a baſi amputabimus, et aridum medicamentum ſiſtendo ſanguini idoneum apponemus. —

De pudendorum thymis ex Leonida n).

— Qui quidem vel in ipſa *ſede* oriuntur, vel in *glande* tantum, vel in *fiſtula penis*, vel in *praeputio*, nonnunquam ea eas omnes ſimul partes occupant. Praediximus etiam, mitiores quidem facile ſanari, maleficos autem inſanabiles eſſe, neque aliter, quam membri affecti ablatione curari. Nec minus declarauimus, quibus notis mitiores a maleficis diſtinguantur. Si ergo thymi benigniores paruique fuerint, volſella extendendi abſcindendique ſunt, medicamentumque applicandum, quod cruſtam inducendo ſanguinem ſiſtat — vt per eam cruſtam ſimile quidpiam inuſtioni inferatur. Vbi vero magni multique ſunt, tunc poſt exciſionem ad ſanguinem retinendum et ad affectorum locorum recorporationem, et ad prohibendam thymorum regenerationem inuſtio adhibebitur. Sed ſi *praeputium* tam interius, quam exterius *thymis* refertum ſit, haud facile ſeruari poteſt. Ideo totam cutim abſcindere oportebit, et poſt abſciſſionem inurere, adiecta deinde medicatione, quam ſupra ad ſedis procidentiam praedocuimus. Exciſis vero thymis, poſt exciſionem arida medicamenta ad cruſtam inducendam adhibeto, et vbi cruſta abſceſſerit, reliqua curandi ratio ad exſiccandum vertatur. —

De rhagadibus pudendorum ex eodem o).

In ſummitate *praeputii rhagades* oriuntur, quando ita anguſtum eſt, vt non, niſi violenter reduci queat. Cuti enim effracta, inflammationes doloresque intenſi ſuperueniunt, omninoque in principio rhagas vniuerſa, dum adhuc recens eſt, cruentatur, antiquata vero calleſcit, rurſusque, ſi violenter reducatur praeputium, cutis refracta cruentatur. —

Confert ad *praeputii rhagadas* et *ſordida vlcera* p), praeſertim vbi praeputium reduci nequit. — Facit ad inchoantes et antiquas praeputii rhagadas. — Aliud *vlcera praeputii et glandis* repurgans et ad cicatricem ducens. — Aliud ad *praeputii*, *ani* et *muliebrium pudendorum rhagadas*.

Aliud ad rhagades et cicatricem vlceri inducendam, acrimonias obtundens. — Mirifice ad rhagadas ceteraque pudendorum vlcera confert paſtillus ex ſolano veſicario lacte dilutus vel applicatus, vel ſi praeputium reduci nequit, tepidus per clyſteriolum paullatim iniectus. Ad *pudendorum* vero *ſpontanea exanthemata*, praecipue vbi praeputium reduci nequit, loco prius per fiſtulam puris attractoriam abluto, glaucium cum vino dilutum inijcito. —

Ad pudendorum depaſcentias q).

Si vero depaſcentia aut eroſio ſuperuenerit, pars erodenda exterius flaccida apparet: Qua expreſſa, tenue quoddam virus cruentum primo, deinde feculentum excernitur. Fomentis igitur aſtringentibus locum fouebimus.

Ad *pudendorum carbunculos* r) — ad *vrinarii meatus vlcera* ſ). —

Carbunculoſis vuluae vlceribus t) conferunt.

Ad *ſordida vuluae vlcera* vtemur —

Thymus u) vel in aliis, vel in ipſo *pudendo*, vel in *ore vteri*, vel in *collo* generatur, eſtque aſpera quaedam eminentia miliacea, thymi corymbo ſimilis, quibusdam mitis eueniens, quibusdam maleficus, ruber, cruentus, praecipue poſt concubitum aut deambulationes. Atque is moro praematuro aſſimilatur, viſuque deprehenditur, modo ſine vllo artificio oblatus, modo per ſpeculum reuelatus. — *Pudendorum formicis* haec conferre compertum eſt. —

Condyloma x) eſt rugae excreſcentia. Rugae enim circa os vteri exiſtentes, dum inflammationem patiuntur, incuruantur et indurantur, et euerſionem quandam et craſſitudinem in locis efficiunt Praecipue uero in menſium excretionibus et poſt partium turbulentias attolluntur, facileque tactu noſcuntur. —

— *Rhagades circa os vteri* y) eueniunt, ſed et ob acrium humorum defluxum loca effringentem et exurentem fieri ſolent. —

XVIII.

PALLADIVS z)

Heron — profectus Alexandriam — acceſſit ad theatra et equeſtria certamina, et verſabatur in cauponis. Is autem, cum gulae eſſet deditus et ebrietati, incidit in coenum femineae cupiditatis, et cum peccare conſtituiſſet, *cum quadam mima congreſſus, vlcus ſuum aperuit.* Cum haec ſic fierent, diuino quodam conſilio enatus eſt ei *anthrax in glande*, et tempore ſemeſtri vſque adeo aegrotauit, vt eius *virilia membra computruerint*, et ſua ſponte *ceciderint.* —

XIX.

PAVLLVS AEGINETA a)

Ficus nominant eruptiones vlceroſas, rotundas, ſubduras, rubicundas, ad quas conſequitur dolor. Naſcuntur hae plerumque in capite, ſed et reliquo corpore. — Ad *ficoſas in capite* ac *mento puſtulas* medicamentum ſiccum. —

Vlcera in pudendis et *circa ſedem* b), ſi ſunt citra inflammationem, valde ſiccantibus opus habent medicamentis. — Non *humidis* autem et *recentibus vlceribus* etiam aloe bonum pharmacum eſt, ſicca in puluiſſum redacta inſperſa. Prae omnibus vero dolorem eximit, et nullo minus efficax eſt pompholyx. Si vero humidiora fuerint vlcera, pinus cortex per ſe et lapis haematites. Si autem et *profunditas* aliqua ipſis affuerit, ad relata manna thuris admiſcenda eſt. At ſi *nome* depaſcendo proſerpat, lenticula imponatur cum malicorio. —

Valde commoda ſunt medicamenta et ad *rimas*, et ad *ſordida circa coronam vlcera*, et maxime, cum detrahere praeputium non poſſunt. — Ad *condylomata* facit hoc. — Si vero *in cole intra pudendi foramen* inconſpicuum *vlcus* fiat, cognoſcitur ex eo, quod aut pus, aut ſanguis euacuatur citra mictionem. —

Ad *dolores in pudendo* — ad *tumidum pudendum* — *Verrucas in pudendis*, *thymos* appellatas, curat et augeri rurſus non ſinit cinis ſarmentorum vitis cum aceto impoſitus. — In ſumma vero *verrucarum* genera omnia, et *thymus*, et *formicaria*, et quae quaſi ex chorda pendet, per medicamenta quidem vehementer exulcerantia auellentur, per putrefacientia vero ac erodentia mortificantur. —

Facit etiam ad *rimas inflammatas* et ad *vlcerationes ſedis* cum feruore aut morſu. — Ad *ani inflammationes* et *extuberantias* — ad *calloſas extuberantias.* —

Circa vteri oſculum *fiſſurae* c) fiunt — quandoquidem contingit *fiſſuras diuturnas in condylomata* mutari, per conſimilia callus adimatur, et condylomatum eminentiae ad cicatricem perducantur.

Vtraque harum *verrucarum* d) cutis eminentia eſt parua, calloſa, et vt plurimum rotunda. Verum *formi-*

n) Ib. L. XIV. 12. p. 15. T. III.
o) Ib. c. 13. p. 16.
p) Ib. c. 14. p. 16.
q) Ib. c. 16. p. 17.
r) Ib. c. 17. p. 17.
ſ) Ib. c. 18.
t) L. XVI. 91, 92. p. 169.
u) Ib. c. 107. p. 175.

x) Ib. c. 108. p. 176.
y) Ib. c. 109. p. 176.
z) *Palladii* Epiſcopi Hiſtoria Lauſiaca, ed. Meurſ. L. B. 1616. c. 37. p. 82. et Bibliothec. Sanctor. Patrum T. VII. Sect. 29. p. 1565.
a) De Re Med. III. 3. p. 415. Coll. Steph. et interpr. *Torini*, Baſil. 1532. p. 106.
b) Ib. III. 59. p. 478. Coll. Steph. et ed. *Torin.* p. 211.
c) Ib. III. 75. p. 490. Coll. Steph. et ed. *Torin.* p. 230.
d) Ib. IV. 15. p. 508. Coll. Steph. et ed. *Torin.* p. 260.

formicaria latum fundum habet, et ſi quis conſcalpet, ſimilem ſenſum inducit velut a formicarum morſibus, altera vero, *acrochordon* appellata, anguſtum fundum habet, vt, ſi aſſimiles, ſummam chordae partem dependere putes. Has igitur extuberantias tollit elaterium cum aceto. — Ad *cancroſa e*) et *maligna*, et ad *rugoſa ſedis vlcera*, itemque ad *inflammationes in pudendis* aut *teſtibus*. —

Ceterum ad ea *vlcera*, quae *circa ſedem* ac *pudenda f*) ſunt, maxime ſi inflammata fuerint, aloe vtere trita ſicca, aut cum aqua. —

Thymi g) carnoſae ſunt eminentiae, quandoque in *glande*, quandoque in *praeputio* conſiſtentes, et ex his aliqui ſunt maligni, aliqui non. Non malignos igitur ſcalpelli acie deradere conuenit, et chalcitidem inſpergere, in malignis autem poſt ablationem vſtione vtendum eſt. Si vero alternatim *oppoſiti in praeputio thymi* fiant, alii intra ipſam, alii extra, non omnes ſimul aggredi oportrt, ne praeputium, quod tenue eſt, non animaduertentes, diſſecemus, verum primum inferni auferantur, et poſt inductam ipſis cicatricem etiam externos aggrediamur. Quidam ex recentioribus forfice praeſectos, ſeta equina obligatos, ipſos curabant, quemadmodum alii frigido cauterio ipſos adurunt.

Thymus h) eminentia quaedam eſt, aliquando rubicunda, quandoque alba, plerumque ſine dolore, thymi herbae corymbis ſiue cacuminibus ſimilis.

Condylomata vero rugoſae extuberantiae ſunt, quemadmodum *haemorrhoides* ſimiles illis ſunt, quae in ano fiunt, quae aliquando etiam ſanguinem fundunt. Omnes itaque eiusmodi eminentias, *in feminis* ſub conſpectum venientes et denudatas, volſella apprehenſas, ſemiſpathulae acie excidimus, et galla trita aut alumine ſciſſo inſperſo ad eas vtimur. — Maiores enim chirurgi obligationem per fila in his non admittunt.

Condylomata in ano i) ſolum loco differunt ab eo, quod in muliebribus pudendis eſt. Eſt enim etiam ipſum rugoſa ſedis eminentia, inflammatione aut rima praegreſſa. Primum igitur *eminentia* appellatur: Vbi vero calleſcit, *condyloma* Oportet itaque, veluti illa, ita et haec volſella prehenſa exſcindere, et cruſtam inducentibus curare. —

Formicaria verruca k) eminentia eſt cutis parua, calloſa, rotunda, craſſa, in baſi inhaerens, et ſi ſcalpatur, formicarum morſibus ſimilem ſenſum inducens, in omni quidem etiam ipſa corpore conſiſtens, maxime autem in manibus. Quidam igitur, inter quos eſt etiam GALENVS, durae pennae fiſtula, quales ſunt veterum gallorum, et anſerum, et aquilarum, circumſcarificandum eſſe cenſent, ita, vt obtorqueatur per vim in profundum, et ex fundo verruca formicaria tollatur, alii vero aenea aut ferrea fiſtula idem faciunt.

Verum iunioribus placuit, eam circumſcarificare, et volſella prehenſam, ſcalpello, velut clauos, exſcindere. At vero *acrochordon verruca* eminentia eſt cutis parua, doloris exſors, calloſa, rotunda vtplurimum, baſin autem anguſtam, vt pendere videatur: Vnde ita appellata fuit, quod ſummae chordae parti ſimilis exiſtat. Extentam igitur eminentiam excidimus. Sin minus, filo ſaltem aut pilo ipſam deligamus. Noui autem, quod et has, et relatas omnes eminentias plerique frigido cautere conſumunt.

XX.

MOSCHION *l*).

Frequentius in partu rugae, quae in orificio matricis *m*) ſunt, accepta ſoliditate, *condylomata* faciunt, quae etiam ipſa, cum in feruore fuerint, paragorizanda ſunt, dehinc commalaxanda, nouiſſime chirurgia tollenda. Sic enim facillime cicatricem recipere poſſunt.

Vt *in pinnaculis n*) et in *ſinu muliebri*, et in *orificio*, vel in *collo matricis claui* naſcuntur, ſic ſunt ſine affecti loci dolore, aliquando rufi, aliquando albi, facillime autem hi foris viſu deprehenduntur. Intus vero, aperto organo, videri poſſunt, et in ſarcocollabo apprehenſi bene praeciduntur et curantur. Interiores autem, qui tolli non poſſunt, medicaminibus commalaxari debent.

XXI.

ACTVARIVS *o*).

Μυρμηκια et ἀκροχορδων (illam *formicam*, hanc *verrucam penſilem* noſtri vocant) vtraque cutis eſt exigua extuberatio, calloſa et magna ex parte teres, ſed *formica* latiori baſi ſedet, et ſi quis conſtrinxerit, mordentis formicae ſenſum inducit, *verruca* autem *penſilis* anguſtiorem obtinet baſin, vt ſummae chordae ſimilis pendere videatur.

Porro βουβων et *tuberculum* ſiue φῦμα ac φύγεθλον, quod *panum* quidam etiam vocant, glandularum ſunt affectus. Et *tuberculum* dicitur glandulae inflammatio, βουβων vero eiusdem eſt ad ſuppurationem properans inflammatio, et inflammatum ſiue phlegmonodes eius eryſipelas φύγεθλον vocitatur. —

Ceterum non eſt ignorandum, nonnunquam *in interna penis parte* exiguum *tuberculum q*) oboriri, quod dum diſrumpitur, ſanguinem aut exiguum puris effundit. Quare quidam arbitrantur ex profundo ea prodire, citraque rationem metuere coeperunt. Verum res ex penis dolore deprehenditur. Venae autem ſectione ſola victuque frigidiuſculo aegrum a moleſtia vindicauimus.

Quod ſi vitium moram traxerit, et vulnus altius peruenerit, enemata morſus exertia, qualibus in lippitudine vtimur, infundimus.

Balneo ac omni mordenti euidenterque calefaciente tum cibo, tum potione abſtinemus. Ita namque promtius aeger valetudinem recipit. —

Formica r) et quam *penſilem* vocant *verrucam*, quae duriores ſunt magisque terreſtes, quippe quas humor terreus et lentus generat, validiora quoque requirunt medicamina. Quare nonnulli elaterium cum ſale illis applicant, alii groſſos cum aceto, quidam eiusmodi alia. —

Ceterum *bubon s*), *tuberculum*, *panus*, tumores cum ſint, qui abſceſſum ſapiant, emollientibus concoquentibus et diſcutientibus profligantur. Si qua ſubeſt plenitudo, a venae ſectione ſatius eſt ordiri, et vinum modice bibere. —

Thymos t), qui ita per translationem a thymorum corymbis appellantur, quique σῦκα et συκάμινα etiam Graecis, et Latinis *ſici* nominantur, — vt vno verbo dicam, omnia, quae exedendi detrahendique vim obtinent, ſunt idonea. —

Formicas u) autem et *verrucas penſiles*, quas ἀκροχορδόνας appellant, tollit elaterium cum ſale impoſitum, aut thus, aut groſſi cum aceto, et farina ac nitrum. —

Quare ad *canceroſos affectus ſedis x*), item *tuberoſa* et *pudendorum teſtiumue* aut mammarum phlegmonas in plumbea pila piſtillo plumbeo Lemnium ſigillum ex poſca vel mulſa, vel lacte terito, donec nigreſcat.

 — Ad

e) Ib. c. 26. p. 516. Coll. Steph. et ed. *Torin.* p. 271.

f) Ib. c. 45. p. 523. Coll. Steph. et ed. *Torin.* p. 285.

g) Ib. VI. 58. p. 584. Coll. Steph. et c. 58. p. 12. in *Paulli* De *Chirurgia* Lib. ed. *Feliciano*, Baſ. 1533.

h) Ib. VI. 71. p. 581. Coll. Steph. et p. 15. ed. *Felician.*

i) Ib. c. 80. p. 586. Coll. Steph. et p. 18. ed. *Felician.*

k) Ib. c. 78. p. 588. Coll. Steph. et p. 18. ed. *Felician.*

l) v. Harmon. Gynaec. c. 12. p. 130.

m) Περὶ γυναικειων παθων — *nunc primum edit. opera ac ſtudio Caſp. Wolphii, Baſil. per Thom. Guarin.* 1566. et repetitus in *Gynaeciorum* T. I. Baſil. 1586. p. 1. In vtroque libello extat verſio quaedam latina, ſub nomine *harmoniae* comprehenſa, quam ſecutus ſum. Aetas auctoris incerta eſt.

n) Ib. c. 17, p. 140.

o) *Methodi Medendi L. VI. interpr. Mathiſio, Venet.* 1554. 4. Lib. II. c. 11. p. 49. Vnus ex vltimis graecis medicis, ſed vſu et arte praeſtans.

p) Ib. c. 12. p. 81.

q) Ib. IV. 8. p. 150.

r) Ib. IV. 15. p. 170.

s) Ib. c. 16. p. 171.

t) Ib. c. 16. p. 173.

u) Ib. VI. 8. p. 293.

x) Ib. p. 294.

— Ad *vetuſtas formicas y)*. — Mire quoque ſuccurrit *rimis in praeputio* tam incipientibus, quam inueteratis propter lotium, quod inter meiendum inter glandem ac praeputium detinetur.

XXII.

NICOLAVS MYREPSVS *z)*.

Iis, qui *in* veſica et *pene vlcera a)* habent. — Prodeſt ad — corpus *formicoſum verrucoſamue b)* — *condylomata c)* ſanat: horum enim cauſſas per vrinam excernit. — Illitio Theodori ad tonſillarum vlcera, et gingiuarum atque *pudendorum putredines*, *nomas* et *carbunculos d)*. — Emplaſtrum — ad omnes *in pudendis nomas e)*, *condylomata* — ad vulnera et *in medio ſedis vitia*. —

Ad *pudenda f) vlcerata* et *rimas*, etiamſi iam putreſcunt. — Hedricum ad *ficus g)*. *condylomata*, vetera *tubercula* et omnia *ſedis vlcera*. Vtile etiam eſt ad omnis generis *rimas in labiis*, *nomas* et *vlcera* — ad omnem *dolorem condylomatum*, *rimarum* et vehementiſſimos cruciatus. — Ad *nomas pudendorum* — et omne ſordidum vlcus — ad *condylomata* mirabile — ad *ani condylomata*. — Ad forationes, *rimas h)* et rachmadas, et dolorem veluti habens *intra* et *extra anum*. Conuenit habere recens factum cultellum, alibi non inquinatum, et abire in locum, vbi ſunt herbae dictae quinqueneruiae. In primo et quinto lunae deficientis die incidito herbas tres quidem cultello, ſic dicens: In nomine patris, et filii, et ſancti ſpiritus. Poſtea eruito tres herbas cum radicibus hanc precationem dicens: O deus caeli et terrae, et omnium, quae in iis ſunt, ſancta trinitas, eiusdem eſſentiae, inſeparabilis ſermo patris, fili dei, ſanctiſſima dei genitrix, ſancte Lvca, ſancte Pavlli, ſancti percuniae contemtores, et miracula edentes, Cosma et Damiane, Cyre et Ioannes miſericors, et Hermolae, intercedite, apud optimum deum noſtrum, et factorem omnium, vt vadat, tabefaciat et demoliatur *eminentias* externas et internas, *rimas*, *forationes*, et *rachmadas*, et ſi quid aliud fuerit *in ſede* intra et extra ſervi dei N. Et quemadmodum haec herba conteritur, ſic conteratur et omne malum, quodcunque fuerit eius hominis, ſerui dei, ſic per gloriam et erga homines amorem Christi, veri dei noſtri, et deprecationem immaculatae matris et omnium ſanctorum, conterantur et marceſcant, demolianturque internae et externae eminentiae, et ſi quod aliud eſt *in ano* malum ſerui dei N. Poſt haec dic praeſentem exorciſmum.

Colligato tres herbas cum ſimplici filo, et ſuſpende in fumum. Et ſi herbae conterantur, conterentur et ipſae gratia dei et immaculatae genitricis dei et omnium ſanctorum, Amen.

Puluis *i)* — ad *pudenda fluxione* laborantia. His enim cicatricem inducit, valde bonus eſt. —

Ad *pudenda exulcerata*, et potiſſimum recentia, et ad mulierum vlceroſas *intertrigines*, — ad *nomas k)* oris, potiſſimum *pudendorum*. — Puluis — ad *vlcera pudendorum l)* melle diſſolutus — dentium et *pudendorum putredinibus m)* et *fluxionibus* accommodatum. — Peſſus ad *condylomata vteri n)*. Peſſus *vteri* peruerſiones, diuturnas duritias et *formicas o)* ſanans. —

III.

ARABES

I.

ISAAC *p)*.

De Paſſionibus Natium.

Fiſſura autem ex ſolutione eſt humorum cholericorum calidorum et acutorum, aut quia nimis eſt ſtipticum et durum, cum ſtercus exeat per nates nimis ſiccum.

Apoſtema naſcitur *in natibus*, ſicut in membris totius corporis, et ex tumore, et dolore, et ſtranguria intelligitur.

Quod ſi ſit *calidum*, rubeſcit et quieſcit de cauſa actuali frigida, ſi ſit ſuppoſita, et nocet ſibi res calida. De *frigido apoſtemate* e conuerſo accipe.

De apoſtemate virgae q)

Apoſtema in virga curatur, ſicut alia apoſtemata corporis. —

De verrucis et porris r).

Verrucae, *porri* et *formica*. Haec omnia radicitus euellantur, locum earum ferro calido fortiter coque, ſtringatur ſine ferro. Aliquando cadunt, ſi diu ſtricturam patiantur. Porri, quibus alia medicina non proficit, ſimiliter euellantur. *Formicae* paruae ſunt puſtulae, in exteriore cute naſcentes, quae cum alia non prodeſt ſibi medicina, vt comprehendi valeant, primum circumfodiamus, deinde vnguentis et aliis plagellis ſanemus.

De verrucis et porris vuluae s).

Aliquando innaſcuntur haec *in vulua mulieris*, ſed cum hamunculis ſuperflua extrahantur, et foras extracta forpice incidantur, et puluis ſanatiuus apponatur.

De glandulis et nodis in ano t).

Glanduiae et *nodi in ano*, vt *in vulua* naſcuntur, et emorroides, et poſtea ſit nodoſa, ſicque mundetur.

y) Ib. c. 9. p. 306. ſeq.

z) *Medicamentorum opus — interpr, Leon, Fuchſio. Lugdun. ap. Arnolet.* 1549. 8. Fuit vero repetita ſub tit. *Nic. Myrepſi Diſpenſatorium medicum ſiue de recta medicamentorum praeparatione et vſu opus* — Francof. 1625. 8. In hac medicamentorum farragine etiam reperiuntur quaedam formulae, vnde hoc quidem intelligitur, turpia naturalium vitia, ſimilia gallicis, omni ſeculo extitiſſe.

a) Antidot. 226. p. 97.

b) Antidot. 293. p. 115.

c) Antidot. 370. p. 138.

d) Illitio 23. p. 308.

e) Empl. 20. p. 330.

f) Empl. 27. p. 302.

g) Hedric. 2. 4. 6. 10. 11. p. 376. ſeq.

h) Ib. n. 28. p. 379. Sapit haec formula ſeculi ſuperſtitionem.

i) N. 53. 54. p. 564.

k) N. 69. p. 566.

l) N. 81. p. 568.

m) N. 81. p. 589.

n) N. 16. p. 602.

o) N. 32. p. 604.

p) Theoric. L. IX. 32. fol. 48. a. Lugdun. ap. Trot 1515. Vixit ſub auctore *Herbelot* ſeculo X. Plura et magis obuia apud Arabes ſunt genitalium vitia, ex impuro coitu contracta et nata, vnde demum cunque hanc crebritatem repetas.

q) Practic. L. VIII. 12. fol. 115. 6.

r) Practic. IX. 17. fol. 120, b.

s) Practic. L. IX. 59. fol. 123. a.

t) Ib. c. 66. fol. 123.

tur. His, vt diximus in vulua, i. cum burcellis captis excidas radicem, medicamen ſuperpōnas deciſis. *Ragadiae* vero magnae, ſi non curentur medicamine, fricentur ferro aſpero, donec aſperitas cadat *fiſſurae*. Tunc vnguentis curentur.

De apoſtemate virgae u).

Apoſtemata et vulnera *virgae* ſeu puſtulae ſunt ex humoribus a corpore deſcendentibus, quod palam eſt ſenſui, cum hoc membrum in propatulo ſit, intelligendum, vnde naſcatur, quoniam ex infirmorum complexionibus. —

II.

BVHAHYLYHA BINGEZLA *x*).

De morbis veretri.

Morbi in pelle ipſorum accidentes ſunt *puſtulae, vlcera, pruritus.* Et morbi veretri ſunt aut in corpore, aut in meatibus ipſius. Si in corpore eius, fit dilatatio — *apoſtemata* et *vlcera.* Et morbi accidentes in eius meatibus eius ſunt opilatio, iectigatio ex ventoſitate incluſa in corpore eius, et vt plus hoc fit, cum apoſtemate acuto et erectione forti, et cum hoc fit, quandoque ſpaſmus. —

Et ſi declinat laborans eo ad ſpaſmum, morietur cito penes inflationem veretri et ſudorem ipſius frigidum. Sed *vlcera* et *apoſtemata* in eo accidunt, vt in aliis membris, et eorum ſigna ſunt, vt aliorum.

De morbis matricis.

Morbi matricis ſunt — manatio humida — *apoſtema* calidum et frigidum, dubayla, cancer — *fiſſura in ore matricis, vlcera* ibidem. — *Vlcera matricis* aut fiunt ex contuſione — vel *ex puſtulis* apertis. — Et cognoſcitur hoc per apertionem matricis cum inſtrumento facto ad id, quia videtur et cognoſcitur ſubſtantia ipſius per id, quod emittitur de matrice. —

III.

ABV OSEIBAH *y*).

De ingenti *penis inflammatione* (loquitur), quae nata fuerat ex impuro cum beſtia concubitu, cum caruncula vrethram obſtruente, ſanata modo prorſus empirico atque crudeli. Impoſitum glabro lapidi penem medicus ſubito praeter exſpectationem, qua poterat, vi percutiebat manu in pugnum coacta, vt obturaculum et vlcus diſſiliret.

IV.

MESVE *z*).

De emorroidibus a).

— Aegritudines ergo euenire poſſibiles ſunt plures ſecundum pluralitatem eorum, quae conueniunt in ipſo. Et ſunt *emorroides, apoſtemata, ragadiae, fiſtulae, vlcera* et *mollificatio.* — *Cauſa emorroidarum materialis* diuerſa eſt ſecundum diuerſitatem ſpecierum. Nam eſt melancholia et ſanguis melancholicus plurimum, quorum melancholia eſt *verrucalium* cauſa, melancholicus vero ſanguis *moralium.* — Et dignus eſt, vt a phlegmate *veſicales* fiant ad modum veſicarum ventrium piſcium, et vuae medio modo intra has et illos exiſterent. — Quae vero multum et grauedine, et dolore, intus in ano percepto maxime apud immiſſionem clyſteris et emiſſionem fecum, et proprie ſquiballarum, et ex materia illarum proprie *infectarum*, et exitu eius poſt illas, ſi apertae fuerint, ea vero caecae *infectio* nulla erit, nec etiam materiae exitus poſt eas, niſi forte alicuius maioris, et dolor fortior ſimilis ei, qui eſt *ex vlceribus ani*; Quare credunt multi *habentes vlcera emorroides habere*, cum non habeant, ſed *vlcera* tantum, et e conuerſo. Quae diſtingunt ab illis *exitus ſaniei* et *puris*, et *mordicatio* percepta *in vlcere* apud emiſſionem fecum etiam liquidarum. —

De medicinis ragadiarum ani b).

Ragadiae ſunt fiſſurae euenientes *ano*, et ſunt plurimum longitudinales, in circuitu eius currentes, prout muſculus latitudinalis procedit propter eius dilatationem. Et *cauſa* earum eſt duplex, interior et exterior, — et quandoque propter aliam cauſam puta et *apoſtemata calida* et *ſicca*, et quandoque propter *emorroidas.* —

De pruritu et dolore virgae c).

Pruritus in virga accidit ex materia acuta ſalſa — Quandoque tendit per canalem eius, et tunc accidit *titillatio in virga*, et fit *erectio* eius ad modum pruritus matricis, ex quo mulieribus accidit priapiſmus et immoderati coitus deſiderium. Et plurimum eſt *cauſa* doloris, cum valde *acuta* fuerit et *pungens*, et *vlcerans*, et fit dolor ex ea, et ex ventoſitate interclusa in concauitate neruorum — vel *ex apoſtemate.* —

De apoſtematibus virgae et corroſione eius d).

Vlcera virgae et *apoſtemata* ſunt proportionabilia *vlceribus* et *apoſtematibus teſtium.* Sunt enim *ex humoribus* deſcendentibus a corpore et ſuperioribus membris, et *deteriora* ſunt, quae fiunt *in lacerto*, qui eſt *in radice virgae* et *ano*, eo, quod fit *in capite*, quod eſt, quia indiget exſiccatione forti. Et dolor cum hoc eſt vehemens, et plurimum *veniunt ad corroſionem* et *putrefactionem.* Et *minus malum* eſt, quod fit *in pelle*, et ſiquidem ſint *in parte exteriori*, ſunt nota et ſenſui manifeſta. Si vero *in via et ductu vrinae*, cognoſcuntur ex dolore magis in vrinae egreſſione et *ſanie egrediente ante vrinam.* Et ſi ſit *apoſtema in via et ductu vrinae*, dolor erit cum ſtranguria prius, deinde, *facta ſanie* et *erupta*, *ſoluitur puſtula* et *ſtranguria.* — *Cura vlcerum virgae*, ſi ſunt intrinſeca, eſt cura vlcerum veſicae. — Si vero ſunt *extrinſecus*, aut ſunt *recentia*, aut *antiqua.* — Quod ſi illic fuerit *corroſio*, et *ambulantia* fiant, tunc oportet, vt prohibeatur corroſio et ambulatio cum propriis, vt ſunt, vt abluantur et epithimentur, et fricentur cum vrina hominis antiqui proprii. — Si autem fuerint *fraudulenta* et *maligna*, et *denigrentur*, tunc melius eſt ſecundum praeceptum Hippocratis, vt *abſcindatur* totum nigrum, et deinde curentur cum vnguento carnis generatiuo et conſolidatiuo. Et ad *ragadias virgae* cura eſt cura *ragadiarum ani.* —

De apoſtematibus virgae e).

Et cura *apoſtematum eius* eſt propinqua curae apoſtematum teſticulorum, magis tamen tolerantia ſunt ſtiptica in principio propter naturam propriam et propter humiditatum decurſum. — Aliud, cum eſt ibi *apoſtema durum.* Furfuris partem j. armoniaci ℥j. et eſt dictum ſupra in apoſtemate teſticulorum. Sed hic eſt magis conueniens ad *verrucas virgae*, et eradicat eas ſquilla linita cum oleo et gumma pini. — Et ſi ibi fuerit *morum*, ſumatur baurach aduſtum. — Et quando non ſufficiunt, *incidatur* et puluerizetur deſuper atramentum et arſenicum. —

Dè

u) Viatici L. VI. 5. fol. 164. a. quod ſibi *Conſtantinus* vindicaſſe dicitur.

x) Canon. 40. 41. p. 44 — 46. Vixit, vt multis videtur, ſeculo octauo, medicus *Caroli* Magni.

y) V. Reiske *et* Faeri *Opuſc. med. ex moniment. Arab. et Ebraeor. Hal.* 1776. 8. Cap. 13. obſ. 2. p. 61. Vixit vero *Abu Oſeibah* vſque ad annum Hegſchgrae 672. (i. e. 1273.) Cuius libelli copia cum amplius non ſit, Reiskii verbis caſum enarrare lubet. Accidit vero ſub hoc auctore *circa annum Chriſti* 904.

z) *Opera diui Ioannis Meſue* — 1533. f. In fine leg. *Excuſa in famatiſſimo Lugdunenn. emporio ſumptibus et impenſis honeſti viri Vincentii de Portlonariis de Tridino de monte ferrato: induſtria vero Ioannis Creſpin a l's du carre. Anno domini Milleſimo. CCCCCXXXIII. Die XV. menſis Maii.*

a) Practic. Partic. VI. Sect. I. Summ. I. c. 5. fol. 171. b.

b) Ib. c. 7. fol. 173. a.

c) Summ. III. Part. IV. Sect. I. c. 12. fol. 185. b.

d) Ib. c. 14. fol. 185. b.

e) Ib. c. 15. fol. 185. b.

De carbone ſeu pruna et igne perſico f)

Carbo ſeu *pruna* et *ignis perſicus* proprie ex apoſtematibus paruis ad formam et quantitatem lupini malae morigerationis ſunt, et ventoſis perducentibus ad defectionem et ſincopis, veſicam et in principio et eſcaram facientes, et particulam corrumpentes ſeu putrefacientes ipſam cum foetore plurimo denigrante. Quare dictum eſt *carbo* ſeu *pruna*, et deinceps etiam *ambulantes*, de genere carbunculorum. —

De moro et medicinis eius g).

Morum eſt apoſtema molle ex carne addita, accidens in carne rara, et plurimum in ea, quae *in ano, vulua* et *capite virgae*. Et quandoque eſt effundens humiditatem rubeam ad modum aquoſi, et quandoque eſt *ſaluum*, quandoque eſt *malignum* et *doloroſum*. Et *cura ſalui* eſt cum aſperſione pulueris corticum granati acetoſi. Eius vero, quod eſt *malignum*, *curatio* eius eſt cum ſedantibus dolorem ex corroſiuis pharmaciis, deinde cum glutinoſis. —

De formica h).

Formica eſt apoſtema cutis cholericum ex cholera aduſta, prauum, incipiens, ſicut *puſtula vna vel plures cum punctione ad modum punctionis formicae*: Quare dictum eſt *formica*. Deinde fit apoſtema paruum, et *ambulat* paulatim, et quandoque *corrodit* et *vlcerat* propter groſſitiem cholerae, et *fit vlcus putridum*. Et quandoque reſoluitur, cum eſt ſubtile, et eſt *veſicans*, tantum *ſeparans* et *excorians*. Et quaedam eius eſt *miliaris* eo, quod habet puſtulas plures et paruas, ſimiles milii: Et eſt ſpecies formicae. *Signa* quidem ſunt *formicae*, quod eſt, quia incipit, ſicut puſtula, et eius eſſentia eſt rotunda, et diſpoſitio, vt audiuiſti, et color eius eſt ad citrinitatem decliuis cum inflammatione grandi, habens radicem latam, vnde eſt, quod nominatur *miliaris*. —

V.

SERAPION *i*).

De apoſtemate matricis.

Scias, quod *apoſtema* accidit *in matrice* propter cauſas multas. — Et quandoque apoſtematur matrix etiam *ex multitudine coitus*, quando eſt ſupra menſuram, et aegritudines ab aequalitate. — Si autem *in orificio matricis* ſunt *vlcera*, ex quibus currit ſanies, curamus ea cum medicinis, quae conferunt vlceribus et mundificant putredines. —

Epithima ad *vlcera*, quae fiunt *in inguinibus k)* — ad *ſciſſuras*, quae ſunt *in ano* — ad *pruritum* et *apoſtemata ani* — ad *fiſſuras* et *apoſtemata in ano* et *labiis* — ad *fiſſuras*, quae fiunt *in matrice*. —

VI.

RHASES *l*).

Accidit Machumet, filio Alchaſem, *pruritus in corpore* et *bothor*, et *bothor* etiam *in virga*, non cum eius capite, et pronoſticatus fui, quod euenirent *in capite* eius *virgae*, quia videram ipſum *prius* emittentem *ſaniem* cum vrina. Et ſic fuit. —

Dixit. Etiam accidit *in ore matricis pruritus m)* cum *tumore*, qui accidit ex parte appetitus coitus, ſicut etiam accidit *in veretro tumor* penes appetitum coitus. Erunt *apoſtemata in matrice* cum caliditate vehementi acuta et ponderoſitate in dorſo et in matrice cum coadunatione facta in ea cum febre acuta. —

Cancer — fit etiam *in ore matricis* cum dolore vehementi in vtroque inguine, et in inferioribus partibus ventris, et pectine. —

Fiſſura in ore matricis in primo occultatur, deinde modice manifeſtabitur, dum ſanguinolenta erit, ſi tangitur, et poſt coitum, ſi aperitur os vuluae, videbitur fiſſura. —

Dixit. Colera rubea *n*) quotiens condominans fuerit in membro, appellatur *morbus formicalis*, et dum fuerit ſupranatans corpori in toto, appellatur *ictericia*. — Dixit, apoſtema ſimile panico generis formicae eſt, et cum eo in ſuperficie corporis erunt ampullae paruae ad modum panici granorum, et haec eſt ſpecies de formica, et accidit ſimiliter ex colera rubea, tamen colera ipſa eſt minoris nocumenti et caliditatis, quod illa ex qua accidunt, duae ſpecies aliae, quae ſupradictae ſunt. — In formica laxetur ſiue euacuetur corpus cum laxatione colerae rubeae. Quod ſi cum formica fuerit corroſio, non eſt vtendum illa cura in ea cum rebus infrigidatiuis et humectatiuis, ſed cum illis, in quibus erit deſiccatio cum frigiditate. —

In primo capitulo libri megategni *o*) dixit, de vitio appellato *ſera*. Antiqui appellant vitium ſera *filias noctis*, eo, quod ſera excitatur in nocte magis. —

Dixit in tertio aphoriſmorum *p*), vitium, appellatum *aſaf*, fit ex ſuperabundantia ſudoris, vnde ſi fuerit ſudor colericus, in cute fient puſtulae cum aſperitate. Ideo Graeci appellant aſaf cum nomine deriuato a ſudore. Dico, vlcera, quae fiunt de aſaf, ſunt mala et maligna.

VII.

HALY ABBAS *q*).

De virgae paſſionibus calidis r).

Quae *in virga* fiunt paſſiones, aliae in ipſius corpore, aliae in meatibus accidunt. — *Apoſtemata* vero et *vlcera*, quae *virgae* accidunt, ita quoque, quemadmodum et in reliquis oriuntur membris manifeſtis, eadem habentia ſigna. *Oppilatio* autem, quae meatui accidit, aut ex humore fit groſſo viſcoſo, qui ei inuiſcatur, aut *ex vlcere*, ſignificaturque vrinae ardore, et exeundi difficultate, et humore, qui exit, groſſo, aut ſanie, et ſanguine vlcerisque ſquamis, quae cum vrina egrediuntur ſine ſaniei mixtura.

De matricis paſſionibus s).

Matrici, quae accidunt paſſiones — *apoſtemata, furunculi*, — *verrucae, emorrois, fiſſurae, puſtulae, vlcera*. — *Verrucae*, quae *in matricis* accidunt *ore*, ex humore fiunt groſſo et melancolico, agnoſciturque paſſio haec, ſi matricis os aperiatur eo, quo aperitur, organo. Patebit etenim ſenſui tactus et viſus ſimul, ſi aperiatur. — *Puſtulae* ex humoribus fiunt ſanguineis, aut materiis, quibus immixtus eſt ſanguis. Accidit autem hoc maxime matricis ori, quarum habetur cognitio, aperta vulua, in matricem directo intuitu, et tactus ſenſu, ſi cum digito tangantur. *Vlcera* autem aut ab exterioribus fiunt, — aut ab interioribus. — Eſt et ex humore acuto cholerico, qui incidit et corrodit, aut ex apoſtematis eruptione, aut puſtularum. Aliquando ſanies haec in matricis eſt ore, ſignificaturque ipſo ſenſu, cum vuluae os ſuae aperitur organo. Significatur autem qualitas eius et ſubſtantia humiditatum, quae egrediun-

f) Summ. I. Part. II. Sect. II. c. 6. fol. 235. b.

g) Ib. c. 13. fol. 237. b.

h) Summ. II. Part. II. Sect. II. c. 2. fol. 238. a.

i) *Breuiarium Ioannis filii Serapionis. — Venet. ſtudio Rainaldi* 1479. f. Tract. V. c. 29. fol. 74. b.

k) Tract. VII. c. 29. fol. 133. b. et 134. a.

l) *Continens Raſis ordinatus et correctus per clariſſimum artium et medicine doctorem magiſtrum Hieronymum Curianum: Nunc in camaldulenſi ordine Deo dicatum vltimo impreſſus. — Impreſſum Venetiis per Bernardinum Benalium anno ſalutifere incarnationis milleſimo quingenteſimo nono. v. kalendis aprilis.* P. I. *Lib. De Mirabilibus*, c. 1. Diem ſuum obiit Cordubae a. 1010. vel vt aliis videtur, ſumma ſenectute demum a. 1132. noſocomii Bagdadienſis et MANSORIS regis medicus, arte ſua excellens.

m) Ib. Tract. III. L. XXII. c. 1. p. 221. a. T. I.

n) Tract. VIII. L. XXVII. c. 1. p. 331. b.

o) Tract. II. L. XXXVI. c. 5. p. 506. b.

p) Ib. c. 7. p. 507. a.

q) *Liber totius Medicine ſ. Regalis Diſpoſitio, Lugd. typis Myt* 1523. 4. Fuit medicus Caliphae, ADAD HEDDVLAE, clarus circa a. 980.

r) Theorices L. IX. 38. p. 119. b.

s) Ib. c. 39. p. 119. b. ſeq.

diuntur, varietate. — Et ſi emiſſio aut vlcus ſordidum eſt, et quod egreditur, carnis aquae ſimile eſt, et dolor eſt minor, et ſi vlcus mundum eſt, et emiſſio, ſanies egreditur ſpiſſa, alba et quantitatis paucae, et cum punctura et odore caret. —

De verrucarum et emorroidum matricis medela t).

Verrucarum et *emorroidum*, quae in matrice accidunt, medela per euacuationem fit corporis ab humore nigro cum epithimi decoctione — dehinc vnguentis, quae ex litharigirio — fiunt. — Et ſi haec non proderunt, ferri adhibeatur inciſio, et quoniam competentius fit, adurentia autem medicamina apponenda non iudico hoc in loco, quoniam exurunt, et paſſionem generant *inguen*, interioremque matricis exurunt tunicam.

Fiſſurae u) cum *matricis* acciderit *ori*, in earum medela vnguento vtendum baſilico. —

Si *matricis ori puſtulae x*) acciderint, baſilicae vtendum erit flebotomo — et locum vnguento inunge ceruſae. —

Puſtularum y) et *nodationum emorroidarumque*, quae *mulierum* accidunt *cunnis*, cum forcipibus paruis et extenſione ad exteriora fit cura, ſicque cum forcipibus amputatur, et medicamina apponuntur, quae et carnem adducant, et vlcera humoresque deſiccent.

Nodoſitas z) *ano*, quemadmodum et vulnus, accidit mulierum ex apoſtemate calido, quod praeceſſit, aut fiſſura. Et primo quidem *fiſtulae* vocantur, et cum diutius durauerit, *nodoſitas* vocatur. — *Fiſſurae* vero, quae *in ano* ſunt, ſi medicaminum non proderit cura, earum ſcalpantur loca cum megeſſi capite, donec ſanguinem emittant, et ſic cum his, quibus vulnera curantur, medicabis, quo caro producatur in eis, et cicatrices obducantur.

VIII.

EBN SINA. *a*)

Areola apoſtematum et bothor l).

Apoſtematibus calidis, apoſtematibus frigidis, apoſtematibus intrinſecis, phlegmoni, apoſtematibus laxis, inflationi, cancro, apoſtematibus duris, ſcrophulis, *alſehedie*, *aldubelati* interioribus, eryſipilae, *formicae*, eſſerae, *formicae miliari*, veſicis, *igni Perſico*, (*althahaun* ſeu *althoim* ambulatiuis) apoſtematibus vlceroſis, (*alſahafati*) *bothor*, — *apoſtematibus veretri*, *apoſtematibus matricis*, — apoſtematibus *ficteris*, generat apoſtemata calida, generat apoſtemata fluxa, generat apoſtemata dura, generat cancrum.

Scias *c*), quod multoties exiſtimat aliquis, quod habeat *haemorrhoidas*, et non habet, niſi vlcera in recto et in eis, quae ſunt ſuper ipſum. — Et *haemorrhoides* quidem diuiduntur per ſpecies diuiſionis famoſae in *verrucales*, et ſunt deteriores earum, et in *vueas*, et in *morales*. Et *verrucales* ſunt ſimiles verrucis paruis, et *vueae* ſunt latae, rotundae, purpurei coloris aut ad purpureitatem decliues. Et *morales* ſunt molles, ſanguineae. Et ſunt de haemorrhoidibus haemorrhoides, quae ſunt quaſi veſicae.

— Et plurimum quidem generantur haemorrhoides ex melancholia, et ſanguine melancholico. Et parum generantur ex phlegmate, et cum generantur, ab eo generantur, quaſi ipſae ſint veſicae ventrium piſcium. Et *verrucales* ſunt propinquiores ad hoc, vt ſiant ex pura melancholia, et *morales* ad ſanguinem, et *vueae* inter iſtas et illas. —

Rhagadiae in ano d) quandoque fiunt propter ſiccitatem et caliditatem accidentes eis. — Et quandoque fiunt propter apoſtema calidum. —

De vlceribus teſticulorum et virgae in locis ani e). Cum vlcera accidunt in iſtis locis, ſunt mala ambulatiua, quoniam — aſſimilantur quodammodo vlceribus viſcerum et oris. Et eorum deteriora ſunt illa, quae fiunt in lacerto, qui eſt in radice virgae, et in ano, et illud ideo, quoniam indigent exſiccatione forti, et ſenſus eorum cum hoc eſt vehemens. Et fortaſſe neceſſarium eſt, *abſcindere virgam* ipſam, cum ſuper ipſam putreſiant *vlcera*, et perambulant. *Vlcera*, quae ſunt *ſuper caput virgae*, indigent eis, quae ſunt vehementioris exſiccationis, quam ſint ea, quibus indigent facta *ſuper praeputium* et *cutem* etiam, quoniam caput virgae eſt vehementioris exſiccationis in ſua complexione. Et iſta *vlcera* aut ſunt *recentia*, aut ſunt *antiqua*. Et de eis ſunt, quae ſunt *maligna*. — Si autem ſunt humidiora illis, et iam faciunt pus, indigent eis, quae ſunt fortiora, ſicut aes vſtum. — Quod ſi illic fuerit *corroſio*, tunc ex eis, quae conferunt illi. — Si autem *maligna* fiant et denigrentur, tunc melius eſt, vt penitus abſcindatur locus niger, et curetur cum vnguento generatiuo, donec generetur. *De vlceribus interioribus virgae f*) — *De pruritu in virga*. Fit ex materia acuta effuſa ad ipſam. — *De apoſtematibus virgae calidis* — *frigidis*. — *De cura rhagadiarum virgae*. — *De verrucis ſuper virgam*. — *De cura bothor et ſimilium moro*. —

Vlcera matricis g) — quandoque ſunt cum putrefactione, et quandoque ſunt omnia illa cum ſordibus et ſorditie, aut cum mundificatione, et ſine ſorditie. Et quandoque fiunt in profundo, et quandoque fiunt in non profundo. Et fiunt cum corroſione et abſque corroſione, et cum apoſtemate et abſque apoſtemate. — Et ſignum, quod ipſa ſunt ſordida et tabida, eſt multitudo humiditatum virulentarum, et illud, quod fluit abſque mundificatione. —

Rhagadiae accidunt *in matrice h*) — propter apoſtema. — Et quandoque ingroſſantur rhagadiae valde, et quandoque fiunt, ſicut *verrucae*, et remanent, quamuis conſolidetur locus. — Et illud, quod ſignificat eas, eſt dolor apud coitum et exitus virgae ſanguinolentae. —

Accidunt *matrici* quandoque *apoſtemata calida i*). — Et quandoque fiunt propter eleuationem ſpermatis. Et quandoque fiunt in ore matricis, et quandoque in concauitate eius, in quibusdam partibus duorum laterum, et ante, et retro. Et quod de eis eſt deterius, eſt illud, quod eſt commune pluribus partibus. Et quandoque fit *dubellati*, et quandoque conuertitur ad indurationem aut cancrum. —

Quandoque eueniunt *in matrice k*) *haemorrhoides*, et accidit quandoque in eis, ſicut morum. — Et quandoque apparent ſuper eam bothor diuerſae. Quare quaedam dicuntur *alhaſce*, quoniam ſimiles ſunt capitibus *alhaſce l*), et quandoque ſunt albae. Et quandoque apparent ſuper eam haemorrhoides, vt *verrucae clauoſae* ſucceſſione *rhagadiarum* et ſucceſſione apoſtematum durorum. —

Dico *m*), quod omne *apoſtema* et *puſtula* aut eſt calidum, aut non calidum. — At vero a ſanguine groſſo malo fiunt ſpecies *exiturarum* malarum. Nam ſi eius malitia vehemens fiat, et ipſius aduſtio, proueniet *eryſipela*, et eueniet combuſtio et *cruſta*, et deterior ea eſt *ignis perſicus*. — Cholericum autem eſt

t) Pract. VIII. 19. fol. 266. a.

u) Ib. c. 20.

x) Ib. c. 21.

y) L. IX. 55. fol. 282. b.

z) Practic. L. IX. 62. fol. 283. b.

a) *Auicennae Medicorum Arabum principis, Liber Canonis. De Medicinis Cordialibus et Cantica. Iam olim quidem a Gerardo Carmonenſi ex Arabico ſermone in Latinum conuerſa. Poſtea vero ab Andrea Alpago — indice decorata. Nunc autem demum a Benedicto Rinio — illuſtrata — Baſil. per Io. Hervagios* 1556. f. Natus erat circa a. 980. et mortuus eſt carcere detentus a. 1050. ſiue, vt aliis videtur, 1036. anno Hegirae 428. vir ingenii magni, eruditionis multae, gloriae ſummae, auctoritatis cum GALENO aequalis, etſi paullo ſubtilior, diffuſior et diſertior, quam e re erat.

b) L. II. Tract. II. p. 176.

c) Lib. III. Fen. XVII. Tract. I. c. 2. p. 652.

d) Ib. Tract. II. c. 12. p. 656.

e) L. III. Fen. XX. Tract. II. c. 20. p. 702.

f) Ib. c. 22. 23. 25. 26. 27. 29. 30. p. 703. ſeq.

g) L. III. Fen. XXI. Tract. II. c. 5. 6. p. 727.

h) Ib. c. 12. 13. p. 728.

i) L. III. Fen. XXI. Tract. III. c. 10. p. 732.

k) Ib. Tract. IV. c. 20. p. 737.

l) i. e. *thymus, ſuper quam inhaeret epithymum*. ALPAG.

m) L. IV. Fen. III. Tract. I. c. 1. p. 838.

eſt aut a cholera ſubtili valde, quae non continetur in eo, quod ſit magis intus, quam illud, quod apparet de cute, et eſt acuta, et fit ex ea *formica* aut *ambulatiua* ſola, et eſt ſubtilior, aut *ambulatiua corroſiua*, et eſt mala, aut ex cholera groſſiore illa, et minoris caliditatis, et continetur magis intus, quam prima in cute.

Et ſi fuerit permiſtum in ea phlegma, fit ex ea *formica miliaris*, et eſt minoris inflammationis et tardioris reſolutionis. Et ſi fuerit materia groſſior et deterior, accidet *formica corroſiua*. Et ſi pertranſierit in groſſitie ſua vſque ad ſubſtantiam ſanguinis, et fuerit mala, accidet *eryſipela* mala. Et in omnibus illis materia eſt mala, ſubtilis, quamuis diuerſificetur poſt illud, et fit propter ſubtilitatem ſuam, quod expellit eam natura, et non retinetur in aliquo, niſi *in cute*. —

Formica n) eſt puſtula aut puſtulae, quae egrediuntur, et faciunt accidere apoſtema paruum, et ambulant, et fortaſſe vlcerant, et fortaſſe reſoluuntur. — Et color quidem formicae ad citrinitatem eſt decliuis, et eſt inflammata cum ſubſtantia verrucali, et rotunda, et ſecundum plurimum habet radicem latam, niſi quaedam ſpecies eius, quae nominatur *acruarod* (acrochordon), quae habet radicem ſubtilem, quaſi ſit pendens. Et ſentitur in omni formica, ſicut punctura formicae, et ad ſummum omne apoſtema cutaneum ambulatiuum, quod profunditatem non habet, eſt *formica*. Verum alia eſt *miliaris*, et alia eſt *corroſiua*. — Et quando fit vlcus, et putreſit, appropriatur nomine putridi.

De pruna et igne perſico o). Haec duo nomina fortaſſe abſoluta ſunt ſuper omnem puſtulam corroſiuam, veſicantem, adurentem, facientem accidere eſcharam, qualem facit accidere combuſtio et cauterium. Et quandoque abſoluitur nomen *ignis perſici* de illis, ſuper quod eſt illic puſtula de genere formicae commeſtiua, adurens, veſicans, in qua eſt aliquid ambulans, et humiditas eſt cholericae materiae, paucae nigredinis, paucae putrefactionis, et eſt cum puſtulis plurimis paruis, alteratis, quaſi ſit illic humor calidus plurimae ebullitionis et commotionis, et abſoluitur nomen *prunae* ſuper illud, quod denigrat locum, et facit membrum habens colorem carbonis abſque humiditate, et eſt plurimae nigredinis ſubmerſa, et eminentia eius eſt paruae quantitatis lupinalis, et fortaſſe non erit illic puſtula omnino, immo incipit in primis pruna, et totum illud incipit cum pruritu, ſicut ſcabies. Amplius quandoque veſicat *ignis perſicus* aut *pruna*, et currit ex ea aliquid, ſicut currit a cauterizato cum combuſtione, et eſt locus cineritii coloris, niger, et quandoque eſt plumbeus, et eſt inflatio vehemens, qua circumdatur abſque rubedine verificata, imo cum declinatione ad nigredinem. Et illud, quod appropriatur nomine *prunae*, eſt niger, et radix exiturae ſeu apoſtematis eſt decliuis ad igneitatem, et eſt ei ſplendor prunae. Et *ignis perſicus* de eis ambobus eſt velocioris apparitionis et motus, et *pruna* eſt tardior et profundior, et quaſi materia eius eſt materia puſtulae et impetiginis, ſed eſt acutior in *igne perſico*. — Et vnum quodque amborum eſt de cholera citrina adurente, permiſta melancholiae, et propter illud accidit ex eis ambobus eſchara nigra, et eſt, quaſi ſit *ignis perſicus* vehementius cholericus, et *pruna* vehementius melancholica. — Et quandoque ſunt cum iſtis et cum *formicae* ſpeciebus *miliaris* malae febres vehementis caliditatis, pernicioſae. —

De exituris calidis p). *Exitura* eſt de ſumma *dubellet*, quae collectionem faciunt ex apoſtematibus calidis, quaſi nomen *aldubellati q*) cadat ſuper omne apoſtema exiſtens in loco vacuo vel concauo, vel habens locum vacuum in interiore, cuius eſt locus, ad quem effunditur materia aliqua, et remanet in eo, quaecunque materia ſit.

Et *exitura* eſt illa, quae eſt ex ſumma illorum calida, et quae aggregat materiam. — Nos loquimur de eo, quod aggregat ſaniem. Hoc enim eſſe incipit *exitura*, propter materiam, quam expellit natura. — Iſtae ergo exiturae incipiunt et aggregant materiam, deinde maturatur ſanies, poſtea rumpitur. —

De moro r). Hoc eſt apoſtema molle ex carne addita, quod accidit in carne rara. Et plurimum eius fit *in ano* et *valua*, et quandoque eſt *ſaluum*, quandoque eſt *malignum* doloroſum.

Fugille s) eſt de genere apoſtematum glanduloſorum, et quaſi hoc nomine appropriatur illud, quod fit poſt aurem. —

Sahafati t) eſt de ſumma bothor vlceroſarum *u*) — Et quidem incipiens eſt bothor pruritum faciens, — deinde exulcerantur vlceribus cruſtoſis, et ſunt ad rubedinem decliues. Quandoque etiam emittit virus. —

IX.

AVENZOAR *x*).

De apoſtemate teſticulorum y).

Et oriuntur quidem in hoc membro *apoſtemata*, quemadmodum in aliis membris, et haec *apoſtemata* ſunt *malicioſa* et *falſa* ex natura propria ſui membri. —

De priuatione ſenſibilitatis virgae z).

Haec aegritudo curatur, ſicut curatur priuatio ſenſibilitatis alterius membri. Et oriuntur etiam quandoque *in capite virgae puſtulae rubeae*, quae in Arabico nominantur *alohumbra*. Quibus collirium de memithe confert multum. —

De foraminibus, quae fiunt in virga a).

Haec quidem paſſio accidit in hoc membro *ex abundantia humorum*, et curatur cum collirio de memithe, et regimen eius fit lactuca decocta.

De corroſione matricis b).

Generatur quidem haec aegritudo *in matrice exuberantia humoris acuti et corroſiui*, et quando fit in alio aliquo membro, cum difficultate curatur. Ergo cum oritur in iſto, multo difficilius. — Et aliquando haec aegritudo in ea alleuiabatur, et interdum intendebatur, donec ſanguis in quantitate maxima emanavit, et *corroſio* dilatabatur, et in tantum augmentata et dilatata fuit corroſio, quod corroſit vnam ex magnis venis, et inde tantum ſanguinis exiuit, quod inde mortua fuit.

X.

AVERROES *c*).

Formicae duae ſunt ſpecies ambulatiuae. Vna cutem corrodit, et incedit interius, et alia veſiculas habet paruas, quae milio aſſimilantur, et propterea *miliaris* appellatur. Sed *ambulatiua*, quae fit ex humore cholerico ſubtili, debet curari cum medicinis, illum humorem euacuantibus, — et ſuperponendae ſunt ſuperius medicinae, quae deſiccent ſine mordicatione et refrigeratione. — Sed *miliaris* eo, quod fit

n) L. III. Fen. III. Tract. I. c. 6. p. 841.

o) Ib. c. 9. p. 841.

p) L. IV. Fen. III. Tract. I. c. 20. p. 845.

q) i. e. *apoſtema, quod colligit et facit ſaniem.* ALPAG.

r) Ib. Tract. II. c. 34. p. 849.

s) L. IV. Fen. III. Tract. II. c. 8. p. 851. Apud *Raſen* (T. II. Tract. II. L. XXVII. c. 1. p. 309. b. *dic. cugile*, et eſt *apoſtema calidum, compoſitum de flegmate et heriſipila, accidentibus in carne molli.*

t) L. IV. Fen. VII. Tract. III. c. 1. p. 956.

u) i. e. *ſunt maculae rubeae, quae fiunt cum puſtulis paruis*, ALPAG.

x) *Abhomeron. Geminũ de medica facultate õpus, ſtudioſis cibus vtiliſſimũ, alterũ Abhomeron Abynzohar.* Colliget *Aver roys reliquum nuperrime diligenter correctum, et marginalibus adnotamentis nunquam hactenus adiectis illuſtratum.* — 1531. 8, *Venumdant Lug. ab Iacobo de Giũta.*

y) *Theizir* L. II. Tract. III. c. 3. fol. 79. b.

z) L. II. Tract. IV. c. 2. fol. 83. a.

a) Ib. c. 3. fol. 83. a.

b) L. II. Tract. V.

c) L. VII. c. 31. p. 136. b. *Colliget Tomus Nonus in quo Magni Averrois Cordubenſis — ſeptem libri Colliget* et

ſit ex admixtione phlegmatis cum cholera, et propterea eius materia deberet euacuari cum medicinis, illos humores expurgantibus. —

Sed apoſtema *d*) dilatans ſe in corpore hinc inde eſt *formica* nota, nec fit vnquam, niſi ex cholera rubea. —

Vlcus, quod dilatatur, fit procul dubio ex cholera, ſed *dubaylet* i. *apoſtemata intrinſeca*, fiunt ex groſſa materia et corrupta, et *groſſities ani* fit vtplurimum ab alio, quam ex cholera, et cum etiam fit ex ea, fit ex cholera groſſa. —

Verum *formica* fit vt plurimum ex cholera. — Contingit *f*) forſitan, quod melancholia fit cauſa *retentionis* vrinae, ratione *verrucae* melancholicae, exiſtentis in meatibus vrinae. —

XI.

ALSAHARAVIVS *g*)

De ſciſſura ani h).

Sciſſura fit ex humoribus calidis fluentibus ad anum, aut ex retentione naturae et ſiccitate egeſtionis, vel ex potu acutarum medicinarum vrentium. — *Signum ſciſſurae* eſt, quia ſenſui patet, et eſt cum dolore, et alleuiatur apud lenitionem naturae.

De apoſtematibus et puſtulis ani i).

Apoſtema et *puſtulae* generantur ex humoribus fluentibus ad anum ſanguineis aut colericis, aut frigidis flegmaticis. —

Huius aegritudinis *k*) memorationem, quae dicitur *aldea alcohſi*, relinquimus propter ſui turpitudinem, et inhoneſtatem, et raritatem eorum, qui curantur ex ea, et ipſa aegritudo diſtinguitur in XVII. modos, quorum memoratio prolongaret librum, nec eſt inutilitas in hoc mundo, nec in futuro.

Et *ſignum* huius aegritudinis, quae dicitur *aſioec*, eſt, quod ſit fortis deſideriis coitus, velocis emiſſionis ſpermatis et copioſae, et eſt carnoſus et humidus. Et curatio eſt, quod ſedeat in aqua ſtiptica, et diſterizetur cum oleis ſtipticis, vt cum galla et acacia, et ſimilibus, et remittat comeſtionem noctis, et ſint aſſata, et ea, in quibus eſt coadunatio cum ſiccitate.

De vlceribus veſicae l).

Generatio *vlcerum* fit ex humore acuto, effuſo ad veſicam et tranſitus vrinae, qui ſunt *in virga*, vnde fiunt in eis vlcera ex acumine humoris. — *Signum vlcerationis virgae* eſt exitus putredinis anna et alleuiatio doloris poſt exitum vrinae.

De puſtulis ſiue exituris virgae m).

Puſtularum plures ſunt ſpecies, quia quaedam ſunt ſimiles celſis, quaedam ſimiles *alnoatir*, aliae vero creſcunt, et redeunt, et deueniunt ad corroſionem, aliae vero profundae. *Signa* omnium *puſtularum* ſunt, quia videntur ad oculum, et ſenſui manifeſtantur. Curatio puſtularum, exiturarum et ſimilium celſis eſt cum hoc emplaſtro. ℞ baurac vſti, cinerem ſarmentorum an. terantur et cribellentur, et diſtemperentur cum aqua, et emplaſtrentur cum eo puſtulae, quouſque mundificetur corruptio ipſarum, deinceps vero curetur cum vnguento alnachli, quouſque ſanetur. *Corroſio* vero curatur cum cinere aneti vſti vel cum cineribus ſarmentorum, donec mundetur corroſio, poſtmodum vero curetur cum vnguento alnachli. —

De apoſtematibus duris, quae dicuntur alnoatir.

Signa apoſtematum ſunt, quia profundantur in circuitu virgae, et poſſibile eſt ea tranſire concaua de vna parte ad aliam, ſi diu permanſerit. Et curatio ipſorum in principio eſt cum flebotomia, poſtea vero ſupponatur eis *enis*, eſt genus papiri, qui fit de iunco *tratas* vſtum, vel plumbum vſtum et anetum vſtum, ferrugo argenti, ſanguis draconis, et merdaſengi, et ſupponatur vnguentum aegyptiacum. —

De pruritu virgae.

Pruritus virgae curatur cum aqua marina vel cum aqua ſalis — et ſi fuerit intus *in concauitate virgae*, fiat ex illis cliſtere diſſolutis in aqua ſine aceto, et cliſterizetur virga cum eis.

De vlceribus matricis n).

Vlcera generantur in *matrice* pluribus ex cauſis, aut cum effuſione calidi humoris vel *exitura*, quae aperitur, vel ex apoſtemate, quod dicitur *dubayla*, — et fit vlcus aut in ore matricis, aut in collo eius. *Signum vlceris* eſt effuſio humoris, dolor et pulſatio in matrice cum forti mordicatione. Et quando eſt *vlcus in ore matricis*, poſſibile eſt, manifeſtare ad oculum poſt apertionem matricis cum inſtrumento toto, quod aperit os matricis.

Et quando *vlcus* eſt *in fundo matricis*, tunc ſignum eius eſt, quia fluunt ex eo humores, niſi fuerit *vlcus putridum cum corroſione*, et erit color humoris niger. Signat calidum apoſtema, ſi fuerit modici caloris. —

De corroſione matricis o).

Corroſio eſt vlcus ſordidum, comedens, quod in circuitu eius eſt, et fluit ex eo humor putridus et liquor acutus, ſubtilis, foetidus, et non ceſſat ſic eſſe, quo vſque remollit os, et corrumpit illud. —

De ſciſſura matricis p).

Sciſſura accidit *in matrice* — ex apoſtemate. —

De duris apoſtematibus, quae dicuntur alcoalib q).

Generatur hoc *apoſtema* ex exceſſu aut ex emoroydibus, et fiunt *in ore matricis* et *in fundo* eius. Signum eorum, quia ſenſui patent, vel accipiat mulier ſpeculum de ferro bono, quod dicitur *cinie*, et teneat illud verſus matricem. Tunc enim manifeſtabitur apoſtemata, ſicuti ſunt ſiue magna, ſiue parua, ſiue multa, ſiue pauca. Et curatio eorum eſt, quod ſupponatur eis vnguentum baſilicon, vel curetur cum curatione ani, et ſi hoc non ſufficit, oportet eam incidi cum ferro, vt determinatum eſt.

De

et Auicennae Cantica cum eiusdem Averr. Expoſitione ad rem medicam attinentes. — *Venet. apud Cominum de Tridino Montis ferati* MDDX. 8. Alia editio ad manus eſt, vna cum *Auenzoar* typis expreſſa, ſed ſingulari hac inſcriptione: *Colliget Auerroys Medici vt acutiſſimi ita preſtantiſſimi, cum marginariis Adnotationibus diligentiſſime (vbi congruere viſum eſt) additis. Adiecta eſt et Tabula rerum ſcitu neceſſariarum in principio operis, quo que ſcire volueris tibi facilius occurrant.* 1531. 8. *Vennudantur Lug. ab Iacobo de Giunti.* Natus erat Cordubae, philoſophus et medicus ſub finem ſeculi XII. clarus, aetate paullo inferior AVENZOARE, quem ceteris medicis longe anteponendum putauit.

d) AVERR. Commentar. in AVICEN. Comment. P. II. Tract. II. p. 242. a.

f) Ib. p. 243. b.

g) *Liber Theoricae nec non Practicae Alſaharavii in priſco Arabum medicorum conuentu facile principis: qui vulgo Açararius dicitur: iam ſumma diligentia et cura depromptus in lucem.* — *Impenſis Sigiſmundi Grim. Medici et Marci Vuirſung Auguſte Vindelicorum* M. D. XIX. f. Eſt vero idem, qui ABVLCASEM dicitur, (de quo paullo poſt) et hicce liber ſcriptus ante chirurgiam, quia in hac ille ſaepius appellatur.

h) Practic. L. II. Tract. XVII. Sect. II. c. 6. fol. 81. a.

i) Ib. c. 7.

k) Ib. c. 8. fol. 81. b.

l) Tract. XXI. c. 4. fol. 92. a.

m) Tract. XXII. c. 2. 3. 4. fol. 95. a.

n) Tract. XXV. c. 11. fol. 100. b.

o) Ib. c. 13.

p) Ib. c. 15. fol. 101. a.

q) Ib. c. 16. Sunt vero illae *verrucae*.

De formica r).

Formica eſt de genere calidorum apoſtematum, et appellatur *rubedo muſcina*, cuius ſpecies ſunt tres, quod eſt, quod erit colera ſubtilis ſubſtantiae, aut groſſae, aut mediocris. Prima ſpecies fit ex ſubtili colera, et appellatur *eriſipila muſcina*, et nominatur etiam *vulnus dilatatum*, et haec ſpecies appellatur ſuo nomine proprio, quod eſt *formica*. Secunda vero ſpecies generatur ex colera groſſa, et appellatur *formica corroſiua* et *dilatata*. Tertia quidem ſpecies generatur ex colera media inter groſſitiem et tenuitatem, et appellatur *formica miliaris*, arabice *gumuſia*. *Signum formicae muſcinae corroſiuae* eſt, quoniam primo generatur vna puſtula parua vel plures cum pruritu, et forti vſtione, et modica inflatione, poſtea vero fit vulnus, et dilatatur de loco ad locum, et profundat in cutim, donec perueniat ad carnem. *Signum formicae miliaris*, quia exit in ſui principio puſtulae minutae, albae, granis milii ſimiles, et eſt cum eis fortis mordicatio et inflatio, et defluxus putredinis, et rubet, quod circa eas eſt de carne, et generatur ſuper cuti. *Curatio formicae muſcinae* eſt cum euacuatione a colera rubea, deinde vero ſuperponatur loco plantago et extremitates vitis, et *alhalic*, poſtea vero emplaſtretur cum medicinis fortis ſiccitatis, ſicut lenticulis ſolis aut cum melle. — *Curatio corroſiuae* eſt, quod diximus in curatione formicae muſcinae cum euacuatione et medicinis, in quibus eſt frigiditas et ſtipticitas. — *Curatio formicae miliaris* inprimis eſt cum euacuatione colerae rubeae, et flebotomia, ſicut diximus, et ſi neceſſe fuerit, deinde vero emplaſtretur deſuper cum rebus modice ſtipticis et exſiccationis ex rebus ſ. nominatis in aliis ambabus ſpeciebus. — Eſt quidem et alia ſpecies *formicae*, quae nominatur *ſerpentalis*. Dixit auctor, differt haec paſſio a ſpecie formicae miliaris.

Et *ſigna indicantia* ipſum ſunt, quoniam apparent paruae puſtulae, albae, ſimiles milio, et ſubito exeunt in ſuperficie corporis, quorum figura ſimilatur paruo ſerpenti, exiens cum forti acumine, inflatione et febre, et non extendit et tranſit ſuperficiem cutis, niſi ſit apoſtema compoſitum. Curatio eius eſt, ſicut curatio, quam deſcripſimus in formica miliari. —

De alcoalib, id eſt, verrucis s).

Haec apoſtemata efficiuntur dura, vt lapis, et ſpecies ipſorum ſunt ſecundum locorum diuerſitatem in corpore. Nam quaedam ſunt — *in ano* et reliqua parte corporis Et horum quidem apoſtematum alia ſunt parua, alia ſunt magna, alia humida, alia ſicca et dura. —

De igne perſico t).

Ignis perſicus, qui dicitur vlcus carbonoſum, generatur ex feruenti ſanguine, cum colera mixto. *Signa indicantia* ipſum ſunt, quando ſunt puſtulae generatae in ſuperficie corporis, per ſe, ſine cauſa manifeſta, habens tenues deſuper ampullas nigras, et poſſibile eſt, eas eſſe in colore cinericio cum forti calore et rubore aſcendente ſuper eas, non ſicut rubedine puri ſanguinis fluentis, ſed declinantis ad nigredinem, et durities calidi apoſtematis. *Curatio* eius in ſui principio eſt, quod educatur de ſanguine cum flebotomia loci appoſiti aegritudini, et diſtrahatur de eo vſque ad ſincopim vel circa illud. Et ſi ſcarificetur locus poſt flebotomiam, non eſt nec inconueniens, et fiat ſcarificatio profunda in carne aliquantulum. Et ſit cibus infirmi, quod ſubtiliet ſanguinem praeter acumen, ſicut eſt ptiſana de ordeo et ſuccus citroli et cucurbitae, et mucilago pſilii ſuperponatur, poſtea loco vulneris medicinae ſtipticae, et eſt illud, vt coquantur granata acetoſa in aceto, donec liqueſcant, et terantur poſtea et extendatur de eis ſuper pecia panni, et ſuperponatur aut liniatur locus cum alumine, croco, aceto, aut accipiatur de alumine pars vna et decima partis ipſius ziniar, et terantur, et liniantur cum eis. Si vero aegritudo deterius ſeſe habebit, et confirmabitur, et videtur ampliari, curetur curatione corroſionis, vt in ſuo loco dicitur.

XII.

ALBVCASEM u).

De vſtione in corpore accidentium (Bothowr) puſtularum x).

Quandoque expelluntur ex corpore *puſtulae foedae*, quae ſunt ex materiis craſſis, corruptis, frigidis. Oportet igitur, quando primum apparent, vt vras ſuper caput ſingularum vſtionem ſubtilem, cum ligno myrti, cuius extremitas in igne accenſa ſit, vel radice ariſtolochiae longae, vel cum cauterio lenticulari. Aliquando etiam vruntur furunculi, quando primo expelluntur, eodem modo, et non augent, et diſpergitur ſuperflua efficiens eos, et infirmus ab eis ſanatur. Verumtamen oportet, vt hos aduras, poſtquam infirmus phlebotomia euacuatus ſit.

Dico, quod cum *exitura y*) erit calor et febris, et dolores metuendi, donec ſedata ſit ſuperflui efferueſcentia, et putredo completa ſit, et tunc ceſſabit febris et calor. Cum *nodo* nec calor, nec febris, nec dolores aderunt.

De puſtulis, quae in praeputio accidunt, et in glande, et nigredine. z).

Saepiſſime accidunt hae *puſtulae in foramine penis*, et ſunt eminentia carnis foedae. Ex eis ſunt *malignae* et *non malignae*. *Non malignas* autem oportet, vt ſuſpendas hamo ſubtili, et eas abſcindas, donec totae auferantur, tum loco admoueas goſſypium in vnguento Aegyptiaco imbutum, dein poſtea cures vnguento diaphoenico, donec ſanentur, ſi voluerit deus. Quando vero ſunt *malignae*, foedi coloris, in his oportet vti cauterio poſt inciſionem et raſuram earum. Quod ſi ſit *papilla in praeputio* proſelyti non circumciſi, et eſt *papilla intra praeputium*, et pars eius extra, oportet, vt prius papillam, quae intus eſt, auferas, et cum conſolidatur, tunc externam etiam cures. Tu etenim cum ambas eodem tempore curas, non ſecurum eſt a *perforatione praeputium*. Et accidit aliquando *in teſticulis* et *praeputio nigredo* et *putredo*, oportet igitur, vt orbiculatim abſcindas id, quod nigreſcit, et perpendas, an putreſcet, an iam putruit, dein affrica illi poſt haec mel cum corticibus granatorum tritis cribellatis et erui farina. Deinde reliqua curatione curato, donec ſanetur, ſi deus voluerit. Quod ſi fluxus ſanguinis acciderit, vſtione vtitor. — At ſi *penis corrodatur, deſitque apex eius* eodem tempore, oportet, vt intromittas in vrethram cannulam plumbi, vt vrinam reddat aeger. —

Caruncula a) ſaepe *rei naturali* addita eſt, adeo, vt deformis foeduſque ſit aſpectus eius. In quibusdam etiam aliquando *mulieribus* adeo augetur, vt ſimilis virorum virgae arrigitur, et ad coitum inclinat. — — Quoad *carnem germinantem*, ea eſt caro germinata *in ore matricis*, donec repletum ſit. Saepe etiam extra prodit, ad caudae ſimilitudinem, eaque de cauſa *morbum caudatum* nominarunt antiqui. Illam vero oportet, vt abſcindas, vt carunculam ſecuiſti, et cures, donec ſanetur. —

Haemorrhoides b) ſunt inflatio orificiorum vaſorum ſanguineorum, adeo, vt ex illis effluat multas ſanguinis perpetuo. Quando haemorrhoides antiquae fiant,

r) Tract. XXIX. c. 9. fol. 120. b.

s) Ib. c. 23. fol. 125. b.

t) Ib. c. 6. fol. 120.

u) *Albucaſis de Chirurgia arabice et latine. Tom. I. cura Johannis Channing, Oxon.* 1778. 4. Fuit vero *Abi'l Caſem Culaf, Filius Abbas Alzarahavi*, natus Alzahrae, vrbe quinque millia paſſuum ab Corduba diſtante, ſexto Hegirae ſeculo, Cordubae clariſſimus ſuo tempore medicus, chirurgus praeſtantiſſimus, ſcriptor diligentiſſimus, et hoc libro chirurgico, quo potiſſimum cauterii vſum commendare videtur, et alio, qui *Altaſriph* ſ. *Alzaharavi* dicitur, etiamnum maximi habitus. Deceſſit anno Hegirae 500.

x) Lib. I. Sect. 55. p. 103. T. I. BOTHOR *eſt eminentia cutis vel puſtula.* SILVAT.

y) L. II. Sect. 45. p. 231. T. I. Per *exituram* ſignificatur, quicquid in corpore erumpit, ideoque *furunculus, puſtula* cet. ſaepenumero eſt.

z) L. II. Sect. 56. p. 269.

a) L. II. Sect. 71. p. 315.

b) L. II. Sect. 73. p. 319.

fiant, *verrucae* euadunt. — Dico igitur, haemorrhoides et verrucas, quando ſint fundo, nec apparent ſenſui, equidem non eſt his per ferrum curatio. Et quae ex illis ſunt *in ore vteri*, quibus ſenſus cadit, hae ſunt, quas curabis. —

Puſtulae autem *rubrae* ſimiles equidem ſunt capitibus *thymi*, aſpectui aſperae. Oportet autem, vt id, quod ex eis apparet, abſcindatur. —

Quandoque accidunt in vtero *c*) ſpecies tumorum, ſicut *cancer*, — et *vlcera*, et *apoſtema*, et *gangraena excedens*, — et *haemorrhoides*, *rhagadiae*, *verrucae* et *tumor calidus*. —

Formica d) etiam eſt eminentia parua, coagmentata, craſſa, ſuper ſuperficiem corporis in profundum valde recedens, et cum aduenerit illi frigus, in illa ſentitur quid ſimile mordicationi formicae, et eſt in corpore toto, maxime vero in manibus. —

IV.

ARABISTAE *e*)

I.

CONSTANTINVS AFRICANVS *f*).

De mollitie et exitu ani g).

Paſſiones ani, ſicut haemorrhois, *apoſtema*, vulnera, *fiſſura*, nocent et dolere faciunt nates. —

De ſtranguria h).

— Strictio viae, vnde vrina exit de veſica, eſt — vel ſaniei, vel cuiuslibet rei ibi naſcentis, ſicut *verrucae*, carnis ſuperfluae — et ex *apoſtemate*. — Si ſtranguria ex ſanguine fit coagulato, vel ſanie, vel puſtulis, — ſedeat in aqua calida — cliſterizetur in virga cum lacte mulieris et oleo violato. Si ex apoſtemate ſit, in initio baſilica minuatur — cataplaſma fiat — clyſtere faciamus in virga cum lacte mulieris, aqua hordei —

De apoſtematibus virgae i).

Apoſtemata et vulnera *virgae* ſeu *puſtulae* ſunt ex humoribus, a corpore deſcendentibus. Quod palam eſt ſenſui, cum hoc membrum in propatulo ſit. Intelligitur, vnde naſcatur, ex infirmorum complexione. — Si *virga* ſibi *pruriat*, mittamus crocum et camphoram, ex quo faciamus clyſtere in virga, et ſi *apoſtema* videamus, medicemur hoc vnguento. —

De apoſtemate vuluae k)

Aliquando *apoſtemata* naſcuntur *in vulua* multiformia. Si ergo cholera ſit rubea, *calidum* generat *apoſtema*. — Si enim apoſtema in vuluae ſit prora, ſequetur naturae dolor cum ſtranguria. Si in ore, vmbilici et natium aderit dolor. Si in eius puppi, ſequetur dolor dorſi, conſtipatio digeſtionis dolorque ſub hypochondriis. Si apoſtema ſit cholericum vel ſanguinolentum, febres habent acutas, ſitim et dolorem nimium. Si de humoribus ſit groſſis, tumor et duricies, grauitas in anchis et coxis. Vnde oportet ſuccurri. —

De vulnere vuluae l).

Vulnera in vulua generantur de acutis apoſtematibus, et aliquando de medicaminibus. — Quae certificantur ex ſanie inde effluente et dolore, et pulſatione matricis. Si ſint putrefacta, ſanies ſit colore nigra cum putredine horribili et nimia, et ardore nimio, vnde mulieri eſt praecipiendum, vt in vuluam ponat, quibus mundificentur vulnera, et calor extinguatur, dolor mitigetur. — Valent ad *pruriginem vuluae* crocus. —

De apoſtematibus m).

Omnia *apoſtemata* naſcuntur de humoribus ad membra, in quibus ſunt, effluentibus. Quae vel de cauſa ſunt exteriori, ſiue interiori. — Materia, faciens apoſtemata, de alicuius quatuor humorum eſt eſſentia. — Quod de cholera naſcitur rubea, appellatur *eriſepila*, color eius citrini et ruſi eſt medius, in tactu durum, pulſus nimius et pungitiuus. —

De haemorrhoidibus n).

— Si ſit *pruritus in ano*, — ſi *fiſſurae* ſint *in ano* vel in ventre, appone linteoli combuſti cinerem amylo diſtemperato cum ſucco foliorum oliuae. Hoc etiam prodeſt *fiſſuris* et *putredini veteri*. — Aliud ad omnes *ficus* ſanandos. —

Ad *haemorrhoidas in ore matricis*. *o*) — *Vlceribus minutis matrix* impletur. —

Verrucae p) et *porri*, et *formica*, haec omnia radicitus euellantur. Locum eorum ferro calido fortiter coque. Verruca ſi fortiter filo ſtringatur, aliqando cadit, ſi diu ſtricturam patiatur. *Formicae* paruae ſunt puſtulae, in exteriore cute naſcentes. Quas cum alia non proſunt medicamina, vt comprehendi valeant, prius circumfodimus, et poſtea cum ferreis forcipibus ad hoc factis illas extrahimus, deinde vnguentis et oleo plagam ſanamus.

II.

MICHAEL SCOTVS *q*).

Efficiuntur (feminae) liuidae et *reumaticae*. — Si vero mulier fluxum patiatur, et vir eam cognoſcat, facile ſibi *virga vitiatur*, vt patet in adoleſcentulis; qui hoc ignorantes vitiantur quandoque virga, quandoque lepra. —

Sciendum eſt, quod ſi erat fluxus, quando *r*) erat facta conceptio, et de menſtruo nimis in cellula, creatura concipitur vitiata in plus aut minus: Et tunc

 vir

c) Lib. II. Sect. 74. p. 321. T. I.

d) L. II. Sect. 82. p. 165. T. II.

e) Quo propius iſti medici, quos vulgo *Arabiſtas* et *Latino-Barbaros* appellant, ab gallicae luis natalibus abſunt, eo copioſiores et fecundiores in memorandis morbis ſunt, qui naturalia virorum et mulierum occupant. Mira eſt ſymptomatum ſimilitudo et conuenientia, dubiâ eadem morbi natura.

f) *Conſtantini Africani opera iam primum typis euulgata* — *Baſil. ap. Henric. Petrum* 1536. f. Clariſſimus fuit hicce medicus et monachus Caſſinenſis circa a. 1080. ſcholae Salernitanae princeps, medicinae vtriusque veteris et graecae, et arabicae ſcientiſſimus.

g) De Morb. Cogn. et Cur. IIII. 20. p. 92.

h) Ib. L. V. 21. p. 120.

i) L. VI. 4. p. 125.

k) Ib. c. 12. p. 131.

l) Ib. c. 13. p. 132.

m) L. VII. 15. p. 158.

n) De Remed. et Aegritud. Cognit. c. 32. p. 179.

o) De Mulier. Morb. p. 323.

p) De Chirurgia, c. 17. p. 334.

q) *De procreatione hominis Phiſionomia Opus* 1477. 4. Cap. 6. Natus erat a. 1214. denatus 1291. *Scotus*. et *compilauit* opuſculum *ad preces D. Frederici, Romanorum. Imperatoris* qui a. 1250. die 13. Decembr. dyſenteria correptus diem ſuum obiit, ſed vixit demum poſt *Conſtantinum*, quem nominat.

r) Ib. c. 10.

vir ſe debet abſtinere a coitu, et mulier debet ei reſiſtere cum ſagacitate. —

III.

GARIOPONTVS s).

De ſignis ficteris t).

Ficteris, id eſt, *ani*, multae cauſae fiunt. *Condilomata* aut *acocordina* vel *piſcia*, diuerſorum generum magnitudine granorum piſi, fabae, aliquando nucis, et *rhagadiae* fiunt, aliquoties tumor immenſus, vt ipſum orificium claudere videatur. Tunc vaporamus orificium ex aqua calida decoctionis lini ſeminis aut foenu graeci, aut alteae, cum ſpongia, et loco exterſo, tuberoſa vel craſſa loca, vel *condilomata* ad manſionem ex hoc medicamine perunges, quod conficitur ſic. In mortario mollipdino cum eiusdem metalli piſtello nuclei perſicorum vij. olei roſei partes duae, vini boni j. Simul terantur in modum ceroti ſpiſſi. Quod ſi magnus ſit tumor in orificio, vt eum claudat cum feruore, oui aſſi vitellum teris cum roſaceo et vino modico, vt ſpiſſum fiat, et vnges ad manſionem. Si vero *rhagadiae* vel ſcabies fuerit, ex oleo roſeo, cum oui albore contrito vngis loca. Quod ſi collectio ibi eruperit, mox emplaſtrum diapſimicum appone. Si autem *fiſtulauerit*, infilandum erit aut incidendum, ſicut in chirurgiis ſcripſimus.

Cauſa *ani u)* fit indecora et turpiſſima a dolore vel pondere longi temporis, vel a frigore, vt non ſolum ipſa anus tumeſcat, verum etiam vicina loca compatiuntur. Et *veretri vulnera* exinde fiunt *maligna*, et *immunda*, et *fetida*, tales ſordes et immundicias non extergentibus et non curantibus medicis. Et ſi negligenter inſpicere, palpare et tractare turpia, quae conueniunt, contempſerimus, non imitatores, qui praeceſſerunt, auctorum medicinae erimus, ſed diffamationis locum incurremus, vt laeſus infirmus et vulneratus pereat. —

De haemorrhoſaida x).

Haemorrhoſaida veſicae fit ex ruptione venarum, vel ex collectione, aut *ex coitu nimio*, vt pro vrina ſanguinem mingant, aliquoties purum, aliquoties, vt lotura carnium cum grauedine lumborum et vicinorum locorum veſicae, et vrinae difficultate, quae aut catamodicum redditur, aut ex toto negatur, aut cum vrina gleba ſanguinis cadit, vt ſupra natet. Ex *fricatione corporali* aliquoties *canceratur*, et ſanguis plus prouocatur. Quando prae dolore aut ex iracundia clamat, tunc fit vrina acerrima et calida, et tunc trombus proiicitur, id eſt, gleba ſanguinis.

De gonorhea y).

Gonorhea paſſio eſt veſicae et veretri, quam qui patiuntur, ſeminis lapſu vexantur creberrime, ſine vlla retentione, atteſtante pallore corporis et macie. Haec paſſio maxime fit viris et mulieribus, ſaeuiſſima et turpis valde, vt neſciant, quomodo genitale ſemen dimittant. Compatiuntur enim ſeminales meatus, et non poſſunt continere ſubſtantiam ſeminis prae debilitate. Et diffundunt vrinam tenuem, rubicundam et acerrimam, et aquoſum et humoroſum ſemen multum frequenter et ſponte proiicitur, et non tardatur poſt vrinae diffuſionem cum morſu factam, vnde debiles fiunt et purgantur frequenter, et ex purgatione debiles fiunt, et impoſſibiles ſunt ad opus venereum, et omne corpus ſequitur laſſitudo, et faſtidium, et immobilitas. Quod ſi diligentiam non habuerint, ſequitur eos mors, et pereunt. Aliquando deficiunt in ipſa paſſione propter ſilentium turpitudinis, non adhibita cura. Quando exagitati fuerint a dolore, circa coxarum loca et pectines, ex labore itineris aut *ex coitu*, aut ex violentia multa, aut ex veſicae frigore, debilitantur, et ex vrinae concluſione ventoſitatem non egerentis, ſeminis foramina excluduntur. Curatio eorum adhibeatur, ſicut in omnibus rheumaticis. —

De bubone z).

Bubon eſt phlegmon vel feruor diuturnus et durus. *Fima* (φυμα) vero breuis et mollis eſt, id eſt, quae cito creſcit, matureſcit et ſaniem facit; *figelta* (φυγετλον) eſt phlegmonodes heriſipila vel heriſipilatodes phlegmon. —

Nec non et *bubones a)*, et *fimata*, et *figelta* ſimiliter aliis feruoribus ſcito curandas. —

IV.

TROTVLA b).

De nimia caliditate matricis c).

Contingit quandoque matricem diſtemperari in *caliditate*, ita, quod maximus ardor et calor ibi ſentiatur. —

De apoſtemate matricis d).

Quandoque naſcuntur in matrice inflationes et *apoſtemata diuerſi coloris*. Si a felle exiens cholera cauſa eſt apoſtematis, tunc febrem habet et *cancrum*. Si a frigidis humoribus cauſa fuerit, tumidum et durum eſt apoſtema, et ſentit mulier in coxis, anchis et tibiis grauedinem cum multo dolore. — Si naſcuntur in eminentiori vel anteriori parte matricis, dolor ſentitur circa vuluam, et inde naſcitur ſtranguria. Si apoſtema fuerit interius in orificio matricis, dolor ſentitur circa vmbilicum et renes. Si in parte poſteriori, dolor ſentitur in dorſo ſub coſtis, et venter conſtipatur. Si de ſanguine vel cholera rubea ſit natum apoſtema, febris adeſt continua vel acuta, ſitis et dolor nimius. —

De vlceribus matricis e).

Vlceratur quandoque matrix de acumine medicinae vel materiae. Quandoque ab exorſu, quod cognoſcitur per ſaniem egredientem, et dolorem, et punctionem matricis. Si vulnera ſint ex ſanie vel corroſione venae, ſanies vergit aliquantulum in nigredinem cum foetore horribili. —

De inflatione virgae virilis et teſticulorum f).

Sunt quidam, qui in *virga virili* patiuntur *inflationem*, *ſub praeputio foramina multa cum excoriatione*. Quibus ſic ſubuenimus. Maluam in aqua bullimus, et bullitam exprimimus, vt nihil aquae remaneat, poſtea

s) *Garioponti vetuſti admodum medici ad totius corporis aegritudines Remediorum* Πραξεων *Libri V. Eiusdem de febribus, atque earum ſymptomatis libri II. Recens typis commiſſi, et multis in locis ſuae integritati reſtituti, excudebat Henricus Petrus Baſil. menſe Martio.* An. M. D. XXXI. 4. Extat etiam *Paſſionarius Galeni* — 1526. 4. (*Lugduni in edibus Antonii Blanchardi, Sumptu Barth. Trot.*) in quo eadem ad verbum et caput expreſſa ſunt, ideoque vterque liber idem eſt. Hinc ei SILVATICVS (Pandect. c. 551.) recte librum adſignauit, GALENO male VALESCVS (Philon. V. 22.) Cf. *Reineſii* Var. Lect. III. 2. p. 359. et c. 12. p. 527. ſeq. qui quam praeclare GARIOPONTVS THEODORVM PRISCIANVM exſcripſerit, multis exemplis docuit. Vixit vero circa ſeculum XI, vel XII.

t) L. III. 29. p. 65. b.

u) Ib. c. 30.

x) L. III. 49. p. 72. b.

y) L. III. 67. p. 76. b.

z) L. V. 32. p. 110. b.

a) Ib. c. 37. p. 113. b.

b) *Trotulae Curandarum Aegritudinum muliebrium ante, in et poſt partum libellus e recenſ. Aldi emendatt. et animaduerſ. illuſtratus* — (edit. *Franzio*) Lipſ. 1778. 8. Primum editus eſt ab *Aldo* in *Medic. antiqu.* Venet. 1547. deinde repetit. in *Gynaec.* Baſil. ap. Guarin. 1561. 4. p. 215. et in edit. Baſil. ap. Waldkirch 1586. 4. p. 89. ſeq. Legitur etiam in *Benedicti Victorii Faventini Empirica*, ed. ſec. Venet. in off. Valgriſii 1555. 8. pag. 460. ſeq. Late ac copioſe, (Prol. *Neque Eros, neque Trotula, ſed Salernitan. quid. medicus, isque Chriſtian. auct. lib. eſt, qui de morb. mulier. inſcrib. Ien.* 1773. et recuſ. in *Delect. Diſſ. Med. Ienenſ. Vol. II.* p. 117. ſeq.) de huius libelli auctore diſſerui, eumque ſec. XII. vel XIII. demum vixiſſe comprobandum cenſui, etſi quaedam *Trotula*, cuius nomine falluntur lectores, iam ſaeculo XI. clara fuiſſe perhibetur. Cf. *Eloy* Diction. p. 438. ſeq. T. IIII.

c) Ib. c. 7. p. 26.

d) Ib. c. 8. p. 26.

e) Ib. c. 9. p. 29.

f) Ib. c. 50. p. 78.

poſtea piſtamus cum ſanguine calido vel butyro ſine ſale vel oleo, et igni apponimus, ac calidum — membrum virile circumdamus. Et hoc tale ſit remedium ad inflationem tollendam. Deinde, praeputio euerſo, cum aqua calida lauamus collum praeputii vlceroſum, et puluerem de pice graeca et carie lignorum — ſuperaſpergimus. —

V.

ROGERIVS g).

De reumatizatione virgae h).

Quando *reumatizant* humores ad *canales virgae*, et faciunt ibi *puſtulas* et *apoſtemata*; ſi fiat de calida cauſa, cognoſcitur per calorem, per punctionem et arſuras, per ruborem et inflationem membri. Si fiat de cauſa frigida, cognoſcitur per remotionem punctionum et mordicationum, et per excluſionem ruboris. In vtraque cauſa difficultas mingendi.

Particularibus ergo conuenientibus in vtraque cauſa, fiat flebotomia de vena ſaphena interiori, et apponatur ventoſa ſuper. Item in ſucco abſinthii et pinguedine anſerina liquefacta decoquatur farina tritici, et fiat emplaſtrum, et frequenter apponatur calidum. Sanata *ſanie*, et eadem *exeunte per virgam*, velocius, ne infiſtuletur locus, offerantur elixiria diuretica, — et ſiringa iniiciantur per algariam. — Sic ergo laborandum eſt ad generationem ſaniei et mundificationem, quia, vt dicit HYPOCRATES, quibus fuerint puſtulae in virga virili, his, ſanie facta et educta, ſolutio fit.

De teſticuli inflatione i).

Teſticuli quandoque patiuntur *inflationem* ex humore ad ipſos reumatizante, quandoque patiuntur ex apoſtemate, quandoque apoſtemantur ex ventoſitate. — Si ex colera, citrineſcit locus, ſentiuntur dolores et punctiones, et arſurae in profundo. —

De excoriatione matricis k).

Excoriatur matrix quandoque ex colera, lateribus matricis adhaerente, quod cognoſcitur per *puncturas* et *arſuras*, et quandoque reſudat ruſſa humiditas. —

De malo mortuo l).

Sequitur de alio genere ſcabiei, quae dicitur *malum mortuum*. Quod quandoque fit de pura melancolia, quandoque de melancolia cum admixtione flegmatis ſalſi. Fit autem haec ex longo vſu melancolicorum ciborum, quandoque ex opilatione ſplenis, cum non poſſit humor melancolicus capi in ſplene, ponderoſitate ſua deprimitur inferius, et *circa crura et tibias* facit *puſtulas*, quae *malum mortuum* dicuntur. Dicitur autem *malum mortuum*, quia membrum, cui inſidet, mortificari videtur. Vnde nihil poteſt generari de ſanie, et efficitur membrum ſiccum et aridum. —

VI.

ROLANDVS m).

De cancris et fiſtulis, et aliis puſtulis in genitalibus conſurgentibus.

Si *cancer in virili membro* fuerit, et totum membrum occupauerit, totum cancroſum et infectum incidatur, ita, quod de ſano aliquantulum auferatur, et cum ferro calido vel auro coquatur, deinde curetur, vt dictum eſt ſuperius. Si vero *fiſtula* ibi nata fuerit, cum vnguento ruptorio et aliis cura adhibeatur. — Quod ſi *puſtulae* ſuperueniunt, vnguentum album ſuperponatur, ſed pro aceto aquam roſatam, et pro oleo communi oleum violarum ponimus. Si autem *excoriari* ſilumque corrumpi contingat, vnde infletur et tumet, atque dureſcit, oleum violarum albumine oui permixtum imponimus, et interius immittimus. Ceterum ſi *orificium* eius ſit *ſtrictum*, aliqua *tenta de cera* vel de alio ſimili immittatur, vt ſanies ad exteriora melius educatur. — Ad *excoriationem* et *ruborem teſticulorum*, et *inflationem*. — Solent quandoque *in virili membro verrucae* naſci et *puſtulae* ſuperuenire Vnde ad verrucas delendas apponatur puluis affodillorum. — Ad *puſtulas*. Fomentetur locus cum aqua decoctionis maluae, brancae vrſinae et ſimilibus.

De fiſtulis et cancris natis in poſteriori parte corporis hominis n).

De fiſtulis et *cancris* in his locis naſcentibus, idem dicimus, quod ſuperius docuimus. Iuxta fundamentum naſcitur aliquando aliquod *apoſtema*, quaſi *carbunculus*, et fit ibi ampulla per menſem, et patiens propria manu aufert illam, et iterum naſcitur, et negligentia non curatur, et ita locus infiſtulatur. —

De emoroydibus o).

Emoroydes fiunt tribus modis. Aliquando fiunt intus, et emittitur ſanguis, et faciunt dolorem. Aliquando ſunt extra, et quandoque emittunt putredinem. Quando nihil emittunt, et ingroſſantur, et ſunt *attriti p*) vel *ficus*, et conſtringunt, multum faciunt dolorem. —

Denique ſi penitus vis curare, quiſque attritus filo de ſirico bene ligetur, et ſi patiens ſuſtinuerit, incidatur. Quod ſi non ſuſtinuerit, dimitte filum, donec ceciderit, deinde ſuper vnumquemque attritum ponatur parum de vnguento ruptorio in capſula de cera facta, vel ponatur calidum ferrum.

Quod ſi ſanguis non emittatur, ſed putredo, temptetur cum tenta — immittatur ferrum calidum vel vnguentum ruptorium, deinde appoſito couo, curetur, vt cetera vulnera.

VII.

PETRVS HISPANVS q).

De ficu et atricis r).

Ad *ficus* et *atricos* res probata. Plantaginis Miij. millefolii, maratri albi, mentaſtri ān Miiij. tere et exprime ſuccum, et adde piperis grana octo, maſticis grana vij. et in ieiuno bibe, et renoua potionem nouem diebus. GAL. —

De vlceribus virgae s).

Laua virgam ſaepe cum vino decoctionis ſaluiae. MACER. — Si ſit *inflatura*, ibi ficus ſiccas et farinam frumenti miſce cum oleo, et appone. CONSTANT. — Item lac aſininum vel caprinum cum ſucco

co

g) *Cyrurgia Guidonis de Cauliaco. Et Cyrurgia Bruni. Theodorici Rolandi Lanfranci Rogerii Bertapalie.* — Venet. 1498. f. Vixit *Rogerius*, medicus Salernitanus, iudice CONRINGIO (Antiquit. Acad. Diſſ. III. p. 105. ed. Heumann.) ſeculo XII.

h) *Pract. magiſtri Rogerii* Tract. I. c. 56. fol. 220. a. ib.

i) Ib c. 57. fol. 220. a.

k) Ib. c. 65. fol. 221. b.

l) Tract. II. c. 9. fol. 224. b.

m) *Cyrurgiae* L. III. c. 31. fol. 158. a. ib. Secutus eſt, vt ipſe profitetur ad finem operis p. 160. b. *Rogerium*, ideoque vixiſſe cenſendus eſt ſeculo XIII. Scripſit vero vterque, teſte ac iudice idoneo *Guid. de Cauliaco* p. 2. b. *ſpeciales de chirurgia libros*, et ſic chirurgiam velut in integrum reſtituerunt. Cf. de eo *Freind* (Hiſt. Medic. p. 307. Opp. ed. Pariſ.) et *Eloy* (Diction. p. 94. T. IIII.)

n) L. III. 37. fol. 159. a.

o) Ib. c. 38. fol. 159. a.

p) i. e. *moralis excreſcentia, quae magnum dolorem infert, ex rubro purpureus, capitulis inſignitus, ad modum fructus mori.* JOVBERT. Leg. etiam *atricus, atrices, actrices.*

q) *Theſaurus Pauperum Viri cuiuſpiam de medica materia q̃ optime meriti: quē non pauci Ioanni quondā Pontifici Maximo attribuūt: tametſi nō deſint qui eū Petri Hiſpani eſſe dicant: in quo medicis perutilia pleraq; continentur, ſiue Theoreſim, ſiue Praxim requiras.* — 1530. 8. ſed intus ſic orditur: *Incipit pauperum theſaurus ſummi medicorū monarche.* D. *Ioānis* XX. *pōti. maxi. cui Petro Hiſpano ante nomen erat.* — Natus ſub finem ſeculi XII. Vlyſſipone, litteris et medicinae operatus Pariſiis et Monſpelii, creatus Cardinalis a. 1273. Papa a. 1276. ſub nomine IOANNIS XX. mortuus a. 1277. die 16. Maii ruinis laquearis.

r) Fol. 26. b.

s) Fol. 31. a.

co plantaginis, aliquantulum bulliat, *vlcera* renum et veſicae, et *virgae* ſanat, ſi bibatur. Diosc. —

De inflatione virgae t).

Si *virga infletur*, et doleat multum, miſceatur cera et oleum, et ſuccus portulacae, et apponatur betonica cocta in vino. Et ita Constant. — Contra *cancrum in virga* et alibi folia oliuae trita cum melle curant. Hoc Const. Centaurea portata in paucos dies ſanat *cancrum* perfectius. — Succus lenticulae aquaticae, poſitus ſupra *cancrum*, eum occidit.

De duritie et apoſtemate matricis u).

Radix lilii, cum oleo communi cocta, ſub prunis *duritiem matricis* mollificat, et eam aperit. Diosc. — Radix ebuli elixata et inde fomento facto, omnem *duritiem* et omnes eius *clauſuras* ſanat. Diosc.

VIII.

BRVNVS x).

De cura formicae.

Formica eſt puſtula parua, ex colerica materie naſcens, et accidit cum ea pruritus et dolor vehemens atque calor, et fortaſſe ambulat et vlcerat loca. Et color eius eſt ad citrinitatem decliuis, et ſubſtantia eius *verrucalis* et rotunda, radix tamen ſecundum plurimum eſt lata, et ſentitur in omni formica, quaſi punctura formicae. Et ait Avicenna, quod omne apoſtema in cute ambulatiuum et abſque latitudine eſt formica. —

De cura ignis perſici.

Multotiens autem accidit quoddam apoſtema, quod *ignis perſicus* nominatur, et fit pruritus cum eo et feruor immoderatus, et niſi ſuccurratur, locus velociter veſicatur, et impletur aqua ſubtili, quae eſt, ſicut venenum, et fortaſſe erit locus citrini coloris et nigri, ſicut carbo aut plumbeus.

Et huiusmodi quidem apoſtema alio modo dicitur *pruna*, et non eſt differentia inter ignem perſicum et prunam, niſi parum in diuerſitate materiae, quod eſt, quia ambo ſunt de colera et proprie citrina adurente permixta melancoliae. Et propter hoc accidit in eis nigredo.

Verum in igne perſico magis dominatur de colera, et in pruna magis de melancolia. Et ſcias, quod hoc apoſtema eſt valde timoroſum, praecipue quando cum eo accidit vomitus et pulſus cordis, et ſincopis. Quapropter non fiat tarditas in eius curatione, immo velociter ſuccurratur. —

De verrucis et porris, et clauo, et formica accidentibus in virga et in alia parte corporis y).

Verrucae multotiens accidunt *in virga* et in omni parte corporis — ex malis qualitatibus, quas natura expellit ad exteriora. Earum vero aliae ſunt durae, et aliae ſunt molles. Sed quae durae ſunt, ex colerica ſunt nigra, molles autem ex flegmate. — Et ſcias, quod cum accidunt *in capite praeputii*, ſemper ſunt molles: Quare in eis non retinetur vncinus. Opus ergo, vt mundifices et incidas eas cum forficibus. —

IX.

THEODORICVS z).

De formice ſiue noli me tangere a).

Formix vulgari ſermone *noli me tangere* dicitur. Morbus eſt, qui fit in ore aut in vultu, et in naſo, lente creſcit quaſi puſtulae, toto anno manens parua, et in ſumma, *noli me tangere* eſt quoddam apoſtema quod fit a mento ſuperius, et dicitur noli me tangere, quod eſt nimis *de contagioſis morbis*, vel dicitur *noli me tangere*, quod ſi tangatur, magis fluunt humores ad ipſum, et ſic augmentatur morbus. Fit ergo de duplici colera, quarum vna non eſt aduſta: Idcirco praetendit iuxta radicem rubeum colorem. Altera eſt aduſta, vnde praetendit ſuperius nigrum colorem. —

De formica b).

Formica eſt puſtula aut puſtulae, quae egrediuntur et faciunt accidere apoſtema paruum, et ambulant, et fortaſſe vlcerant, et color formicae ad citrinitatem declinat, et eſt inflammata *cum ſubſtantia verrucali* et rotunda, et ſecundum plurimum habent radicem latam. Et quaedam ſpecies eſt radicis paruae. Et in omni ſpecie formicae ſentitur, ſicut punctura formicae. Et in ſumma, omne apoſtema in cute ambulatiuum, quod latitudinem non habet, eſt formica.

Si curas locum ſine euacuatione, morbus reuertitur. Quare educatur colera. — Et *formica corroſiua* alienetur ab humectantibus. Humectatio enim inconueniens eſt vlceribus. — Et *fornicae puerorum* deſtruuntur, ſi intromittantur in balneum. Deinde egrediantur ſine mora, quia aer balnei nocet eis, et liniantur cum oleo roſato. Haec eſt ergo cura formicae et aliorum, quae in curſu ſimili currunt. —

De apoſtematibus — virgae c).

Apoſtema in — virga tam ex humore calido, quam frigido generatur. —

De verrucis et porris accidentibus in virga — et de formicis d).

Verrucae multotiens accidunt, et in omni parte corporis. — Et cum accidunt *in capite praeputii*, et ſunt molles, ſcindantur cum forficibus, et mundificentur. Item abſtrahatur verruca radicitus, et impleatur ſale bene trito tota concauitas, et prematur cum digito longo tempore. —

De curatione formicae cum ferro e).

— Dicemus curationem eius (formicae) cum manu, et eſt, vt in ipſius circuitu concauetur et extrahatur, ſicut de clauo diximus. —

De ficu, qui fit in ano f).

Ficus naſcuntur *in ano*, et ſunt quaedam carunculae ſuperfluae. — Quando *ficus* eſt *interius* — item ad *ficus*, qui *exterius* et in apparenti ſunt poſiti. — Quod ſi perſeuerauerit ficus, et non recedant cum medicinis, et neceſſaria fuerit cirurgia, tunc fac per omnia, ſicut eſt de emorroidibus ſupra dictum.

X.

t) Fol. 31. b.

u) Fol. 33. a.

x) *Cyrurgia magna Bruni longoburgenſis* (ed. cit.) L. II. Cap. 5. Rubric. 3. fol. 97. b. Finita eſt, vt ipſe ſub calcem profitetur, *a.* 1252. *menſe Ianuarii, indictione X, apud ciuitatem Paduae in loco Sancti Pauli.* Fuit gente *Calaber, patria Longoburgenſis* ib.

y) Chir. magn. L. II. c. 14. fol. 101. a.

z) *Cyrurgia edita et compilata a domino fratre Theodorico, epiſcopo Ceruienſi, Ordinis predicatorum* (ed. cit.) Fuit clarus ſeculo XIII. coaeuus *Guilielmi de Saliceto, Romae capellanus et poenitentiarius domini papae* (ib.), *Hugonis de Luca*, vt videtur, diſcipulus (ib.), ſcripſit hunc librum *appropinquante ſenio* (ib.) vſus praeceptis *Hugonis*, et ſcriptis *Bruni*, quem fere ad verbum repetiit, fretus propria et aliena experientia. Cf. *Eloy* Diction. p. 377. T. IIII.

a) L. III. 8. fol. 127. a.

b) L. III. 16. fol. 130. a.

c) L. III. 20. fol. 131. a.

d) L. III. 38. fol. 135. a. Cetera ad verbum ap. *Brunum* leguntur.

e) Ib. c. 40. fol. 135. a.

f) Ib. c. 43. fol. 136. a.

X.

GVILIELMVS DE SALICETO *g*).

De apoſtemate calido et frigido ſanioſo in inguinibus h).

Haec aegritudo vocatur *bubo* vel *dragunzelus*, vel *apoſtema inguinis*, et vtplurimum fit ex materia, quae ab epate expellitur, ad alia loca, et eſt aliquando calida, et aliquando frigida. — Et fit etiam, cum homo infirmatur *in virga propter foedam meretricem* vel aliam cauſam, ita, quod *corruptum multiplicatur in ea*, et non poteſt materia mundificare virgam et locum, propter corruptionem multiplicem et propter ſtructuram viarum *redit* materia *ad locum inguinum* propter habilitatem iſtorum locorum ad recipiendum ſuperfluitatem, et *affinitatem, quam habent loca* iſta *cum virga corrupta.*

De ficis et condylomatibus in ano et vulua i).

Aegritudines hae fiunt a materia groſſa melancholica, quae ad illa loca deſcendit, et vertitur quandoque in *carnoſitatem* quandam. — Habent *pedem* quendam *ſubtilem* et *pyramidem latam* in modum *ficus*, et non emittunt ſanguinem, neque humiditatem. *Condylomata* non habent pedem, neque figuram fici, ſed ſolum modo quandam *tuberoſitatem ſparſam* ſine pede, plenam ſanguine melancholico. — Si autem talis *ficus* fuerit *intra anum* aut *intra vuluam*, tunc inuerſentur inteſtina cum ventoſa magna poſita ſuper ano aut ſuper vulua, et inſpiciantur inteſtina. — Et ſi hoc non poteſt fieri cum ventoſa, tunc cum vncinis decentibus hoc fiat. Eodem modo in cura *condylomatum* procedatur.

De puſtulis albis et, ſciſſuris et corruptionibus, quae fiunt in virga et circa praeputium propter coitum cum meretrice vel foedo ab alia cauſa k).

Haec aegritudo ſemper accidit ex frigido vel materia ventoſa *retenta inter praeputium* et *pellem virgae*, et quia non exſpirat, creſcit et multiplicatur in loco. Vnde cum neglecta fuerit in principio, — iterum aliquando multiplicatur, quia *corrumpitur pellis*, et *denigratur*, et *corroditur cum hac ſubſtantia virgae*, quae amplius reſtaurationem non recipit. Et accidit *cum hac corruptione febris* et *fluxus ſanguinis*, et *mors* multoties. Cura feſtinanda eſt — mundificetur — inuoluatur — donec corruptio remota fuerit. Si vero non remoueri poſſit, et in tantum augmentata ſit, quod *denigrauerit locum*, tunc ſignum eſt mortificationis. Tunc intendas remotionem denigrati corrupti radicitus, ſi eſt poſſibile, cum ferro ignito ſeparando corruptum a ſano, quia ſi hoc ſubito non fieret, non ceſſaret corruptio augmentari, donec totum membrum corruptum foret. — Attende hic, quod ablutio cum aqua frigida et abſterſio cum petia munda, et iterum ablutio, dum incipit *poſt coitum cum foeda muliere* aliquod *corruptionis futurae veſtigium*; defendit perfecte virgam a corruptione futura, ſaltem ob illam cauſam, maxime ſi poſt illam ablutionem fiat roratio et quaedam ablutio, vel loci iam abluti aſperſio cum aceto modico aut petiis in aceto infuſis virga totaliter inuoluatur. Puluis hermodactylorum valde vtilis eſt *porris virgae* et aliis corruptionibus.

XI.

LANFRANCVS *l*).

De apoſtematibus.

Fiunt etiam ex admixtione humorum corruptorum praedictorum *veſcicae*, *formica miliaris*, *pruna* ſiue *ignis perſicus*, quae quidem omnia ſunt diuerſa ſecundum diuerſitatem compoſitionis, et de iſtis nominibus eſt diuerſitas apud auctores. De qua diuerſitate non cures, ſed cura de coloribus et accidentiis. Et fere omnium cura eſt vna, ſecundum quod tu videbis in ſequentibus. *Veſcicae* tamen fiunt ex materia praedicta acuta, leui, petente ſuperficiem carnis propter eius leuitatem. *Formica* eſt etiam puſtula, ſed eſt profundior in carne, et ambulat magis ad profundum, et cito vlcerat. *Miliaris* fit ex eadem materia, ſed magis incinerata pet aduſtionem, et facit puſtulas paruas ad modum milii cum magno feruore et pruritu. *Pruna* etiam ſunt puſtulae ſubnigrae, durae, habentes in circuitu citrinum colorem, quae fiunt ex maiore parte colerae aduſtae et minori melancoliae aduſtae.

De ſaphati m).

Saphati ſunt puſtulae paruae, quae naſcuntur in capite et fronte, et facie puerorum maxime, et mulierum, et quorundam virorum humidorum, qui humorem emittunt ſubtilem, et faciunt aliquando cruſtas. —

De impetigine, morphea, ſerpigine et albaras n).

— *Serpigo*, *impetigo*, *morphea*, ſumuntur aliter apud Salernitanos, aliter apud Arabes. Quod enim Salernitani vocant *ſerpiginem*, Arabes vocant *alunda*. Et *impetigo* apud Arabes eſt *morphea*, et apud Salernitanos aliter, et aliter apud nos. Quod autem Salernitani vocant *morpheam*, Arabes vocant *albaras*. — Dico ergo, quod *ſerpigo* eſt cutis exaſperatio, quae ſerpit huc et illuc, quae dicitur in Gallico *derdes*, in Lombardo *dembeda* vel *volatica*. Iſta prouenit ex humoribus incineratis ex aſperatione cutem petentis. — *Impetigo* eſt cutis varietas, in albo colore mutata, ſine cutis laeſione in ſua ſubſtantia vel forma, et non peccat ibi, niſi color. — *Morphea* eſt cutis defoedatio cum cutis ſubſtantiae et laeſione. — *Albaras* vero non ſolum cutem inficit, ſed et carnem. —

De apoſtematibus o).

— De colera aduſta et aliis aduſtis humoribus et corruptis plures fiunt *puſtulae*, quarum aliquae ſunt multum *malicioſae* ſecundum materiae maliciam. Fiunt enim inde *ignis perſicus*, *miliaris formica*, *pruna*, *herpes eſtiomenus* et *cancer*. *Ignis perſicus* eſt aegritudo, in qua ſunt multae puſtulae aqua venenoſa plenae. In circuitu earum eſt rubedo citrina, totum occupans membrum, et eſt cum magno feruore et ardore, et hoc fit ex colera aduſta tenui nimis. *Miliaris* habet puſtulas iſtas paruulas, vt milium, et non eſt cum tanto feruore; tamen feruet et incedit, nec locus eſt ita rubeus, et ſit vt plurimum de intenſione flegmatis cum pauca mixta colera. *Formica* eſt puſtula vna valde feruens, quae facit in ſuperficie cruſtas, et eſt ex aduſta colera magis ſpiſſa. Haec ambulando corrodunt membri ſuperficiem, et eſt cum ardore magno. *Pruna* ſimiliter eſt puſtula, quae fit ex melancolia aduſta, et haec eſt nigra vel liuida, et venit cum malis accidentibus, propter maliciam venenoſi-

g) *Incipit Cyrurgia Magiſtri Guilielmi de Saliceto placentini.* — *Explicit opus Magiſtri Quilielmi de Saliceto in Cyrurgia Placentiae impreſſum ad exemplar originalis ipſius Magiſtri Guilielmi. Anno ab incarnatione domini M. CCCCLXXVI. die XV. Maii.* Claruit Veronae medio ſeculo XIII. mortuus a. 1280. inſignis medicus et chirurgus, propria experientia ceteris maior et praeſtabilior. De editionibus v. *Eloy* Diction. p. 165. T. IIII. liber vero, vt ipſe teſtatur, finitus eſt a. M. CC. LXXV.

h) Chirurg. I. 42.

i) Chir. I. 45.

k) Chir. I. 48.

l) *Parua cyrurgia Magiſtri Lanfrãci Mediolan.* Ed. cit. cap. 10. fol. 163. a. Fuit diſcipulus *Guil. de Saliceto*, et ſeculo XIII. clarus. Memorat *Rogerium* et *Rolandum*, quos erroris redarguit, Pariſiis clarus ſub *Philippo*, Francorum rege; quorumdam inuidia et *Matthaei* vicecomitis Mediolanenſis miniſterio in Galliam tranſportatus, Lugduni ſupra Rhodanum ſcribere *l. de Chirurgia*, tentauit, interea liberorum educationi intentus variiſque regni locis plures per annos detentus, tandem Lutetiam Pariſiorum a. 1295. peruenit, *vbi maximam habuit comitiuam*, et rogatu magiſtri *Ioannis de Paſſauanto* et aliorum coeptum librum demum perfecit a. 1296. Sic ipſe *Lanfrancus* ad calcem chirurgiae fol. 210. b. Cf. ſi lubet *Eloy* Diction. p. 14. T. III.

m) *Practic. ſ. Ars completa totius cyrurgiae* Tract. III. Doctr. I. c. 3. fol. 182. a.

n) Ib. c. 6. fol. 182. b.

o) Tract. III. Doctr. II. c. 2. fol. 185. a.

nenoſitatis, et eſt timenda maxime, cum venit prope nobilia membra. *Herpes* — fit etiam, quando malae puſtulae praedictae in membri veniunt ſuperficie corrodentes, ſicut *formica*. —

De apoſtemate in inguine p).

Saepe prouenit *apoſtema in inguine propter vlcera virgae* et pedum, propterea, quod locus eſt deſcenſus humorum ad illa loca. Et tunc non eſt ita timendum, propterea, quod venire tunc poteſt ſine multa corporis plenitudine, et abſque eo, quod decurſus humorum maxime ibi fiat. Saepe quoque, prouenit *ſine vulneribus* in his locis, et tunc plus eſt timendum, ſpecialiter, cum corpus eſt malis et diuerſis humoribus plenum. —

De apoſtematibus virgae et teſticulorum q).

Sicut aliis membris, *viri genitalibus* accidit *apoſtema*, quod aliquando eſt *humorale calidum*, vel *frigidum*, vt alia. Aliquando repletur *virga ventoſitate*: *groſſa*, ipſam cum dolore nimis extendente. — *Ventoſum* cognoſcitur eo, quia *accidit* quibusdam *iuuenibus calidis*, et eo, quod membrum eſt valde tenſum, et durum, et non multum ponderoſum, neque color ab alterius colore partis corporis variatur. — *Curatio* communis apoſtematis calidi in teſticulis, quam in virga eſt. — Cum autem ceſſat *materiae curſus* — Si vero *apoſtema teſticuli induretur*. — Cum autem *virga tenditur groſſa ventoſitate*, ſicut accidit quibusdam iuuenibus, quibus ex calore agente in groſſis humoribus reſoluitur quaedam groſſa ventoſitas virgam tendens, tunc locum conſidera. Si calidus eſt, et fiat flobothomia, et cum frigidis epithima. —

De ficu et cancro, et vlcere in virga virili r).

Ficus eſt quaedam *excreſcentia*, quae naſcitur *ſupra praeputium virgae*, et aliquando *ſuper caput*: Quae quidem aliquando eſt *mollis*, vt de flegmatica generata materia, aliquando *dura*, vt de melancolia. Quae ſi corrumpatur, tranſit *in cancrum*. *Cancer* fit *in virga*, ſicut in aliis diximus fieri membris. *Vlcera* veniunt *ex puſtulis calidis*, *virgae* ſuperuenientibus, quae poſtea crepantur vel ex acutis humoribus locum vlcerantibus, vel *ex commixtione cum foeda muliere*, quae cum aegro, talem habente morbum, de nouo coierat. *Cura ficus* flegmatici eſt ligatio cum filo vel totaliter ablatio et loci conſolidatio. — *Melancolici* vero cura eſt dubia. Curatur tamen ante corruptionem cum temperatis mollificatiuis. — Securior tamen methodus auferendi illam excreſcentiam eſt tangere cum ferro calido, et poſtea ponere butirum vſque ad caſum eſcarae, poſtea iterum tangere cum ferro calido, et ſic ſucceſſiue et leniter operari, donec tota ſuperfluitas ſit conſumta. *Cancer* vero non curatur, niſi membrum infectum totaliter auferatur.

Nec eſt aliqua via melior ad auferendum, quam ſit ignis. Locus ergo infectus cum ſuis radicibus comburatur, et poſtea mundificatiuum de apio ſuperponatur, et ad vltimum cum deſiccatiuis fortibus ſigiletur. Nota hic, non dimittas, quin ſuper partem ſanam ponas continue defenſiuum, et ſpecialiter illud, quod fit cum bolo armenico et terra ſigillata. Locum ſanum a corroſione defendit.

Vlcera curantur cum fortibus abſterſiuis, quae quandoque *ingroſſant labia praeputii*, ita, quod videntur ibi fieri *verrucae*, quae non curantur, niſi illa *groſſities auferatur*, quod multum valet haec medicina, quae groſſitiem remouet et deſiccat. — Nam vlcera deſiccat et conſolidat, et *cancrum interficit*.

Si vero non eſt ibi, niſi ſola *excoriatio*, appone vnguentum album. — Si quis vult *membrum ab omni corruptione ſeruare*, cum recedit a muliere, quam habet ſuſpectam *de immundicia*, *lauet* illud cum aqua cum aceto mixta.

De emorroidibus, ragadiis et fiſtula in ano s).

— Hae vero venae aliquando aperiuntur, aliquando corroduntur, aliquando apoſtemantur. — Si ſanguis fuerit groſſus flegmaticus, generatur *ficus*. Si fuerit groſſus, colericus, generat *moralem* et *attritam eminentiam*. Et ſi fuerit groſſus, melancolicus, generat *condilomata*. — *Ficus* cognoſcuntur, quando eſt ſine colore, et ſi colorem habet, eſt cineritius ſeu pallidus, et eſt valde mollis, et habet pedem ſubtilem, ſicut eſſet pediculus ficus. Et aliquando emittit quandam ſubalbidam ſuperfluitatem, et eius cura eſt leuis. *Curatio pediculi* et *ficus* eſt, vt habeas filum ſericum fortem, et ſtringas pediculi eminentiam, ita bene, quod aeger ſentiat ſtricturam, et quotidie ſtringe plus filum, donec pediculus totaliter incidatur, et cadat ficus, poſtea cum deſiccatiuo medicamine reſiduum deſiccetur. *Moralis* ſiue *atricus* magnum facit dolorem, et eſt eminentia rubea, habens parua capita, ſicut in moro celſi, et eſt ſubrubea, ad purpureum tendens colorem. Et huic, niſi ſuccurratur mitigando dolorem, aliquando generat *apoſtemata*. — Si vero huius loci apoſtemata veniunt ad *ſaniem*, nunquam exſpectes, quod per ſe crepentur ab extra, quoniam tunc ſemper vel vt valde plurimum inuenies, quod foramen, quod videbis exterius groſſum, vſque ad interius perforat inteſtinum. Illud ergo feſtinanter aperi, antequam digeſtionis habeat complementum. —

Condilomata ſunt dura, vt ſcrophulae, et curantur diſſoluendo et mollificando. —

Ragadiae ſeu *ſciſſurae* aliquotiens fiunt *in ano* ex humorum ibi concurrentium ſiccitate, quae curantur cum cibis et potibus humectantibus et cum ſeſſione in aqua decoctionis maluae. —

De cancrenis et malo mortuo t).

Malum mortuum eſt quaedam ſpecies ſcabiei, quae plus deſcendit *ad crura*, et eſt de groſſis humoribus aduſtis, *per inguinae* deſcendentibus, quorum aliqua *pars remanet in inguine*, et *glandulas inflat*, quas ibi naturales inuenit, ita, quod ſuperueniens in his glandulas, quae ſunt in inguine, tumefacit. —

XII.

ARNALDVS DE VILLA NOVA *u*).

De puſtulis, carbunculis et fiſtula in membro virili et teſticulis x).

Aliquando naſcuntur *puſtulae in virga*, vel *in teſticulis*, quibus eruptis, fit *vlceratio* in praedictis locis, et *cancer* ſeu *fiſtula*, i. *puſtula* quandoque excoriatur ibi. — Inungantur loca — locis puſtuloſis apponantur. Hoc enim tollit dolorem et inflationem, et maturabit ipſas puſtulas peroptime. Haec omnia fiant, quouſque puſtulae crepuerint, et ſanies ab eis emanauerit. Et tunc lauentur optime *puſtulae* ſic *fractae* cum vino decoctionis ſaluiae. —

Et ſi *ſub capite virgae* fuerint, inuerſetur virga, et lauetur cum praedicto vino, vel ſi *in pueris* fuerint *paruis*, lauentur cum lacte mulieris, deinde puluis conſolidatiuus deſuper ponatur. —

Quod

p) Tract. III. Doctr. II. c. 11. fol. 187. b.

q) Ib. c. 13. fol. 188. a.

r) Tract. III. Doctr. III. c. 11. fol. 199. b.

s) Ib. c. 12. fol. 200. a.

t) Ib. c. 13. fol. 201. a.

u) *Arnaldi de villa noua medici acutiſſimi opera nuperrime reuiſa: vna cum ipſius vita recenter hic appoſita. Cũq; tractatu de philoſophorũ lapide. Additionibus marginalibus tabulaq; librorum* et *capitulorum in hac nouiſſima impreſſione: diligenter additis. Venumdantur lugduni Apud Scipionem de gabiano* — (1532. f.) Hanc editionem ſecuti ſumus. Ad manum eſt altera inde petita. *Argent.* 15.41. 8. *per Gualth. H. Ryff*, in cuius T. I. continetur *Breuiarium Practicae*. Natus vero eſt *Arnaldus*, cuius vitam ſcripſit *Symphorianus Campegius*, in oppido *Villa noua* prouinciae Narbonenſiis, a. 1300. Pariſiis et Monspelii litterarum ſtudia agitans, egregie doctus, linguarum callens, ſummus Theologus, (hinc ſectatores nactus *Arnaldiſtas*) ſummus Philoſophus et Medicus, (hanc artem in Gallia docuit et fecit) Alchemiſta inſignis, cucullatorum inſidias et fatum *Petri Aponenſis* veritus, clam aufugit, in Siciliam ad regem *Fredericum* profectus, apud quem magnam gratiam iniit, et miſſus ab eo Romam ad ſanandum Pontificem, ſed in mari mortuus et Genuae ſepultus.

x) Breuiar. L. II. 29. fol. 177. b.

Quod ſi praedictae puſtulae non fuerint curatae, et ibi *cancer* vel *fiſtula* fuerit generata, apponatur puluis tartari ſubtiliſſime pulueriꝫati, — Cum his enim ſolis *cancer* curabitur, ſi *leuis*, *paruus* vel *nouus* fuerit. Si vero *cancer* fuerit *periculoſus* et *fortis*, lauetur cum aceto forti vel cum vrina pueri virginis calida, et puluis aſſodillorum — ipſi cancro ſeu fiſtulae apponatur. — Quod ſi ipſe *cancer* ſeu *fiſtula* in tantum fuerit *fortiſſima*, quod quaſi iam *totum membrum occupauerit*, et beneficio dictarum medicinarum ſeu pulueris curari non poſſint, tunc vltima medicina eſt ipſum *cancrum cum raſorio* optime *incidere* vſque ad viuum, poſtea cum ferro candenti argenteo vel aureo coquere ipſam radicem cancri, poſtea loca illa, ſicut cetera vulnera, curentur —

Additio. *Quidam* habebat *multas puſtulas in teſticulis, plenas putredine, cum dolore magno* — Ad ardorem et *ruborem*, et *cancrenam*, quae fiunt *in membro virili* expertum —

De emorroydibus y).

— *Caro* vero *ſuperflua*, quae pendet *circa anum*, dicuntur *attriti*. *Caro* vero *naſcens circa foramen ani* ſuperflua inter duas nates, habens granulas, quaſi ficus, nominatur *ficus*. Ex quibus *ſanies* quandoque *procedit*, quod quandoque ex frigidis, quandoque ex calidis generantur humoribus. Et haec paſſio grauiter curatur. —

XIII.

SIMON IANVENSIS *z)*.

Acrocordines a) ſunt verrucarum ſpecies, vt Oribasivs. Item Cassivs Felix ſecundum Graecos tres differentias verrucae ponit. *Acrocordines*, quae fundatae ſunt immobiles et ſine dolore; aliae vero mobiles, radices debiles, parum radice adhaerentes, infantibus ſaepe naſcuntur. Aliquando ſua ſponte cadunt: Quae cum digito fuerint preſſae, dolorem faciunt, ſimilem morſibus *formicarum*, vnde Graeci *mirmiceas* dicunt. Sunt et aliae aſperae et criſpulae, in ſimilitudinem ſumitatum *thimi*, vnde a Graecis *timeas* appellantur etc. Graecus *akrocordines* ſcribitur. *Cornelius* ſunt quaedam verrucis ſimilia, quorum ſunt diuerſa nomina, vt vitia ſunt, *Akrocordona* vocant, vbi ſub cute coit aliquid durius, et interdum paulum aſperius, coloris eiusdem. Infra tenue, ad cutem latius, idque modicum eſt, quod raro fabae magnitudinem excedit. Vix tamen vnum eodem tempore naſcitur. —

Ficus b) vocantur durities vlceroſae, habentes in ſe grana, ſicut grana ficuum, quae dicuntur graece *ſikas*, quod eſt *ficus*, vt infra in *ſikas*. —

Sicadae c) ſunt *ficus in ano*, qui fiunt ex emorroidibus prominentibus, quando putreſcunt. —

Sikas. Pavl. *Sikas* appellant laeſiones vlceroſas rotundas, ſubduras, rubeas, quas ſequitur et dolor. Naſcuntur autem hae plurimum in capite, etſi et *alio membro*. —

Timea d). Pavl. *cap. de dolore pudendorum*, eſt ſpecies verrucarum. —

Thymos eſt ſpecies verrucae. —

Thimon Cor. cel. *timon* nominatur, quod ſuper corpus quaſi verucula eminet, ad cutem tenue, ſupra latius, ſubdurum, et in ſummo peraſperum, idque ſummum colorem floris thimi repraeſentat, vnde ei nomen eſt, ibique finditur et cruentatur. Nonnunquam aliquantulum ſanguinis fundit, fere circa magnitudinem fabae aegyptiae, eſt raro maius, interdum perexiguum. Modo vnum aut modo plura naſcuntur. — *Peſſima* tamen *in obſcenis* ſunt, maxime, *quae ibi ſanguinem fundunt*. —

XIV.

DOGLIONI *e)*.

L' anno 1302. fu proueduto, chi mandaua à qualch' vno il *vermocane* (ch'e è ſpecie di malatia) pagaua ogni volta 20. ſoldi.

XV.

BERNARDVS GORDONIVS *f)*.

De apoſtematibus in generali g).

— Apoſtemata quaedam ſunt de materia non aduſta, nec multum corrupta. Et quaedam ſunt de materia aduſta, corrupta, vlcerante, corrodente, corrumpente carnem et oſſa, et alia. Et iſta ſunt multiplicia valde, ſicut eſt *ignis perſicus*, ſeu *ignis infernalis*, ſeu *ignis Sancti Antonii*, quia idem ſunt, et *carbunculus*, et *antrax* — *formica miliaris*, *formica deambulatiua*. — Intelligendum ſecundum Avicennam, quod omnis puſtula vlcerans et corrodens, et denigrans, et cauterizans, et eſcaram faciens, ſicut cauterium, poteſt vocari *ignis perſicus*: ſeu *carbo*, ſeu *carbunculus*, et videtur ſub iſtis comprehendere *formicam* et quaedam alia. —

Impetigo, *ſerpigo*, *formica miliaris* et *formica ambulatiua*, ſunt puſtulae paruae, corrumpentes et inficientes cutem de colera aduſta, magis ſubtili, et pro tanto ſerpunt et mouentur, et creſcunt, et deambulant per cutem, et quaſi aliquando videntur volitare, et aliquando quieſcere in vno loco, et aliquando occupant parum de cute, et aliquando multum. Et vocatur aliquando vulgariter *endebet*, aliquando *ignis volatilis* cum calore et rubore, et dolore, et *infectione*. Et aliquando *vlcerant* et *corrodunt*. *Inter* igitur *infectiones* et *corruptiones cutis* poſſunt reponi. — Omne apoſtema de materia aduſta, ſicut *anthrax* et *carbunculus*, et *formica* — omnia ſunt peſſima et mortifera. —

De formica miliari h).

Formica miliaris eſt puſtula parua, acuti capitis, calida, aut *multae puſtulae*, et videntur *ambulare*, quoniam videntur mutari. Aliquando *vlcerant*, et aliquando non. — Quia igitur in omnibus iſtis *materia* eſt *venenoſa*, magnum ſtudium et magna cautela adhibeatur, ſicut *in igne perſico* recte.

De malo mortuo i).

Malum mortuum eſt quaedam ſpecies ſcabiei, quae oritur ex melancolia naturali aduſta et ex aduſtione phlegmatis ſalſi, cum liuore et nigredine, et *puſtulis cruſtoſis*, *magnis*, *fetidis*, *ſine ſanie*, *cum aerugine*, et *cum* quadam *inſenſibilitate*, et *cum turpi aſpectu*, *in coxis et tibiis* frequentius ter eueniens. —

Dè

y) Ib. c. 34. fol. 180. b.

z) *Clavis Sanationis Simonis Ianuenſis. Venet. per Simonē de Luere. 26. februarii. 1507. f.* Natus Genuae, *Nicolai IIII.* Papae Subdiaconus, Capellanus, et medicus a. 1288. Canonicus Rothomagenſis, hoc lexico etiamnum memorabilis; ſed paullum obſcurior et intellectu difficilis.

a) Fol. 4. b.

b) Fol. 32. a.

c) Fol. 64. b.

d) Fol. 70. a. et 70. b.

e) *Coſe notabili di Venetia, ed.* 1675. p. 23. ap. Hensler l. c. p. 320. Cf. Cl. Frank *Syſtem einer vollſtändigen medicin. Polizey* B. II. S. 25. ſeq. vbi eadem res pluribus exemplis confirmatur.

f) *Tabula Practice Gordonii dicte Lilium Medicine. — Impreſſa Venetiis per Ioannem* 2 *Gregorium de Gregoriis fratres. Anno dni.* 1496. *die* 16. *Ianuarii.* — 4. Altera editio, quae etiam ad manus eſt, inſcribitur: *Bern. Gordonii Opus Lilium Medicinae inſcriptum de morborum prope omnium curatione, ſeptem particulis diſtributum — Lugd. ap. Gul. Rouillium* 1550. 8. In hac repetitus eſt tract. *de vrinis* ex ed. Pariſ. 1542. 8. qui in prima deeſt, ſed in vtraque deſideratur *Tract. De conſeruatione vitae humanae a die natiuitatis vsque ad vltimam horam mortis — op. Ioach. Baudiſii. Lipſ.* 1570. 8. Inchoatum vero eſt *lilium*, vt ex praef. patet, *in praeclaro ſtudio Montiſpeſſulani poſt annum vigeſimum lecturae a domini* 1305. *menſe Iulii.* De cuius vita vide *Eloy* Dictionn. hiſt. de la Medec. T. II. p. 365.

g) Partic. I. c. 19. fol. 21. a. ed. Venet.

h) Ib. fol. 25. a.

i) Ib. c. 24. fol. 38. b.

Aphrodiſiac.

G

De paſſionibus virgae et de apoſtematibus k).

Paſſiones virgae ſunt multae, ſicut ſunt *apoſtemata, vlcerationes, cancri, inflatio, dolor, pruritus.* *Cauſae* enim aut ſunt *exteriores*, aut *interiores*. *Exteriores*, ſicut — *iacere cum muliere, cuius matrix eſt immunda, plena ſanie aut virulentia, aut ventoſitate* et ſimilibus *corruptis*. Si autem *cauſa* fuerit *intrinſeca*, tunc ſunt, ſicut *humores corrupti* et *mali, deſcendentes ad virgam* et ad partes inferiores, inducentes paſſiones praedictas. — *Paſſiones virgae* et membrorum inferiorum *ſunt difficilis curationis.* — *De apoſtemate calido.* Inprimis ponatur *tenta in foramine virgae, ne via oppiletur, vt ſuperfluitates libere poſſint exire*, emplaſtretur apoſtema. — De *cancro in virga.* — Et *cum cancer mortificatus fuerit*, quod diſcernitur, quia *apparet caro rubea*, tunc regeneretur caro cum aloe — et *ſi caro mortua plurima apparuerit*, conſumatur. — *Curatio vlcerum virgae.* — Curatio *fluxus ſanguinis a virga* — *inflationis virgae* — *verrucarum.* In talibus excreſcentiis excorticentur cum vngue, deinde lac ficus apponatur, — Secundo notandum, quod *apoſtemata cauſantur frequentius in iuuenibus in virga, quam in ſenibus.* — In iuuenibus nerui ſunt magis rari et molles, ideo *virga iuuenum citius apoſtematur.*

De apoſtemate matricis l).

Apoſtematur matrix, ſicut alia membra. *Cauſa* enim aut eſt *exterior*, aut *interior*. Si *exterior*, tunc eſt, ſicut — *nimius coitus.* — Et ſi eſt *interior*, tunc eſt *retentio ſpermatis*, aut *humor currens ad locum.* —

De ragadiis vuluae m).

Vulnera, ragadiae, pruritus, dolor, aliquando accidit *in matrice.* *Cauſa* enim aut eſt *exterior*, aut *interior.* Si *exterior*, ſicut — *groſſitudo virgae virilis.* — Si autem eſt *interior*, tunc eſt propter *rupturam apoſtematis* aut *humores acutos corroſiuos* aut *ſaniem.* — Si autem, *quod exit*, eſt *ſanioſum*, tunc eſt *ruptura apoſtematis* aut *puſtula.* Si eſt *virulentum fetidum*, tunc eſt *corroſio* et *cancroſitas.* Si eſt *lotura carnis*, eſt ibi *putredo.*

Si *ex humoribus calidis*, eſt ibi calor, dolor, punctura, mordicatio, inquietudo. Et ſi cauſa eſt frigida, omnia ſunt remiſſa. — Conſueuit etiam aliquando diſcerni ſic. Ponatur mulier in loco luminoſo, et ſpeculum praeſentetur naturalibus illis, tunc in ſpeculo apparet, *ſi fuerit vlcus*, aut *ragadiae.* —

De ſterilitate mulierum n).

— *Haemorrhoides* et *excreſcentiae in matrice* non videntur recipere curationem, nec etiam tortuoſitas foraminis virgae virilis. — *Mulier vulnerata et poſtea cicatrizata* non recipit curationem. — *Verrucam* autem, *haemorrhoides* et *excreſcentias matricis* reſtauratoribus o) derelinquo. —

XVI.

SILVATICVS p).

Bothor, bather q), id eſt, eminentia carnis vel puſtula. — *Bothor*, id eſt, eminentiae in cute non naturales, et ſunt puſtulae albae, paruae et alterius coloris, vel ſunt puſtulae paruae, quae ſunt in pueris. —

Condiloma r), graece *emoroida caeca*, ſcilicet tuberoſitas ani ſperſa ſine pede, a qua nihil ſanguinis emittitur, ſed aliquando emanat quaedam humiditas ſubtilis. Quando vero fluit ſanguis, vocatur *emorois.*

Ficus s) *pro morbo* vocantur duritiεs vlceroſae, habentes in ſe grana, ſicut grana ficuum vel ficus. *Pro morbo* dicitur aſperitas palpebrarum. —

Fima pannus faciei, puſtula. — *Fimata*, inflammationes turgentes. —

Formica t) eſt puſtula parua, quae egreditur, et fortaſſe vlcerat, et fortaſſe reſoluitur, et color eius declinat ad citrinitatem, et fit ex colera rubea, et eſt, vt granum milii.

Ragadiae u) dicuntur ſciſſurae accidentes in ano vel pedibus multi ardoris.

Thimos x) eſt ſpecies verrucae. Lege *acrocordines.*

Verruca y) dicitur quaedam durities, habens in ſe grana, ſicut grana ficus. Et habet tres ſpecies. Nam aut eſt eiusdem groſſitiei in capite et in pede, et dicitur *veruca* i. *porrus*, vel in pede ſubtilis et in capite groſſa, et dicitur *clauus*, et *acrocordines* ſunt ſpecies eius.

XVII.

ORDINATIO IOANNAE I. VTRIVSQVE SICILIAE REGINAE QVOAD LVPANARIA z).

Statuta antiqua lupanaris Auenionenſis.

I. Anno M. CCCXLVII. et die 8. menſis Auguſti, optima Regina noſtra IOANNA conceſſit, vt lupanar publicum eſſet Auenione, ſed vetuit meritorias mulieres per ciuitatem euagari, iuſſitque omnes lupanari concludi, et ab iis, vt cognoſci poſſint, ligulam rubram ab humero ſiniſtro geſtari.

II. Item ſi qua puella, quae iam culpae ſuccubuerit, corpus vulgare velit, a clauigero ſeu capitaneo apparitorum brachio prehenſa per ciuitatem ducatur ad tympani cantum, ligula rubra ab humero dependente, et in lupanari collocetur cum ceteris, denuntiata, ſi primum inde exierit in ciuitatem, virgarum in ſecretiore loco, ſi iterum, flagri et exilii poena.

III. Edicit optima Regina noſtra, vt lupanar conſtituatur in vico pontis pertuſi iuxta conuentum Fratrum Auguſtinorum vſque ad portam Petri. Et in eandem partem porta pateat, qua omnibus ingredi liceat, ſed quae claue reſeretur, ne quis iuuenis mulieres adire poſſit ſine venia Abbatiſſae ſiue Bayliuae, quae quotannis a Conſulibus eligetur. Bayliua clauem ſeruet, moneatque iuuenes, ne turbas cieant, aut timorem vllum incutiant mulieribus meritoriis. Sin ſecus, ſi qua fuerit expoſtulationis cauſa, non exituros eſſe, niſi vt ab apparitoribus in carcerem coniiciantur.

IV. *Iubet Regina, Sabbato quolibet a Bayliua vna cum chirurgo a conſulibus praepoſito, mulieres meritorias ſingulas luſtrari, quotcunque in lupanari proſtant. Et ſi qua ſcortatione aegritudinem vllam contraxerit, a ceteris ſeponi, et ſeorſim habitet, ne ſui copiam facere poſſit, vt morbi praecaueantur, qui a iuuenibus poſſent concipi.*

V.

k) Partic. VII. c. 5. fol. 206. a.
l) Ib. c. 11. fol. 212. a.
m) Ib. c. 12. fol. 212. b.
n) Ib. c. 14. fol. 214. b.
o) i. e. chirurgis.
p) *Opus Pandectarum medicine Matthei Siluatici. Nuper impreſſum cum quottationibus omnium authorum in locis propriis a Symone Iannenſi — 1534. Habentur Lugduni apud expertum virum Iacobum Giunti.* Ad calcem: *Explicit Opus Pandectarum — per Dominum magiſtrum Dominicum Martinū de ſoſpitello. Lugduni nunc demum exactiſſime per inclitum probumq; virum Theobaldum payen chalcographū excuſum. Anno Domini. Mil. CCCCCXXXIIII. die VIII. menſis Auguſti.* Claruit circa a. 1317 vt ex dedicatione libri patet, ROBERTO regi Siciliae facta, dictus *Pandectarius*, ſed intellectu difficilis et perobſcurus.
q) Pandect. Med. c. 104. fol. 36. a.
r) Cap. 179. fol. 66. a.
s) Cap. 266. fol. 84. b.
t) Cap. 272. fol. 86. a.
u) Cap. 197. fol. 145. a.
x) Cap. 676. fol. 161. b.
y) Cap. 689. fol. 164. b.
z) Leg. haec ordinatio ap. ASTRVC *De morb. Vener.* Pariſ. 1738. 4. p. 37. ſeq. lingua prouinciali et latina expreſſa, vnde eam repetendam curauimus. Vertit eam in linguam germanicam Cl. FRANK *Syſtem der medic. Polizey* B. II. S. 33. ſeq. paucis vero memorauit Cl. HENSLER l. c. p. 381. Scripta eſt a. 1347.

V. *Item ſi qua mulierum, quae in lupanari proſtant, grauidata fuerit, caueat Bayliua, ne quid detrimenti embryoni accidat, moneatque conſules, vt futuro partui prouideant.*

VI. Item caueat diligenter Bayliua, ne quis omnino in lupanar admittatur diebus Veneris et Sabbati hebdomadis ſanctae aut beata die Paſchatis. Sin aliter faxit, exauctoranda et flagro caedenda.

VII. Item imperat Regina, vt omnes meritoriae mulieres, quae in lupanari proſtabunt, nec rixa, nec inuidia inuicem contendant, a mutuis furtis et iurgiis abſtineant, et ſororum inſtar amice inter ſe viuaut. Et ſi quid diſſidii interuenerit, a Bayliua controuerſia dirimatur, cuius iudicio ſtandum erit.

VIII. Item ſi quid furto ſubreptum fuerit, reſtitutio a Bayliua bona gratia procuretur. Sin vero, quae rea eſt, refractaria ſit, primum plectatur virgis ab apparitore in conclaui, et ſi iterum eadem culpa teneatur, flagro a carnifice caedatur.

IX. Item ne Bayliua Iudaeum vllum in lupanar receperit. Quod ſi vero Iudaeus quidam clam et aſtutia introgreſſus cum mulierum quapiam rem habuerit, in carcerem coniiciatur flagro per vrbis compite mulctandus.

XVIII.

IOANNES ARDERN *a*).

Contra incendium. Item *contra incendium virgae virilis interius ex calore et excoriatione* fiat talis ſyringa (iniectio) lenitiua. Accipe lac mulieris maſculum nutrientis et parum zucarium, oleum violae et ptiſanae, quibus commixtis per ſyringam infundatur, et ſi praedictis admiſcueris, lac amydalarum melior erit medicina.

XIX.

GVIDO DE CAVLIACO *b*).

De carbunculo et antrace c).

— Eſt ergo *carbunculus*, ſiue *pruna*, ſiue *ignis perſicus*, vel *ſanctus*, quae quaſi pro eodem accipit Avicenna, puſtula flegmonica, mala, veſicans, et comburens locum, in quo eſt, nigra ſeu cinericia cum rubedine obſcura, et dolore verſuto, et ardore, et veſicatione in circuitu, ex qua euenit, quando rumpitur, eſcara, qualem facit accidere combuſtio et cauterium. —

De formicis d). —

Formica eſt puſtula vel puſtulae malae colericae ſine latitudine, cum inflammatione et pruritu, ambulantes in cute, cum vlceratione, corroſione et virulentia. Et breuiter, *formica nihil aliud eſt, quam herpes malus.* Eiusdem enim generis ſunt. — Cuius duae ſunt ſpecies. Vna eſt leuioris motus, quia de magis acri et ſubtili cholera, alia tardioris, quia de groſſiori cholera — et dicitur *miliare*, et tantum poteſt ingroſſari materia, quod videntur eſſe *puſtulae ficales* et *bothorales*, quia *ad modum ficus* et *bothores* ſunt apparentes. — *Signa. Formica* eſt tardioris reſolutionis, quam herpes. Formica non habet eſcaram, licet poſſit habere *putredinem* et *virulentiam.*

In omni formica ſentitur quaſi punctura formicae, inquit Avicenna. Verruca in naſcendo aſſimilatur formicae, non tamen in materia, ſed poſt efficitur *claualis.* —

De vlceribus virgae et vuluae e).

— Quae autem (*vlcera*) fiunt in procidentibus, vt *in virga* et *in matricis collo*, ſunt *excoriationes*, *calefactiones*, *vlcera virulenta*, *putrida* et *corroſiua*, et *cancroſa*, *in ano rhagadiae*, *vlcera*, *fiſtulae*. In vtrisque *emorrhoydes*, *carnes additae*, *ficus* et *condilomata.* Quorum *cauſae* ſunt *humores mali corrupti* et *apoſtemata*, et *vulnera male curata*, *fricationes* et *tactus inordinati.* — Vlcera iſtorum membrorum ſunt difficilia — quia ſunt calida et humida, ab aere protecta, ad quae feſtinat *putrefactio*, et additur, quod propter verecundiam non monſtrantur, quouſque fuerint malignata. Et deteriora ſunt illa — quae fiunt *in lacerto*, qui eſt *in radice virgae* et *in ano*, et *quae profundantur interius*, quam ſint in manifeſto.

Vlcera ſine flegmone in pudendo et ano — cataplaſmate mollificatiuo nullo egent, ſed farmaco cicatrizante non tali, ſicut alia vlcera, ſed in tantum ſiccius in virtute, in quantum ſunt et hae particulae ſicciores in carne.

Et *quae ſunt apud balanum plus, quam circa totum pudendum*, quod quidam decredens, coactus vti talibus, in tribus diebus ſanatum eſt vlcus, de quo fuit magis dolens, quam admiratus, eo, quia praua fuit nutritus haereſi dogmatum, propter quod, *ſi fuerit ſola excoriatio et calefactio*, ſufficit lauare cum aqua roſarum et plantaginis, et ad vltimum cum aqua aluminoſa, et ponere vnguenta alba, maxime camphorata. — *Si autem fuerint vlcera recentia virulenta, et quodammodo corroſiua*, in his aloes ſolum bonum eſt farmacum. — *Et ſi vlcera fuerint verſus partem interiorem virgae*, praecipit Avicenna, quod praedicta cum iniectorio intromittantur. *Si* autem *fuerint antiqua et putrida*, *et cancroſa*, lauentur et epithimentur cum collirio tali. — Hoc enim mortificat, ſiccat et ſanat. Et fortius illo ſunt trociſci affodillorum. — *Si* autem *fiant maligna, ita, quod locus denigretur*, tunc melius eſt, vt penitus locus niger abſcindatur, et poſt cauteriçetur, et cum aliquo cauſtico — ſeparetur, et poſt, loco mundificato, caro generetur et conſolidetur.

Si tamen *in iſtis vlceribus fluxus ſanguinis accideret*, cum pulueribus et auxiliis reſtrictiuis communibus, aut trumbis omnibus bene remotis, ponatur arſenicum, quia non fallit, duntaxat quod cadat ſupra venam apertam. In quo caſu *ſi medicamina non poterant ſuper locum attingere*, praecipiunt — *incidere pellem*, et tunc auxilia applicare. Quod ego facio inuite, *quia male poſtea conſolidatur*, *et praeputium cadit*, *et congregatur*, *et facit tumorem ſub virga*, quod eſt valde taedioſum: Propter quod Iudaei circumciſi ab huius poena ſunt ſecuri. — In omnibus caſibus intendatur ad dolorem et ardorem — et prohibeatur materia — et vt propter apoſtema non claudatur foramen virgae, ponatur in eo *tenta de cera* vel de panno delicato, et ligetur locus, et ſuſtentetur cum ſacculo et ligamento.

Ragadiae autem, et *ficus*, quae veniunt *in virga* et *matrice*, et *carnes ſuperfluae* curantur, vt quae *in ano.* —

Groſſities, quae *ſub virga*, efficitur *propter incidere praeputium*, ligetur et incidatur, et poſt, ſi eſt neceſſe propter haemorrhagiam, cauteriçetur.

Foramina, quae veniunt *in praeputio* et *in virga*, per vnde ſaepe venit vrina, male conſolidantur. —

Emorroydes — *morales* fiunt a ſanguine groſſo, *verrucales* a melancolia, *veſicales* a flegmate, *vuales* ex mediocribus humoribus. —

a) Vide, Becket Philoſoph. Tranſact. Vol. XXX. p. 839. ſeq. et repet. in verſ. germ. B. I. S. 336. et Freind Hiſt. Med. p. 514. ſeq. Scripſit vero haec a. 1380. circiter.

b) *Cyrurgia Guidonis de cauliaco. Et cyrurgia Bruni. Theodorici Rolandi Lanfranci Rogerii Bertapalie. Venet.* 1498. f. Repetita eſt *Lugd. ap. Sebaſt. Honoratum* 1572. 8. ſed magis polita et comta eſt, quam Lavr Iovbertvs, Prof. Monſpelienſ. clariſſimus, *Lugd. in off. Q. Philip. Tinghi.* 1584. 4. typis mandauit. Librum ipſum edidit *Guido* (v. praefat.) *a.* 1363. *in praeclaro ſtudio montis peſſulani.* Fuit ſuo tempore chirurgus clariſſimus, Auenione Pontif. *Clementis VI.* et *Vrbani V.* medicus et capellanus commenſalis, vir magnae lectionis et experientiae, praeclarus peſtilentiae a. 1360. graſſantis narrator, ſtrenuus chirurgus. Vitam et merita paucis ſcripſit *Eloy* Diction. p. 574. T. I.

c) Tract. II. Doctr. I. c. 2. fol. 11. b.

d) Ib. c. 3. fol. 14. a.

e) Tract. IV. Doctr. II. c. 7. fol. 42. a.

De ficu, quae fit in ano f).

Ficus, atrices et *condilomata, quae in ano, virga et matrice fiunt*, ſic curantur, — cum millefolio, parietaria, cum pauco ſale piſtata, et quotidie appoſita ligentur et incidantur, et vrantur cum cauterio actuali vel potentiali. —

De ragadiis.

Ad ragadias, quae in ano, virga et matrice, ſuppoſita diaeta remollitiua confert fomentare locum cum aqua decoctionis maluarum — et inungere cum vnguento. — *Ligaturae* iſtarum partium ſunt plurimum ad tenendum medicamina, et fiunt *in paſſionibus ani et inguinum* cum bracali et binda pendente bifurcata, in burſa teſticulorum cum coxa, in virga cum ſacculo ad brachile ligatis.

De calefactione et foeditate in virga propter decubitum cum muliere fetida ff).

In primis lauetur cum oxicrato, et deinde cum vnguento albo camphorato, *vt puſtulae vlceratae*, curentur. —

De praeputii clauſura. —

Circumciſio ſecundum legem fit Iudaeis et Sarracenis, et aliis, quae multis eſt vtilis, propterea, *quod non congregantur ſordities in radice balani, et calefacerent ipſum.* —

XX.

IOANNES DE GADDESDEN g).

De apoſtemate h).

— De ſubtiliſſima colera fit *formica deambulatiua* aut *corroſiua*, et eſt in cute, de ſubtiliori, quae eſt groſſior iſta, et eſt magis intus, quam in cute, fit *formica miliaris*, et eſt parua, ſicut formica magna, et caput habet, ſicut granum milii vel horobi, et eſt minoris inflammationis et reſolutionis. De ſubtili, quae eſt groſſa reſpectiue et mala, fit *formica corroſiua.* —

De ſterilitate i).

Cura vlcerum virgae. Vlcera virgae virilis contingunt vel *ex coitu cum iuuencula*, vel *ex coitu cum menſtruata*, vel *ex retentione vrinae et ſpermatis.*

— Item *in ſupercalefactione virgae* fomentetur virga cum lacte caprino et alio tepido, et ſuperponatur. —

Sed *ſi quis vult membrum ab omni corruptione ſeruare, cum recedit a muliere, quam habet ſuſpectam de immunditie, lauet* illud cum aqua frigida cum aceto mixta, vel de vrina propria *interius* vel *exterius intra praeputium.* — In illo vino madefiat pannus lineus vetus, et ſuperponatur loco aegro: *Vulnus* enim *deſiccat, et cancrum interficit et vlcerat.* Sed *ſi ibi non ſit, niſi excoriatio ſola*, tunc pannus lineus vetus in aqua roſarum calida intingatur et ſuperponatur — puluis olibani cum agrippa ſuperponatur, quia *conſolidat vulnera in virga, habita ex coitu cum virgine.*

Sed *ſi ſit pruritus in virga* — *ſi virga tendatur ex groſſa ventoſitate.* — *Si virga induretur vel teſticulus vnus, vel ambo.* —

Virga aliquando *apoſtematur ex humoribus calidis*, et tunc eſt pruritus et ardor, aliquando *ex humoribus frigidis*, et tunc eſt laxitas et grauitas. —

Et eſt notandum, quod *in paſſionibus virgae vel teſticulorum peplo vel benda ſuppoſita conuenit, ne ſuſpenſio noceat faciendo currere materiam ad locum.*

— *Matrix* vulneratur et *vlceratur* — vel *ex humore acuto*, *vel coitu cum aliquo, habente virgam nimis magnam.*

— *Signa* ſunt, quando matrix aperitur, et per humiditatem emiſſam. Si illud, quod egreditur, eſt album groſſum, bonum eſt: Si ſit multum foeens virulentum, malum eſt. — Et ſi emittatur *ſanies alba*, fiat cliſtere mundificatiuum cum aqua ordei et aqua mellis, et decocto ireos. Et hoc eſt *in vlcere ſordido.*

— Et *ſi* forte *ſit ibi aliqua ſordicies vel virulentia*, adde parum floris aeris. —

De morphea k).

Morphea eſt defoedatio cutis maculoſa, cutem exaſperans. — Et dicitur morphea, quaſi morbus cutis, quia morphea eſt in cute, ſicut lepra in carne. —

XXI.

VALESCVS DE THARANTA l).

De emorroydibus et de paſſionibus ani m).

— *Emorroydes* ſunt in triplici differentia ſecundum formam earum. Nam quaedam ſunt *verrucales*, et iſtae magis fiunt a melancolia, et ſunt ſimiles verrucis paruis in duritie, et ſunt peiores omnibus ſecundum AVICENNAM.

Aliae dicuntur *vuales*, et ſunt latae et rotundae ad modum vnius botri vel vuae, et ſunt ad purpureum colorem tendentes.

Tertia ſpecies vocatur *moralis*, ita, quod emorroydes ſunt ſimiles mororum. — Item aliquando, licet raro, fiunt a flegmate, — et ſunt, ſicut veſicae, quae recipiuntur in ventribus piſcium.

De ragadiis n).

Ragadiae ſunt quaedam aperturae ſeu fiſſurae aliqualiter oblongae, ſine tumore, quales ſolent fieri in labiis mulierum, cum boreas ſufflat, vel in pedibus diſcalceatorum. Vnde *ragadiae ani* interdum *ſanguinem*

f) Ib. fol. 43. b.

ff) Tract. VI. Doctr. II. c. 7. fol. 68. b.

g) *Roſa anglica practica medicine a capite ad pedes.* — In fine leg. *Emēdatūp Magiſtrū Nicolau3 ſcyllaciū ſiculū meſſanu3 artiu3 doctorē in florentiſſimo papiēſi gīnaſio phie extraordinariā legente3. Papie 1492. die 24. Ianuarii. Ioāne ſantonius birretā īpreſſioni tradidit.* (fol.) Haec quidem genuina eſt editio, quam ſecuti ſumus, altera vero paullo liberius immutata et puriori ſcilicet ſermone induta, hinc minus probanda. v. *Ioannis Anglici Praxis medica, Roſa Anglica dicta, quatuor libris diſtincta; De Morbis particularib. de Febribus, de Chirurgia, & Pharmacopoeia, emendatior et in meliorem redacta ordinem, recens edita opera ac ſtudio clar. V. Doct. Philippi Schopfſii — Auguſtae Vindelic. typis Michael. Mangeti M. D. XCV.* 4. P. I. *II.* Fuit vero more ſeculi clericus, Profeſſor Collegii *Mertonenſis*, et aulae medicus, fere *totus empiricus*, maxime clarus circa a. 1305. de quo vid. Freind Hiſt. Stud p. 94. ſqq. Sed hanc *roſam fatuam* appellauit *Guido de Cauliaco*, ed. Ven. p. 2. neque male. Cf. *Eloy* Diction. p. 287. T. II.

h) Lib. II. c. 1. fol. 29. b.

i) Ib. c. 17. fol. 107. a.

k) Ib. c. 18. fol. 108. a.

l) *Practica valeſci de Tharāta que alias philonium dicitur: vna cū domini Ioannis de tornamira introductorio.* — *Feliciter finit Impēſiſq; nō mediocrib⁹ et cura ſollertiſſimi Petri liechtēſteyn colonienſis agrippine colonie: nec nō emendatione diligentiſſima eſt Impreſſu3 anno. ſalutis. M. CCCCC. II. duodecima kal. Martii Venetiis.* (fol.) Altera editio, quam etiam ad manum habeo, eſt inde repetita. v. *Practica valeſci de tharāta: que alias philoniu3 dicitur. vna cum domini Ioannis de tornamira introducttorio. — Impreſſum lugduni per ſedulum virum Iacobum myt. Anno a virginis ptu.* M. CCCCCXVI. *die vero XI. mēſis Auguſti.* (*in* 4.) Tertia pro lubitu mutata et abbreuiata ita inſcribitur: *Philonium Pharmaceuticum, et Chirurgicum. De medendis omnibus, cum internis tum externis humani corporis affectibus: a Valeſco de Taranta, medico artis operibus clariſſimo, ante CXXC. annos concinnatum, nunc vero poſt Guidonis Deſideri editionem, locis infinitis emendatum, varie auctum, notisque illuſtratum, opera et ſtudio Ioannis Hartmanni Beyeri — Francof. ex off. Romani Beati M. D. XCIX.* 4. Inchoatus eſt liber (v. praefat.) *poſt practicam vſuadem 36. annorum a.* 1418. auctor vero clariſſimus Monſpel. profeſſor inde ab anno 1382. *Guidoni de Cauliaco* par meritorum copia, et vel poſt ſecula propter obſeruationum variarum praeſtantiam et raritatem lectu digniſſimus ſcriptor.

m) L. IIII. c. 31. fol. 117. b.

n) Ib. c. 33. fol. 118. b.

nem *emittunt* in parua quantitate propter pellis illius loci ſubtilitatem. Et *aliquando ſunt vlceroſae propter ſordes ibi fluentes.* *Cauſae ragadiarum* fiunt — *propter apoſtema in illis locis.* —

De fico condilomatis o).

Ficus in ano eſt quaedam excreſcentia, generata circa pudendum circulum, cuius forma eſt ſtricta in pede, et lata ſuperius ad modum ficus, et exterius eſt rubeus. *Condilomata* ſunt aliqualiter longae et in cuſpide magis acutae. *Atrices* ſunt quaedam tuberoſitates, praecipue circa anum, quae aliquando recedunt, et per tempus reuertuntur, ſaltem in principio. Iſtarum autem trium paſſionum *ficus* eſt *deterior*, quia multa materia eſt in eius cauſa, et *frequentius puſtulatur et vlceratur.* —

De vlceribus et puſtulis virgae p).

Vlcera et *puſtulae* fiunt *in virga*, quae aliquando ratione malae curae et durationis *fiunt cancroſae in tantum, quod aliquando perditur virga vel pars eius, aliquando fiunt extra in pelle, aliquando vtplurimum intra.* *Cauſae* poſſunt eſſe primitiuae — vt eſt *vulnus* vel *attritio*, et *coitus cum fetida, vel immunda, vel cancroſa muliere.* Alia cauſa primitiua poteſt eſſe *materia ſpermatica vel corrupta retenta inter caput virgae et praeputium, vel mali humores ibidem retenti, qui ibi retenti et non euacuati corrumpunt locum, quem tangunt et vlcerant.* — Iudicia in doloribus virgae. Primo dicit Avicenna, quod vlcera, quae fiunt *in teſticulis* et *virga*, et *in ano*, ſunt mala et ambulatiua, atque leuiter venit putrefactio, propterea, quia ſunt in loco abſcondito, et illa loca declinantia ſunt ad caliditatem et humiditatem, et ſunt prope meatus, per quos currunt ſuperfluitates, quae fiunt mordificatiuae, et impediunt curam, et ſunt ſimilia illis, quae fiunt in viſcetibus et in ore. Secundo, ibidem deteriora vlcera virgae ſunt illa, quae fiunt in lacerto, quae eſt in radice virgae et in ano, et ideo, quia indigent exſiccatione forti. Tertio aliquando eſt neceſſarium *abſcindere virgam*, praecipue *quando vlcera ſunt ſupra ipſam putrefacta.*

Vidi aliquos mori, quia tarde ad bonum peruenerunt medicum. *Virga* enim *erat circumdata toto vlcere cancroſo cum duritie, et erat rotunda, ſicut vnus napus, et homo erat iam diſcoloratus et ſemimortuus.*

Impeditur enim cura talium vlcerum, quia ſe non cito medicis ſapientibus oſtendunt. *Curatio vlcerum et puſtularum virgae et matricis.* Et ponantur primo aliqui canones generales. Primus eſt — vlceribus veretri et vuluae ſiccior competit medicina, vnde multotiens ea curaui cum cinere bombacinarum cartarum. — Secundus canon generalis eſt — *vlcera*, quae ſunt *ſupra caput virgae*, rebus magis deſiccatiuis, quam illa, quae ſunt *ſupra praeputium*, indigent, quoniam caput virgae eſt vehementioris ſiccitatis et complexionis. Tertius, vlcera virgae indigent medicina ſicciori, quam alia membra. — Quartus, nullo mollificatiuo medicamine indigent iſtorum membrorum *vlcerationes*, niſi aliquando *ad pellis praeputii reuerſionem* intenderemus. Quintus, in principio mundificetur locus et infrigidetur. — Et femoralia continuo mutentur, et ſint munda et alba. *Si* autem *vlcera amplius fuerint profundata et a principio non bene mundata, nec curata,* tunc poſt lauatoria ſupra dicta puluis de aloe eſt ſuperponendus vel plumbum vſtum. —

Ego autem expertus ſum raſuram fuliginis nigrae, quae reperitur in orificio furni a parte exteriori et in ſuperiori cum perfecta lotione et mundificatione cum petiis panni blaſiti et frequenti mutatione.

Sed ponamus, *quod pellis praeputii non poſſit inuerſari, et vlcerationes remaneant in capite virgae, et ſine apparitione propter praeputii inflationem,* — mundificatiua debent intromitti cum traiectorio.

Et ego vſus ſui iſto lauatorio. ℞ Vini albi boni non corrupti ℔ij. Aluminis arſi ʒij. et ß. Virid. aeris ʒj. et ß. Iſta pulueriza, mittantur in vino, et cum tali vino ſiringetur frequenter, *et curabit vlcerationem, et detumeſcet praeputium, donec per ſe reuerſetur*, et faciet ſecurum vnguentum, quod ponit Avicenna. — Iſta valent, *quando vlcera ſunt in interioribus et in exterioribus.* — *Si* autem *corruptio in tantum fuerit augmentata, quod locus appareat niger, et corruptus, et mortificatus. et feteus,* — debemus intendere ad remotionem totius denigrati et corrupti, quia amplius forma ſanitatis in eo non poteſt introduci, et hoc poteſt fieri ſuper incidendo cum ferro ignito, vel cum vngula, vel cum aliqua cauſtica medicina. Et ſi hoc non fieret, totum membrum corrumperetur, et marcidum fieret, et forte totum corpus periret, et locus non corruptus defendatur a corruptione. — *Si* autem *ab vlcere vel loco excoriato ſanguis fluxerit inordinate*, reſtringatur — et *ſi aliquid de corrupta carne remanſerit*, remoueatur cum puluere affrodillorum — deinde incarnetur et citratrizetur. — *Si vlcus fuerit intra ſubſtantiam virgae in meatibus eius*, curetur, ſicut vlcus veſicae, praecipue cum ſiringa, quae non multum intus penetret etc. —

— Dicimus *quod iuuenibus frequentius vlcera virgae accidunt*, primo, *quia aliquando coeunt cum femina, habente vlcus in matrice, cum ſua contagioſitate inficiunt virgam, et in ea facit vlcus.* Et quia humores iuuenibus calidiores et acutiores ſunt, ideo magis parati, et virga ſenum non eſt ſic parata ſuſcipere corruptionem. —

De apoſtemate in matrice q),

In matrice fiunt *apoſtemata* aliquando calida. — *Cauſae* nominantur — *multitudo coitus.* —

De vlceribus matricis r)

Vlcera fiunt *in matrice*, ſicut fiunt in multis aliis locis. Similiter et *ragadiae* fiunt ab eisdem cauſis. — *Cauſae* antecedentes poſſunt eſſe *apoſtemata*, quando non bene mundificantur vel non bene gubernantur. Similiter multitudo humorum calidorum et acutorum in corpore exiſtentium. — Cauſae coniunctae ſunt *putrefactio* et *corruptio ſubſtantiae matricis*, ad quam ſequitur *corroſio* et *vlceratio.* —

De formica s).

— Ex quibus patet, quod tres ſunt ſpecies *formicae.* Et prima, quae fit a colera rubra ſimplici, et iſta vocatur *formica* ſiue *forſa* — et iſta ſolum eſt in cute. Et ſi colera eſt ſubtilis et acuta, fit ſecunda ſpecies *formicae*, qui vocatur *manducatiua*, et iſta corrodit et perforat carnem, et iſta obambulat cutem, et dilatat ſe, et cauſat pruriginem et ardorem cum calore, et cito vulnerat. Si autem colera ſit inter ſubtilem et groſſam, nec multum ſit acuta, tunc generatur tertia ſpecies formicae, quae vocatur *formica miliaris*, cuius ſignatio eſt, quia habet puſtulas vel eleuationes in cute ad modum et quantitatem milii. — *Formica* ergo *eſt aggregatio multorum bothorum ſiue paruarum exiturarum in ſuperficie cutis colericarum cum pruritu et ardore, punctura, aliquando cum vlceratione et corroſione, et virulentia.* Et iſta eſt leuior, et citae curae. —

XXII.

o) Ib. c. 37. fol. 119. a.
p) L. VI. 6. fol. 156. a.
q) L. VI. 17. fol. 165. b.
r) Ib. c. 18. fol. 166. b.
s) L. VII. 21. fol. 193. b.

Aphrodiſiac. H

XXII.

GVILIELMVS VARIGNANA *t*).

De apoſtematibus virgae et vlceribus eius u).

Cum *in virga apoſtemata* fiunt, liniantur cum aloe et vino, et multum eis confert. *Si* autem *vlcera ſint in virga* et *pectine*, *et maxime*, *ſi ſerpunt* flos ſalicis eſt maxime congruus. — Ad eadem *vlcera* — maxime cum *ſint plena ſorditie et humiditate*, multum teratur anethum, et ſuperponatur. — Super *vlcera* quoque *virgae* cinis cucurbitae ſiccae ſuperpuluerizetur. Nam ea mundificat et perfecte conſolidat — Galenvs — praelaudat maxime pompholicem *in* omnibus *vlceribus* mali humoris et *cancroſis*, etiam *quae ſiunt in virga vel ano*. — Si vero *vlcera ſint in meatu virgae*, tunc mumia imponatur. —

De vlceribus et rhagadiis ani x).

— Ad *rhagadias ani* confert cerotum de radicibus cardorum. — *Dolorem* etiam *rhagadiarum* tollit ſemem agni caſti, quando in aqua coquitur et ſuperemplaſtratur. — *Verrucas* autem thymus ſuperpoſitus delet. — Quaedam domina patiebatur *excoriationem ani circa orificium propter abuſum veneris, cum dolore et punctura*, et medicus quidam praecepit, vt primo lauaretur anus aqua calida, deinde inungeretur oleum roſarum, poſt ſuperponeretur pomum decoctum in aqua, et bene contuſum, mixtum cum oleo roſarum, et hoc facto liberata eſt.

XXIII.

MAGNINVS *y*).

De membris generatiuis z).

— Et interdum *ex ſpermatis detenti corruptione* non ſolum *ſeminaria vaſa*, ſed etiam *totum corpus corrumpitur. Sperma* enim *corruptum* in toto corpore ſe habet *ad modum veneni*. Vnde, ſicut parum veneni ſufficit corrumpere totum corpus, ita et ſpermatis corrupti aliquantulum ſufficit corrumpere totum corpus.

Vſus ergo moderatus coitus eſt vnum ex his, quae confortant membra generationis. —

De coitu a).

— Vnde periculum eſt, ſi per coitum non expellatur, quod putrefiat (ſperma), et ad aliquod ſimile veneno conuertetur, et *cauſabit peſſimas aegritudines*, et tandem *mortem* — cum talis materia eſt fermentata in vaſis ſeminariis. —

— Amplius diligenter eſt notandum, quod in coitu ſunt figurae inconuenientes, et contra legem, et contra mores, ex quibus corpora poſſunt incidere in maximum nocumentum, ſicut *ſi aſcendat mulier ſupra virum*, mala eſt figura: *Ex ea* enim *timetur inflatio et vlceratio virgae et veſicae* propter laborem eiectionis ſpermatis. —

De paratis cadere in aegritudinem b).

— *Foetor vrinae* magnam putrefactionem ſanguinis ſignificat et febres futuras. — *Vrinae ardor* diu perſeuerans *veſicam et virgum puſtulis hereditabit*. —

XXIV.

GALEATIVS DE SANCTA SOPHIA *c*).

De haemorrhoidibus et fiſtulis, et rhagadiis, quae in ano fiunt.

Secundo notandum, quod *haemorrhoides* ſunt trium ſpecierum vt plurimum ſ. *morales*, ad ſimilitudinem mori, et fiunt ex ſanguine Aliae dicuntur *verrucales*, ad ſimilitudinem verrucae, et generantur ex humore magis melancholico, quam aliae, immo aliquando ex pura melancholia. Aliae dicuntur *vuales*, ad ſimilitudinem grani vuae, ita rotundae et coloris purpurei. Et generantur ex ſanguine minus melancholico, quam verrucales. Et deteriores ſunt verrucales, deinde vuales, deinde morales. —

Sed nota, quod *ragadiae* dicuntur eſſe ſciſſurae, factae in ano, quae inducunt quandoque magnum dolorem. Et iſtae fieri poſſunt a multiplici cauſſa, — quandoque a multis aliis cauſſis extrinſecis. —

CAP. 84.

De ragadiis ſeu ſciſſuris vuluae aut matricis.

Circa capitulum de ragadiis eſt primo notandum, quod *ragadiae matricis* accidant quandoque in parte intrinſeca, quandoque in parte extrinſeca. Et huiusmodi ragadiae — ſunt ſciſſurae ſiue ſolutiones continui factae in matrice, vel in collo matricis et in parte ſequenti.

Secundo notandum, quod huiuſmodi ragadiae dupliciter fieri poſſunt, vno modo a cauſa primitiua, alio modo a cauſa corporea, — cauſantur — aliquando *a coitu ſuperfluo*. — Si vero ragadiae fierent propter coitum ſuperfluum et confricationem illam, tunc dimittatur coitus omnino, et fiat euacuatio, ſi eſt neceſſaria, et poſtea fiat conſolidatio. —

XXV.

LEONARDVS BERTAPALIA *d*).

De formica e).

Formica dicitur eſſe puſtula parua genita de colera aduſta denominata ſic tali nomine per formam coloris citrini et per quantitatem paruitatis, et per punctiones illius animalis. Apparet in colore citrinae formicae et paruitate illius animalis, et punctione formicae.

Species formicae ponuntur eſſe *tres*, ſ. *ambulatiua*, *corroſiua* et *miliaris*. — Sed dicitur *formica miliaris* per ſimilitudinem et formam grani milii. Nam dato, quod Avicenna intelligat de alia ſpecie formi-

t) *Guilielmi Varignanae — ad omnium interiorum et exteriorum partium morbos remediorum praeſidia et ratio vtendi eis pro circumſtantiarum ratione. — Baſil. per Henr. Petrum.* ſ. a. in 12. Totus fere conſtat formulis medicamentorum. Vixit ſub principio ſeculi XIV.

u) De Curand. Morb. L. XVII. 4. p. 280.

x) L. XVIII. 4. p 296. ſeq.

y) *Regimen Sanitatis Magnini mediolanenſis medici famoſiſſimi attrebatenſi epiſcopo directum. — Impreſſum Lugduni per Iacobum Myt.* 1517. 4. Prior editio Argent. 1503. 4. finit *cum peſſariis.* Cetera deſunt. Hunc e medicis ſeculi XIII. fuiſſe ſtatuit Cl. *Eloy* (Diction. p. 131. T. III.) ſed male; Seriorem aetatem refert.

z) P. II. c. 6. fol. 16. a.

a) P. III. c. 5. fol. 26. b.

b) P. IIII. c. 1. *fol.* 56. b.

c) Cap. 80. fol. 70. b. et fol. 76. a. *Opus medicinae practicae ſaluberrimum, antehac nuſquam impreſſum, Galeatii de ſancta Sophia in nonū tractatum libri Rhaſis ad Regem Almanſorem, de curatione morborum particularium, huic ſeculo accomodatiſſimum. — Quae omnia perrara, paucisq; viſa, & iam ferme obliterata, reſtituit, correxit, & publicauit* Georgius Kraut, *Artium & Medicinae Doctor. Haganoae ex praelo literario* Valentini Kobian *Anno nati Saluatoris.* M. D. XXXIII. f. Vixit ad finem ſeculi XIIII. ſed ſi fides ſua conſtat Cl. *Eloy* (Diction. p. 299. T. IIII.) demum a. 1490. doctoris honores conſecutus eſt.

d) *Cyrurgia Guidonis de cauliaco* — Venet. 1498. f. Extat etiam in *Script. Chirurg. Vett.* Ven. 1546. f. Inſcribuntur vero *Recollecte habite ſup quarto Auicene ab egregio et ſingulari doctore Magiſtro Leonardo Bertapalia* — fol. 233. ſeq. Vixit vero et ſcripſit ad a. 1404. diem obiit a. 1490. medicus haud ſpernendus, chirurgus praeſtans et audax, cauſticorum et cauteriorum amantiſſimus.

e) Ib. c. 3. *fol.* 234. a.

formicae, nunquam ſunt viſae per me, niſi tres ſpecies, et ſi ab aliis ſunt viſae, ad has tres ſunt reducibiles. — Sed ſi *formica miliaris tranſeat in corroſiuam*, inſtanter erit cum maximis doloribus, et vtplurimum corrodit ſuperficiem cutis ſemper ambulando, quia ambulatio non eſt aliud, quam ipſius multiplicatio de loco ad locum cum ſanatione alicuius loci et alterius cutis corroſione.

Secundum quod apparuit mihi in Alexandria in vno nobili viro Veneto, qui paſſus fuerat in crure formicam corroſiuam miliarem per quatuor annos. —

De moro f).

— *Morus* eſt *apoſtema molle ex carne addita*, ſimilis morae celſi arboris in figura et in colore, vel ſimilis morae rubi, nunc in albedinem, nunc in rubedinem, nunc in nigredinem, et hoc eſt propter diuerſitatem humorum, oriens vbique locorum, ſed vt plurimum *circa orificium ani* et *vuluae*, et *in locis raris*. Quadoque ſine violentia optime ſanatur cum medicina reſolutiua, ſed hoc contingit raro, et quandoque *curatur cum medicina cauſtica*, ſecundum plurimum. Et quandoque *canceratur, et fit doloroſus*, *et continue magnificatur in tantum*, quod aeger cum circumſtantibus admirantur, et habet motum pampilionis in loco, et *quandoque contingit cum maxima emoroſagia*, *ſi erit vlceroſus*. —

XXVI.

IOANNES DE CONCOREGIO *ff*).

De ragadiis, pruritu et dolore in matrice g).

Vlcera, *ragadiae*, *pruritus*, *dolor*, aliquando accidunt *in matrice*. *Cauſa exterior* eſt — *groſſities virgae*. — Si *ab intra*, aut eſt *propter rupturam apoſtematum*, aut *propter humores acutos* et *corroſiones*. — *Signa Si* illud, quod exit, eſt *ſanioſum*, tunc eſt *ruptura apoſtematis* aut *puſtulae*, matrix minus ſicca. Et ſi eſt *virulentum fetidum*, tunc eſt *corroſio*. Et ſi eſt, ſicut *lotura carnis*, tunc eſt *putredo*. Si ex *humoribus calidis*, eſt ibi *punctura* etc. *Cura* eſt, vt purgetur — mitigetur dolor — et iſtis tepidis iniiciantur in matricem. — mundificetur matrix cum decoctione abſynthii. — Et vbi eſt multa humiditas, mundificetur cum vnguento apoſtolorum aut viridi diſſolutis in aqua decoctionis fumiterrae — aut ſuperliniatio, *ſi ſit in collo*. — *Ragadiae* autem *ſiccae* fomentetur — vngatur cum vnguento de ceruſa — remoto pruritu, abluatur ſaepe locus cum vino calido rubeo. — *Cura* vero *cancri matricis*, *ſuccedentis ad apoſtema vel vlcus*, cuius *ſigna* ſunt, quia cum naſcitur, eſt in modum ciceris, et venae circumſtantes ſunt nigrae cum duritie, calore et pulſatione, vſque quo vlceratur. Et ſi vlceratur, manat ab eo virus viride vel nigrum, fetens, cum labiis duris infiltratis. Et tunc non curatur, ſed blanditur. Purgetur ergo — cliſterizetur cum aqua decoctionis camphorae. —

De paſſionibus ani h).

Paſſiones ani ſunt multae, ſ. *emorroydes*, *actrices*, *ragadiae* et cetera. — Vnde *emorroydes verrucales* ſunt *cum quibusdam excreſcentiis*, *cauſatis a materia melancolica*. Aliae ſunt *morales*, et aliae ſunt *vuales*. — Si a calidis (humoribus) eſt, punctura et mordicatio circa anum, et ſequitur etiam diſcoloratio faciei. —

De ragadiis ani i).

Ragadiae ani ſunt ſciſſurae doloroſae ſine tumore, et in hoc differunt ab emorroydibus. *Cauſae* ſunt — aut apoſtema calidum, aut fluxus acutus vlcerans inteſtina. — *Signa* ſunt dolor et ardor loci cum ſciſſuris manifeſtis aliquibus, aliquando emanat venenum nigrum rubeum, aut viride fetens, aliquando cum febre, et aliquando non. — *Vbi* vero *ſint ſanioſae valde*, vtatur corroſiuo, — deinde conſolidetur. —

Actrices ſunt quaedam excreſcentiae circa anum molles rugatae. *Ficus* ſunt excreſcentiae ad modum ficus, habentes pedem, ſub quem ſuſtentantur, vt ficus. —

De apoſtematibus teſticulorum k).

Apoſtemantur quandoque *teſticuli*, et *inflantur*. Similiter *et virga*. *In teſticulis* accidit communiter ex materia calida, *in virga* fit ex vapore calido aut frigido inflante.

Fit etiam aliquando ex materia molli flegmatica, collecta in modum apoſtematis frigidi. — *Signa inflationis virgae ex vapore calido* ſunt inflatio cum caliditate pauca, tendente, cauſa febris, aliquando vrina ſubtilis ruffa. Et ſi locus albeſcit vel luceat, fit ex ventoſitate groſſa. Si manifeſte rubeat, fit a vapore calido. *Signa apoſtematis frigidi virgae* ſunt mollities, loci albedo, priuatio doloris, vrina alba ſpiſſa, vt vrina puerorum. — *Cura inflationis virgae ex vapore calido* eſt, vt ventoſetur in natibus, vngatur locus cum oleo roſato, deinde embrocetur cum decoctione romanae camomillae — *l*).

XXVII.

GASCOIGNE *m*).

Noui enim ego Magiſter Thomas Gascoigne, licet indignus, Sacrae Theologiae Doctor, qui haec ſcripſi et collegi, diuerſos *viros*, *qui mortui fuerunt ex putrefactione membrorum ſuorum genitalium et corporis ſui*, *quae corruptio et putrefactio cauſata fuit*, vt ipſi dixerunt, *per exercitium copulae carnalis cum mulieribus*. Magnus enim Dux in Anglia, ſcilicet Ioannes de Gaunt, mortuus eſt *ex tali putrefactione membrorum genitalium et corporis ſui*, *cauſata per frequentationem mulierum*. *Magnus* enim *fornicator fuit*, vt in toto regno Angliae diuulgabantur, et ante mortem ſuam iacens ſic infirmus

H 2 in

f) Ib. c. 16. fol. 240. a.

ff) *Practica noua medicine Ioannis de concoregio Mediolanenſis: Lucidariū et flos florum medicine nuncupata. Summula eiuſdem de curis febrium ſed'm hodiernuʒ modum et vſum cōpillata: nouiſſime recognite infinitiſq; erroribus caſtigate. — Venet. impreſſa Mandato et ſumptibus heredū nobilis. q. Dn̄i Octaviani Scoti Modoetiēſis et Socior. 19. Februarii.* 1515. *feliciter* (f.) Fuit vero liber (v. praef.) *inchoatus poſt annum XXXXIIII. lecturae, et completus a. M. CCCC. XXXVIII. in preclaro ſtudio Papienſi.* Vtrum vero auctor, natu Mediolanenſis, et clariſſimus ſuo aeuo profeſſor, eodem anno mortuus ſit, vt *Eloy* (Diction. p. 695. T. I.) affirmat, non ſatis liquet.

g) Lucidar. Tract. IV. c. 5. fol. 64. a.

h) Ib. c. 8. fol. 65. a.

i) Ib. c. 9. fol. 65. b.

k) Ib. c. 13. fol. 66. b.

l) Similiter Cermisonvs circa a. 1413. v. *Conſilia Cermiſonis. Conſilia Gentilis, Recepte gentilis de febribus. Tractatulus de balneis gentilis. Tractatus de tyriaca Franciſci Caballi, Venet.* ſ. a. in fol.) exhibet conſil. 8. fol. 32. a. *contra ardorem virgae cum vlcere et ardore, et dolore intenſo calami virgae et colli veſicae*, Conſil. 9. fol. 32. b. *contra ardorem vrinae ad intra, et forte cum aliquali excoriatione virgae et colli veſicae*, ſed praeter formulas medicamentorum nihil habet dictu et memoratu dignum.

m) *Vid.* Becket Philoſ. Tranſact. Vol. XXXI. p. 47. ſ. et repetit. apud Cl. Hensler l. c. p. 313. Legitur etiam in verſ. germ. Leskii Th. II. S. 294. ſeq. et ap. Astruc. Morb. Vener. p. 34. Dux vero mortuus eſt a. 1399. et Richardvs rem Gascoignio narrauit ſub principio ſeculi XV.

in lecto, eandem putrefactionem Regi Angliae, Ricardo ſecundo, oſtendit, cum idem rex eundem Ducem in ſua infirmitate viſitauit, et dixit mihi, qui iſta nouit, vnus fidelis ſacrae theologiae baccalaureus. Willvs etiam, longe vir maturae aetatis et de ciuitate Londonii, *mortuus eſt ex tali putrefactione membrorum ſuorum genitalium et corporis ſui, cauſata per copulam carnalem cum mulieribus*, vt ipſemet pluries confeſſus eſt ante mortem ſuam, cum manu ſua propria eleemoſynas diſtribuit, vt ego noui. A. Dni 1430.

XXVIII.

BECKET *n*).

— Now ſtewhoeder to keep any woman, that hath *the perilous infirmity of burning*. (a CIↃCLXII.) — I find, that in the cuſtody of the Biſhop of Wincheſter was a Book, written upon Vellum, the title of which runs thus: „Here begynne the ordinances, Rules and Cuſtumes, as wel *for the Salvation of Mannes Lif*, as for to aſchewe many Myſchiefs and Inconvenients, that dayly be lik there for to fall owte, *to be rightfully kept, and due Executions of them to be don unto any Perſon wythin the ſame.*"

One of the articles begins thus. *De his, qui cuſtodiunt mulieres habentes nephandam infirmitatem.* It goes an: *That no Stewholder keep noo, Woman wythin his Hous, that hath any Sykneſſe of Brenning, but that she be putte out upon the peyne of make it a fyne unto the Lord, of a hundred Shylyngs.* This is taken from the original Manuſcript, which was preſervd in the Biſhop's court, ſuppoſ, d to be written about the year 1430. From theſe orders we may *obſerve the Frequency of the Diſtemper at that Time*, which *with other Inconvenients*, was *dayly lik there for to fall owte*, and the greatneſs of the Penalty, as the Value of Money then was, that is laid on it, proves, it was no trifling or inſignificant thing. —

XXIX.

VILLON *o*).

En ſublimé, dangereux à toucher
Et au nombril d'une couleuvre vive.
En *ſang*, qu'on meſt en poylettes ſecher
Chez ſes barbiers, quant pleine lune arrive,
Dont l'ung eſt noir, l'autre plus vert, que cive;

En *chancres* et *fics* et en ces *ords cuveaux*,
Ou nourrices *eſſangent* leurs drappeaulx;
En *petits baings* de filles amoureuſes
(Qui ne m'entend, n'a ſuivy les *bordeaulx*)
Soient frittes ces langues venimeuſes.

Quant *p*) de Meſſieurs les Auditeurs,
Leur grange ils auront lambriſſeé,
Et ceulx, qui ont les *culs rogneux*,
Chaſcum une chaize perſée,
Mais que à la petite Macée
D' Orleans, qui eut ma ceincrure,
L'amende ſoit bien *hault taxée*;
Car elle eſt *très mauvaiſe Ordure*. —

Vente, *q*) gresle, gelle, j'ay mon pain cuict;
Je ſuis *paillard*, la *paillarde* me duit:
L'ung vault l'autre, c'eſt à mau-chat mau-rat
Ordure avons, et *Ordure* nous ſuyt
Nous deffuyons honneur, et il nous fuyt
En ce *bordel*, où tenons noſtre état.

XXX.

CENT NOVELLES *r*).

Aduint toutes fois, ou que Dieu le permiſt, ou que fortune le voulut et commanda, enuieuſe et mal contente de la proſperité de cette belle fille, de ſes parens ou de tous deux enſemble, ou eſpoir de une ſecrete cauſe, dont je laiſſe l' inquiſicion aux philoſophes et medecins, qu'elle cheut en *une dangereuſe et deſplaiſante maladie*, que communement on appelle *broches s*). La doulce maiſon fut treſlargement troublée. — Les medecins virent apertement le grant meſchief, qui fort la tourmentoit. —

XXXI.

IOANNES ARCVLANVS *t*).

De ardore vrinae.

— *Cauſae* eius ſunt acuitas vrinae propter permixtionem alicuius acuti cum ea — *excoriatio ſuperficialis* aut *vlcus* in veſica aut *in meatu colli eius*, aut *virgae*. — *Cauſa* vero *excoriationis* et *vlceris* eſt — *apoſtema* aut *puſtula*, quae rumpitur.

— Sed quod ſit *ab excoriatione vel vlcere in locis praedictis* cognoſcitur per exitum ſanguinis aut ſaniei, aut vtriuſque, *cum punctione et mordicatione* in locis dictis, hoc addito, quod in membro ſuperiori non praeceſſerit ſoluta continuitas. —

XXXII.

ARGELATA *u*).

De puſtulis, *quae adueniunt virgae propter conuerſationem cum foeda muliere*, quae *albae* vel *rubeae* ſunt.

— Ex

n) V. Philoſoph. Tranſ. l. c. et verſ. germ. *Auſerleſ. Abhandl. prakt. u. chir. Inhalts aus den philoſoph. Tranſact. — überſ. v.* Leské, *Th. I. S.* 333. ſeq. et Hensler l. c. p. 319. Strenue vero defendit Becketvs luis venereae antiquitates, ideoqne in medium adfert veteres principum ordinationes, quoad lupanaria, in quibus *nefanda infirmitas, arſura genitalium* cet. ab coitu immundo contracta, poena arbitraria multatur. Certe uomina morborum eadem a medicis Arabiſtis nominantur.

o) Oeuvres de *Francois Villon*, par *Formey* 1742. p. 140. ſ. Fuit vero poeta in rebus amatoriis longe verſatiſſimus et impudentiſſimus, de quo vid. cl. Hensler l. c. p. 323. ſeq.

p) Pag. 121.

q) Pag. 156.

r) Vid Cl. Hensler l. c. p. 326. ſ. qui hunc librum ſcriptum eſſe docet a. 1457. — 1461. et paucis hiſtoriam adfert.

s) Broches ſelon Nicot ſont les hemorrhoides. Dvchat. Broches ſont les hemorroides ou fiſtules encore plus dangereuſes, que les hemorroides. Scaligeran.

t) *Ioannis Arculani Commentaria in Nonum librum Raſis ad regem Almanſoré* — Venet. ap. haered. Iuntae a. M. D. XLII. f. Cap. 106. p. 476. Mortuus eſt circa a. 1460. ſetaceorum reſtitutor.

u) *Chirurgiae L. VI.* Venet. 1480. f. L. II. Tract. XXX. c. 3. Natus erat Bononiae, vixit ſubinitio ſeculi XV. chirurgiae laude praeſtans, et vir probus, obiiſſe dicitur a. 1420. menſe Iunio. Vid. *Eloy* Diction. g. 174. T. I.

— *Ex materia venenoſa, quae retinetur inter praeputium et pellem virgae, cauſantur* iſtae *puſtulae,* tales per hunc modum, quoniam *ex retentione* illius *materiae, quae remanet inter pellem et praeputium ex actione viri cum foeda muliere,* quae non reſpirat, putrefit. Deinde ille *locus denigratur, et mortificatur ſubſtantia virgae, quae reſtaurationem non recipit, niſi corruptione illa remota et loco abſterſo.* Hae *puſtulae* fiunt illo modo, quod inter praeputium et pellem retinetur materia, quam non poſſunt exhalare. Putrefiunt, et fiunt *puſtulae albae* vel *rubeae.* —

Vlcera virgae x) fiunt *ex apoſtemate* aut *ex inordinata fricatione,* aut *ex inordinato tactu.* — Aliqua ſunt, ſicut *puſtulae,* et aliqua, ſicut *vlcera virulenta corroſiua,* et aliqua ſunt *antiqua,* et *putrida,* et *cauernoſa.* Et aliqua ſunt *maligna.* Sic quoque *locus denigratur.* — Si modo eſſent *puſtulae,* quas iſti vocant *caroli,* ego eas conſueui remouere cum aqua viridi. — *Si* autem *vlcera ſint noua virulenta* et quodammodo *corroſiua,* tunc aloe. — *Si vlcera fuerint ad intus inter pellem et praeputium,* — *ſi antiqua, putrida et cauernoſa.* — Ego talia *vlcera penetrantia ab vno capite virgae* ad aliud curaui — et erat ille homo, habens *vlcus a capite virgae vſque ad pectinem* incluſiue, octuagenarius, et curatus eſt. Et plures habui alios ſimiles, et curati ſunt. —

Verum tamen recordor vobis, quod *antequam* iſta balnea, decocta ex vino illo ſtiptico fiant, *fiat purgatio.*

Aliter illis bubo ſuperueniret in inguine, quoniam materia, quae venit ad locum illum, retropellitur a balneo iſto, et inueniens concauitatem inguinis illic moram facit. Quare *bubo generatur, et ad exituram pluries deueniet.* Quare purgationem vtilem facias. Imperiti medici non faciunt, et *duplici modo lucrantur de virga et bubone.* Iterum iſti tales, debentes materiam reſoluere, quaerunt illam ſaniare, vt aliquid lucrentur.

Et hoc non debet fieri a diſcreto viro et magiſtro.

Ne ergo iſtae puſtulae oriantur vobis, cauti eſſe debetis. Quare poſt coitum illarum mulierum, quae foedae ſunt, debetis facere lotionem. —

De bubone y). Apoſtemata glanduloſa fiunt multis modis — vno modo, cum eſt repletio in toto — alio, cum in membro aliquo principali erant ſuperfluitates, quae virtute expulſiua *pelluntur ad illa loca emunctoria,* deputata a natura. Alio modo *poteſt fieri bubo ratione vlceris* exiſtentis in aliquo loco, vt *in pede.* —

Et ſimiliter contingit in vlceribus virgae, quae habentes non ſcientes operari in continenti confortant virgam cum ſtipticis.

Quare materiae ad iſtum locum fluere non poſſunt, in concauitate inguinis tenentur.

Quare in pluribus ex vlcere virgae ſequitur bubo. Et ex hoc ſequitur, quod, niſi fiat euacuatio vniuerſalis, non debemus opponere repercuſſiua in vlcere virgae. Ergo euacuatio ſecurat nos ab ipſo nocumento. —

Et vidi z) in vno fratre Praedicatorum, *qui habebat pellem praeputii inuerſatam.* —

In hoc loco ſaepe generatur *nodus a),* etiam *porrus,* de quo poſterius. — Si vis nodum remouere, — tunc incide pellem ſuper nodum, et extrahetur totaliter. Quare comprime digitum, quem habes ſub glandula, facta inciſione, et exibit. Ipſo vero extracto, ſue pellem. Et non negligas tamen, quin videas, ſi pellis equitet pellem, vel non. —

XXXIII.

PACIFICVS MAXIMVS b).

Ad Priapum.

Tuque meum *ſi non properas ſanare Priapum,*
Decidet, heu! non hoc nobile robur erit,
Ante meis oculis orbatus priuer, et ante
Abſciſſus foedo naſus ab ore cadat!
Non me reſpiciet, nec me volet vlla puella,
In me etiam mittet triſtia ſpata puer.
Laetior, heu! toto me non erat alter in orbe!
Si cadet hic, non me triſtior alter erit.
Me miſerum! *Sordes quas marcidus ore remittit!*
Vlcera quae foedo marcidus ore gerit!
Aſpice me miſerum, precor, o! per poma, per hortos,
Per caput hoc ſacrum per rigidamque trabem. —
Hinc ego commendo tota tibi mente, Priape,
Fac *valeat,* fac *ſit ſanus, vt ante* fuit.

XXXIV.

PETRVS MARTYR c).

P. M. A. M. Ario *Luſitano, graecas litteras ſalmanticae profitenti, valetudinario.*

In *peculiarem* te *noſtrae tempeſtatis morbum,* qui appellatione Hiſpana *bubarum* dicitur, (ab Italis *morbus gallicus,* medicorum *elephantiam* alii, alii aliter appellant) incidiſſe praecipitem, libero ad me ſcribis pede. Lugubri autem elogo calamitatem aerumnasque gemis tuas, *articulorum impedimentum, internodiorum hebetudinem, iuncturarum omnium dolores intenſos* eſſe proclamas, *vlcerum et oris foeditatem* ſuperadditam miſeranda promis eloquentia, conquereris, lamentaris, deploras. Miſereor quidem, Ari amiciſſime, tui, cuperemque te bene valere, ſed minime, quod te proſternas, ignoſco.

Angi namque nimium aduerſis aut extolli proſperis ſapienti minime licet, imo et ferendos eſſe quoscunque fortunae ictus, cohaerenter ac indefeſſo ſpiritu praedicatur, ad animique fortitudinem, omni-

x) L. I. Tract. XII. c. 1.

y) L. I. Tract. I. c. 20.

z) L. II. Tract. XXX. c. 2.

a) Ib. c. 4.

b) Clarus fuit ſeculo XV. et edidit poemata laſciua Florent. 1489. vnde hoc repetiit Sanchez (Apparit. de la malad. Vener. p. 110.) et poſt eum Cl. Hensler l. c. p. 310. ad ſtabiliendam comprobandamque gallicae luis praeſentiam ante ſolitum tempus. Sed nuperrime contra monuit Girtanner (Abhandl. von der Luſtſeuche, Götting. 1788. 8. p. 19.) eosque verſiculos, quibus res omnis continetur, in exemplo Gottingenſi deficere publice profeſſus eſt.

c) *Petri Martyris Anglerii Mediolanenſis Epiſtolae. Alcala de Henarez* 1530. *f.* Epiſt. 68. Primus hunc locum memorauit Sanchez (Examen hiſtorique ſur l' apparition de la maladie venerienne, Vlyſſip. 1774. p. 94.) deinde repetiit Hensler l. c. p. 94. Contra vero Girtanner hanc epiſtolam falſam eſſe putat, certe annum dubium, quia *morbus gallicus* demum a. 1495. appellari coepit, et profeſſio graecae linguae Salamancae a. 1508. introducta eſt, auctore Franc. Sanctio Brocensi (Opp. Genev. 1766. T. I. p. 9.) De hoc viderint alii, illa vero dubitatio, quae ab nomine morbi foedi repetitur, forte ſic dilui poſſe videtur, quod verba vncinis incluſa magis ad editorem pertineant, ſaluo epiſtolae anno. Relinquitur ergo hoc vnum, vt, vtrum morbus Hiſpanorum *bubarus* cum gallico idem fuerit, nec ne, ad liquidum perducatur. Tunc demum veritati honos, aduerſario victoria conſtabit.

omnium lenimen malorum, confugiendum cenſetur. — *Summo namque ſemper in diſcrimine iuuenilis aetas, qua viges, verſatur.* — Si ergo multo magis tibi ſit relictum, quam ſublatum, in Deum, rerum principium ac finem, tuos iactato cogitatus. Id ſi feceris, non minus te felicem eſſe intelliges, *quod nunc te Saturnus opprimat, a quo morbus iſte,* quam ſi mercurialibus volitare per aera talaribus daretur. Vale. Giennio in Nonis Aprilis 1488.

XXXV.

MAGISTER VVLGERIVS *d*).

— Et dixit angelus: Lege, quae reperis.
Qui legens reperi *de viro ſceleris,*
Qui loca circuit venator Veneris,
Auceps infamiae, piſcator muneris.
Hic vir Decanus eſt, qui viri ſpecie,
Non vir, ſed virus eſt, viroſa facie,
In viros viribus virens malitiae
Humanum mentiens humana facie. —
Abominabilis vir deo ſanguinum,
Plus mortem cupiens, quam vitam hominum,
Vnam puerperam capacem ſeminum
Mallet, quam vndecim millia virginum.
Poſt miſſam Presbyter, relinquens infulam,
In meretriculae deſcendit inſulam. —
Sic fecit Iupiter, qui juxta fabulam
Caelum deſeruit, ſequendo vitulam.
Hanc mulieribus proponit maximam,
Quod rerum decima non ſoluat animam.
Nulla ſaluabitur ad horam vltimam,
Niſi de corpore ſuo det decimam,
Vtque vulpecula, foueas foueat,
Nec cauſa Veneris infantes procreat. —

d) *Magiſtri Vulgerii Verſus in Bonifacium VIII. Papam et mores cleri*, p. 1849. ſeq. in ECCARD Corp. Hiſtoric. medii Aeui T. II. Peruetuſtum vulgiuagae Veneris monimentum, ſi verſiculi ad Pontif. *Bonifacium* VIII. eiusque ſeculum pertinent. Ille enim, teſte *Amalr. Augerio de Biterris* (Hiſt. Pontif. Rom. p. 1796. T. II. ECCARD. Hiſt.) Summus Pontifex electus eſt a. 1294.

PARS SECVNDA

SCRIPTORES
DE
MORBO GALLICO
COMPLEXA

PROOEMIVM

Abſolutis primis morborum venereorum teſtibus, reliquum eſt, vt propius ad rem ipſam accedamus. Mira eſt medicorum omnis aeui conſenſio in agnoſcendis memorandisque corporis malis, quae coitum et ni- mium, et impurum ſequuntur, ſed incredibilis in cauſſarum explicatione diſſenſio. Deſcribit quisque, quae demum cunque viderit, et vt plurimum naturae perappoſite, ſed quo quis antiquior eſt, eo magis occupa- tus in accuſanda peſſimi feminis natura, quo recentior, eo propenſior ad aſtrorum vim et quatuor humorum qualitates immutatas eſſe deprehenditur. Rident haud pauci e medicis noſtris ſenum deliramenta et ſomnia, ſi quando ſemen apud eos tam male audiiſſe cognouerint, nihil vt ſupra. Neque miror, cum nihil verum, cer- tum et ratum habeant, niſi quod nuper aliquis ex amicis dixerit vel ſcripſerit, nihil aequo animo ferant, niſi quod cum praeſumtis opinionibus conueniat.

Ego vero haec mecum reputans non poſſum non ſtare a veterum medicorum partibus, qui ſemini pluri- mum, ceteris rebus parum aut nihil ineſſe contendebant. Errant paſſim in euentorum explicatione, nomi- nantque vtriusque ſeminis miſturam, nimiam humiditatem, ſiccitatem, frigiditatem, narrant incredibilia de menſtruorum noxis, quae inde cum in viros, tum in foetus ipſos quaſi per traducem transferantur, ſed falſa facta, quibus iſtae ſumtiones ſuperſtruuntur, ideo putanda non ſunt. His fides habenda videtur, donec probetur contrarium.

Parum eſt, quod phyſiologi de huius ſeminis natura et vtilitate ſpecioſe atque probabiliter adferunt, quia ne hoc quidem ſciunt, quantum et quomodo ad procreationem hominum con- ferat. Parum eſt, quod pathologiae auctores de morboſa eius indole indeque ſecuturis aegritudinibus ſcribunt, ſed hoc quidem fabulae ſimilius eſt. Iam vero iſte liquor non poteſt non eſſe alius in alio homi- ne, ideoque et eius debet differre vis in corpore diuerſo. Multi demum in maturo homine ingruunt morbi, quos, quoniam ante pubertatem deſunt vt plurimum, non temere ſeminales dixeris, ſiue ſpectes originem, ſiue qualitatem ac quantitatem, ſiue tempus et effectum. Adoleſcunt ergo cum iuuene, augeſcunt cum viro, decreſcunt in ſene, increbreſcunt in eo, quem inſatiabile veneris deſiderium diu noctuque vrget, neque pror- ſus quieſcunt ac ſilent, ſi qui ſibi ab venere temperat, vel propter appropinquantem ſenectutem emerita noctis gaudia iactitat. Quisque lento depaſcitur igne, Tros Rutiluſue fuit, neque vſpiam ſatis tuta ſalus eſt. Gliſ- cit intus ſemen, vt virus clandeſtinum, quo membra ſingula ſenſim paulatimque inficiuntur, et, admota in- trinſecus vel extrinſecus cauſſa, illico velut ex inſidiis prorumpit nouus morbus facie incognita vel infucata, et homines incautos fallit.

Eſt ergo ſemen veluti parens plurimorum morborum, quos ab alma matre, venere, venereos licet ap- pellare, laruatos vero, vbi, quae eorum origo et natura ſit, non ſatis liquet. Hos vero late ac copioſe per- cenſere, nec locus, nec tempus permittunt, digna eſt tamen materia, in quam curatius inquirat, vt ſpes eſt, Cl. Hensler.

Vtinam medici hanc ſeminis vim ac poteſtatem ad hiſtoriam luis venereae tranſtuliſſent! Aut omnis fallor, aut dudum mehercle omnis lis eſſet compoſita. Litigant enim et acriter diſceptant inter ſe, vtra ſit prima morbi foedi origo, Italica, an Americana, et rem velut in medio relinquunt. Dicam ergo, quae ſentio, ſed magis ex coniectura et opinione, quam vt me rem omnem acu tetigiſſe credam. Sequamur hiſtoriam, fi- dam magiſtram. Saeuiit inde ab anno CIƆCCCCLXXXXII. vbique terrarum, maximeque in Italia, horrenda peſtilentia, quae febrium malignarum more ad glandulas, in primis inguinum, magnam peſſimorum humo- rum vim depoſuit, et ſic lympham omnem coinquinauit. Paullo poſt redux ex America Colvmbvs (CIƆCCCCLXXXXIII. die IIII. Martii) appulit Vlyſſipone, Seuiliam et Barcellonam, nouamque labem corporibus Hiſpanorum intulit. Neque vero haec intra patriae confinia ſubſtitit, ſed venit per Marranos expulſos eodem anno in Italiam, et ſic innouauit mutauitque priorem morbi ſpeciem, quia peſti veteri nouum Americanae luis virus ſuperacceſſit. Tunc vero haec noua peſtis propagata primum per Hiſpanos et Gallos in vniuerſa Italia eſt, deinde per reliquos milites in omni terrarum orbe.

Id quod omnes fere ſcriptores atteſtantur. Fuit ergo vulgaris ab hoc tempore foeda lues, ſed in horas mutabilis, alia ſub prima origine, vt creditur, alia, cum ſeculum iſthoc decurreret, quia ſcriptores ad potiora ſymptomata reſpicientes, variam eius faciem variumque nomen memorant, alia ſeculo inſequente, cum ſemper aliquid veteri morbo vel decederet, vel ſuperaccederet, alia denique ea, quae noſtris hominibus incommodat.

O quam multiforme vitium lues venerea eſt! Quam varia et mutabilis! Quam multiplex contagionis et recipiendae, et propagandae vis!

Hoc idem abunde perſpicies, Lector, ſi hos libros qualescunque ſine ira et partium ſtudio perlegas. Deſines mirari formam variam et multiplicem, inuenies impurum fontem, abunde ſcaturientem, id eſt, ſeminalem, vnde horrenda mala in humanum genus dimanarunt.

I.

IOANNES NAVCLERVS *a*).

Ad a. 1492. In itinere abeuntium (Iudaeorum ex Hiſpania) triginta millia *peſtis* abſumſit.

Ad a. 1501. Taceo *ſcabiem elephantiae non abſimilem, inauditam, nec etiam medicis diu cognitam, quae plaga ita inualuit ab anno* 1495. *quae nonnullos exſtinxit, pleroſque inutiles fecit, nec adhuc ceſſauit.*

II.

STEPHANVS INFESSVRA *b*).

Aliud, quod Ambaſciator regis Hiſpaniae, menſe Iunio ciɔcccclxxxxiii. propoſuit, eſt, quod ex quo praedictus rex expulerat *Marranos* de imperio ſuo, tanquam inimicos fidei Chriſtianae, quod miraretur, quod Papa (ALEXANDER VI.), qui eſſet caput dictae fidei, illos recepiſſet in vrbe. Et propterea hortatus eſt eum, vt de terris eccleſiae ſubiectis illos expelleret. —

De prima parte *Marrani c*) in maxima quantitate ſteterunt extra portam Appiam apud caput bouis, ibi tentoria tendentes, intrauerunt que in vrbem ſecreto modo, eo, quod ad cuſtodiam portarum deputati ſunt Hiſpani armigeri, et, vt creditur, etiam de illis, adeo, vt in continenti *peſtis inuaſerit vrbem, mortuique ſunt quamplurimi ex peſte et contagione dictorum Marranorum*, de quibus tota vrbs impleta eſt, et, vt videri poteſt, non ſine voluptate et permiſſu Papae. —

Die xxi. Octobris [ciɔcccclxxxxiii.] *mortuus d*) *fuit Cardinalis de Comitibus peſte.*

Lo Papa (m. April. anni ſequentis *e*) mando à dire al Ré di Francia, che non veniſſe, *perche in Roma era grande peſte*, e dubitaua dello ſtato ſuo. — Et per lo Ré gli fu riſpoſto, *che non ſi curava di peſte* perche quando lui fuſſe morto, haverebbe poſto fine alle ſue fattiche. —

III.

PETRVS DELPHINIVS *f*).

— Ceterum caute ſe habeat *in vrbe* dignatio Tua, *vbi mitigatam quidem audio peſtilentiae vim, non penitus extinctam.* In maxima trepidatione viuitur ac pauore, ne immunem per tot annos ciuitatem a contagione huiuscemodi ſiue aeris corruptione peſtilens (quod abſit) atque infelix annus excipiat. Aiunt, *circa Senas his diebus nonnullos peſte interiiſſe*, quae res maiorem terrorem incuſſit. Appropinquare cernitur paullatim hoſtis, qui male, niſi Dei auxilio, fugari ac exterminari poteſt, et quod maxime auget omnibus metum, eo tempore in armis eſt, depopulatur, vaſtat. —

Trepidantibus *g*) — omnibus prae timore et exſpectatione, quae ſuperuentura eſt a Rege Francorum. Graue bellum imminere, omnes affirmant. Lugdunum iam ſe contulit rex, exercitibus in immenſum auctis — Ad haec metuunt, ne tanta Gallorum multitudine *Italiam haud penitus morbo immunem* ingrediente — vitietur. —

IV.

IOANNES BVRCHARDVS *h*).

Die xxvi. Iulii ciɔcccclxxxxiiii. die obitus INNOCENTII VIII. felicis recordationis non eſt habita miſſa, nec die ix. Auguſti die aſſumtionis Papae ALEXANDRI ad Pontificatum, *ex cauſa peſtis in vrbe regnantis.* —

Hoc mane (a. ciɔcccclxxxxvii. *i*) fuerunt mitrati ſex ruſtici et venditores olei, et fuſtigati, ex eo, quod, recepto pretio *a quibusdam morbo gallico laborantibus, qui illorum oleo tinis impoſito et balneati ab eadem infirmitate ſe liberos euadere ſperabant*, in *his tinis oleo plenis illos balneari permiſerant*, et poſt balneum oleum in vaſis ſuis repoſuerunt, et pro bono et mundo aliis per vbem more ſolito vendiderunt.

V.

a) *Chronic.* ap. HENSLER. l. c. p. 96. Incidit eius aetas in haec tempora. Sic enim ABRAH. BVCHOLZER (Index Chronolog. Gorlic. 1589. 8. p. 500.) *Hoc tempore* (a. 1500. quo mortuus eſt) *deſiuit* CHRONICON IOANNIS NAVCLERI, *Praepoſiti Tubingenſis.* — Expulſio Iudaeorum pertinet ad a. 1492. Fuit vero (SAXII Onomaſt. T. II. p. 478.) ex nobiliſſima Sueuorum gente ortus, clariſſimus iureconſultus et hiſtoricus, primus academiae Tubingenſis (1477) rector, et Societatis literariae Rhenanae ſodalis.

b) *Diarium Vrbis Romae*, in ECCARDI Corp. Hiſt. Med. Aeui T. II. p. 2012. ſeq. Fuit vero ſenatus populique Romani ſcriba et teſtis oculatus a. 1494, vt bene Cl. HENSLERVS l. cit. p. 99. „INFESSVRA *eo ipſo tempore, quo peſtis, dein morbus gallicus dicta, primum Romae apparuit, et vidit eam, et quae vidit, litteris actutum mandauit.* MARRANOS *autem appellat pſeudochriſtianos, vt* VOLATERRANVS *vocat, quosdam quidem* MAVROS, *pleroſque Iudaeos, ab* ISABELLA *et* FERDINANDO *regibus poſt Granatam receptam expulſos. Hanc Hiſpaniae partem, quam Mauri olim tenebant, Africam appellare conſuerunt, ſubinde etiam Aethiopiam.*

c) Ib. p. 2013.

d) Ib. p. 2015.

e) Ib. p. 2016.

f) *Epiſtol. Venet.* 1524. *Lib. III. Ep.* 84. *Haec data eſt d.* 4. *Januar.* 1494. *ad Cardinal. Senenſ. poſt Pontif. Pium III.* quam SANCHEZ (Apparit. de la malad. Vener. p. 91) in medium adduxit. Fuit Generalis Camaldulenſis.

g) *Epiſt.* 92. *ſcripta die* 20. *Febr.* 1494.

h) *Diarium Curiae Romanae ſub* ALEXANDRO VI. *Papa*, in ECCARD. *Corp. Hiſt. Med. Aeui T. II.* p. 2017. ſeq. Fuit vero Argentinae natus, ALEXANDRI VI. Papae capellanus, clericus, caerimoniarum magiſter, eiusque vitae narrator, ergo teſtis luis gallicae coaeuus.

i) *Hiſtor. arcana ſ. De Vita* ALEXANDRI VI. *Papae ſ. Excerpta ex diario* BVRCHARDI *ed.* LEIBNIT. 1696. 4. p. 44. et p. 77. et ap. ECCARD. l. c. p. 2134. deſcribitur nobiliſſimum conuiuium, in quo, praeſente ALEXANDRO Pontif. cum filio et filiabus, *quinquaginta meretrices honeſtae, Cortegianae nuncupatae*, nudae choreas ducebant laſciuas.

V.

PHILIPPVS BEROALDVS *k*).

Penſitatis curioſe interſpectisque ſolerter PLINII et CORNELII CELSI verbis, facile adducor, vt credam, *videri elephantiam eſſe morbum illum, quod malum vulgo gallicum* appellant. *Nam a facie ſaepius incipit tanta foeditate, vt quaecunque mors praeferenda ſit.* Quo mirabilius quid poteſt reperiri, aliqua *gigni repente vitia, et ea quidem ignota medicis? Vix enim huic morbo ſalutares medelae inueniuntur*, vt verum illud a PLINIO perinde quaſi ab oraculo dictum ſit, medicinas morborum nouitatibus ſubinde victas eſſe. *Non fuit haec lues apud maiores patresque noſtros,* ſicut mentagra fuit morbus incognitus aeuo priſcorum, quem et lichenas appellauere. — *Hic* vero *gallicus morbus maculis lucidis et enormibus foedam faciem et corporis cutem puſtulis deformat, interdum citra dolorem* [illegible]*, ſed ſaepiiis cum cruciatu, qui articulos torquet et vitalia depopulatur, idque potiſſimum noctu adeo, vt nulla quies detur, noctesque inſomnes agantur et cum eiulatione. Lentus eſt, et lenta tabitudine corpora conſiciens, vixque vllo tempore aut medicamento ſaneſcit.* Quidam hunc morbum *non elephantiam* aſſerunt appellandum, *ſed ſpeciem pſorae et leprae* et *inter epidemiae et puſtularum genera* numerandum eſſe contendunt. Ego nihil nec refello, nec affirmo. Ceterum quocunque nomine *morbum hunc peſtiferum diuturnum* appellare libeat, libet exclamare: Dii, prohibete minas, Dii talem auertite peſtem! Valeat abeatque dira haec lues omni peſtilentia peſtilentior in barathrum et Catonium! Nos, Deo iuuante, vegeti et incolumes et a teterrimo hoc malo immunes inſtitutos commentarios peragamus. —

VI.

ALEXANDER BENEDICTVS *l*).

— Si quem autem *inguen aut carbunculus m*) ex familiaribus *tentauerit*, quae reprimant aut diſcutiant materiam, vitanda ſunt. — *Tument* tamen *inguina quandoque verendorum vlceribus, quae nullam morbi ſuſpicionem afferunt, ſi febris non eſt.* —

Oſſa corrumpi n) nouum non eſt. Sed *abſceſſus innaſci*, mirum eſt, *vt nuper vidimus, dum mulierem quandam gallico morbo interemtam reſecaremus, cauſam morbi perquirendo, oſſa ſub omentis ſuis integris tumentia et ad medullam vſque ſuppurata inuenimus.* —

Penis cutis o), qua integitur, non ſimplex eſt, neruoſae naturae, ſenſumque tactus plurimum poſſidet. *Ob eam cauſam venereo tactu nouus vel ſaltem medicis ignotus prioribus, ſiderum peſtifero adſpectu, morbus Gallicus ad nos ex occidente, dum haec ederemus, irrepſit, tanta omnium membrorum foeditate cruciatibusque, nocte praeſertim, vt lepram, alioqui inſanabilem, ſiue elephantiaſin, horrore ſuperet, non ſine vitae pernicie. Haec peſtis reliquas prouincias iam infeſtauit, quae etiam praeſanatis facile repullulat,* magna omnium medicorum ambage. Ex occidente venere empirici, qui magno quaeſtu vrbes circumierunt, id tantum profitentes. —

— In eadem parte *p*), qua corona eſt et ſedes dicta, *condylomata* innaſcuntur, tubercula quaedam, nunc dura, nunc mollia; quae ex inflammatione oriri ſolent, verum ſi vetera etiam induruere, medicamentis cauſticis interdum aduruntur. *Mariſcae* item et *rhagades anum infeſtant*, cute circumciſa. *Hos morbos laſciua luxuriae procacitas et aeſtuans libido facit*, non ſine naturae et maieſtatis diuinae iniuria et vtriusque lege calcata, vitiorum inuentrix *libido, quae, neglecta natura, diuerticula quaeritat.* Hoc eſt, genus humanum perdere. Vtinam eorum parentes eam duntaxat venerem nouiſſent! — *Vlcera* item et *fungi* ſimiliaque innaſcuntur, quae aduri ſolent. —

— Inter opportuna remedia *q*), quae inter communia auxilia numerantur, ſunt, quae ore ſaliuante pituitam euocant, magno quandoque impetu, vt *in gallico morbo, qui dum haec conſcriberemus, orbem pene crudeli tabe afflixit.* —

Gignitur ſtultitia *r*) ac furor ex omnibus in humano corpore humoribus, frequentius *ex atra bili,* deinde *flaua*, mox *ex concocto ſanguine.* Nam ſicut vniuerſum *corpus* diſtemperamento vitiatum elephantiaſi, lepra, hydrope et *nouo morbo gallico corripitur, cuius nouitate aetate noſtra vincuntur medicinae, ex humoribus damnatis*, qui per venas totas diffunduntur. —

— Calida et humida loca *s*), inquit GALENVS, de facili vitiantur et plurifariam exulcerantur, vlceraque ipſa oris diutius durare ſolent. — Sed quod *aphtha* appellatur, longe omnium periculoſiſſimum eſt, *quoniam altius inſedit, a gingiuis incipit, ad palatum et fauces vſque totum os occupat; Cito enim per eas partes diffunditur, igneae naturae inter ſerpentia vlcera dira.* Ex omnibus humoribus oritur, phlegmate — et *ex corruptis intus humoribus.*

Qui vero dentes t) *medicamentis mobiles fiunt, velutique in morbo gallico vnctis*, plurimo argento viuo iniecto, articulis et humeris inunguntur, *quoniam nonnullos tremulos et paralyticos vidimus*, reſolutis neruis atque membrorum lacertis, vna pariter *dentes labefactatione periclitarunt*, pluribus collapſi ſunt, neruulis, quibus adalligantur, veluti vinculis, diſſolutis. —

Cum vero *vua u*) ex toto a natura derelicta iacet demortua, praecidenda eſt. Clamat HIPPOCRATES: *Inflammatam vuam rubeſcentem non praecidito.* Quem GALENVS ſecutus eſt. Maior enim inflammatio ſequitur ac ſanguinis profluuium, ac vocis ſplendor vel ſermonis vſus adimitur. *Quod in morbo gallico vidimus*, vnde tuſſes pectoris, et pulmonis ac ſtomachi vitia plurima oriuntur. —

Profluuium x) *ex faucibus ex morbo gallico* efficaciter morbum leuat, quod in ALEXANDRO MARCELLO, Patricio Veneto, patefactis venarum oris, exitiale fuit.

Ex morbo gallico y) in quodam iuuene Romano ex patricia gente, cui *totam fere iecoris tunicam ambientem vidimus eroſam*, de qua nunquam viuens conqueſtus fuerat. —

Accidunt *z*) membris ipſis — tria incommoda; Aut enim nutrix virtus magna ex parte deſit, — aut plurimum corrumpitur, vt leproſis quibusdam et *morbo gallico correptis aliquibus euenit.* — *Ex mala interdum contagione id malum euenit*; ſaepe ex damnata cibi materia.

k) *Commentar. in Apuleii Aſinum aureum L. IIII. ed. Pariſ.* 1512. *f. p.* 65. Auctor eſt Cl. HENSLER l. c. p. 153. eum ſcriptum eſſe *ſub initio, certe durante adhuc* ἀκμῇ *luis*; argumento ſumto a loco et a dedicatione ad PETRVM, Archiepiſcopum Coloceuſem, qui ſub MATTHIA CORVINO et VLADISLAO floruit. Natus vero eſt hicce ſenior BEROALDVS Bononiae a. 1450. denatus a. 1505. rei medicae peritus.

l) *Omnium a vertice ad calcem morborũ ſigna, cauſae, indicationes & remediorum compoſitiones utendiq; rationes, generatim libris XXX. conſcripta. Praeterea. Aphoriſmorum lib I. De peſtilentiae cauſis preſeruatione, & auxiliorum materia lib. I. Humani corporis anatome, tractata lib. V. aut.* ALEXANDRO BENEDICTO VERONENSI — *Baſil. per* HENRIC. PETRVM M. D. XXXIX. 4. Huc eum ponendum putaui, quia quidem iam a. 1493. *l. de peſtil.* ſcripſit, ſed demum a. 1495. medici copiarum Venetarum munere functus eſt. Dubium ergo relinquitur, quando, quae ibidem de morbo gallico memorantur, annotata et inſerta ſint. De cetero dignus eſt laudibus, quibus eum poſt alios cl. HENSLER l. c. p. 90. ſeq. largiter cumulauit, teſtis luis oculatus, narrator fidus, ſtili Celſiani imitator. Cf FRID. BOERNER *De* ALEXANDRO BENEDICTO *medicinae poſt litteras reſtauratore Commentatio. Acc. eiusd.* BENEDICTI *elogium auth.* ANDREA CHIOCCO. *Brunſvig.* 1751. 4. et recuſ. in *Ei. Noct. Guelphic.-Roſtoch.* 1755. 8. *n.* 1. *p.* 1. *ſeq.*

m) *De Febre peſtilente*, c 6. p. 1144. Scriptus vero hic liber eſt, vt ex praefatione patet, a. 1493. deinde alter, qui in anatome verſatur, tandem qui morbos continet, omnes tamen ſub prima luis origine.

n) *Hiſt. de Partib. Corp. human. I.* 6. p. 1185. Diſſecuit vero (c. 1.) corpora, vt ignotam morbi gallici naturam cognoſceret.

o) *De Partib. II.* 21. p. 1205.

p) Ibid. c. 26. p. 1231.

q) *De omnib. a vertice ad plant. morb. I.* 16. p. 23.

r) Ib. c. 28. p. 45.

s) Ib. L. V. 5. p. 229.

t) Ib. L. VI. 15. p. 257.

u) Ib. L. VII. 5. p. 290.

x) Ib. L. VIII. 44. p. 338.

y) Ib. L. XIII. 23. p. 499.

z) Ib. L. XIIII. 30. p. 548.

teria. — Cum plures vero huiusmodi cauſae conueniunt, ad hominis perniciem peſſimam morborum foeditatem, quae raro impugnatur aut nunquam vincitur, inducunt. — —

Haemorrhoides a) intra ſedis partes innaſcuntur, *immaturi mori ſpecie.* Interdum *ſine tuberculo fiſſuras* habent, vnde ſanguis effluit, interdum leuis rubensque tumor eſt, quo ſanguis non emittitur, vnde *haemorrhois caeca* dicitur. Circum quoque ani coronam *condylomata* conſiſtunt tubercula, quae vbi induruere, ſaepe manus auxilium deſiderant: Ex inflammatione enim naſci ſolent. — Cum intumuerit, quatuor genera conſtituere, quaſdam *verrucas* appellantes, quas veteres *condylomata* vocant, alias *vuae* acino nigro ſimiles, nonnullas maturo *mori* callo haud diſſimiles, *veſicae* alias flaccidae vel piſcium albicantibus veſicis ſimiles. Ceterum *naturales haemorrhoides nullam ex eis ſpeciem conſtituunt.* — Anus *b)* praeterea alio quoque morbo afficitur. *Rhagades* circiter innaſcuntur, (ita Graeci vocauere et *rhagadia*, noſtri *fiſſa* ſiue *ſedis rimas*,) quae in pedibus manibusque ac labiis et in quacunque corporis parte fiunt. *Id malum et feminarum naturalia infeſtat.* Ex dyſenteria ſedis rimae ſaepe proueniunt, — vel duro ventris retrimento, haemorrhoidum vel abſceſſus vitio. *Et turpiſſima cinaedorum turba hoc morbo infeſtatur.* — *Ex iis rimis cum ingenti pruritu et ardore virulentus cum tetro odore humor perpetuo effluit.* Verendam enim curationem habet ac difficilem. —

Viris *c) geniturae profluuium*, quam γονοῤῥοίαν Graeci vocant, ſaepe euenit, *hoc praeſertim tempore*, dum haec conſcriberemus. Veluti enim peſtilentia plurimos afflixit. —

Quoſdam interdum rei venereae impetus, quem πριαπισμον Graeci vocant, nos *veneris concitationem*; GALENVS κυνάλκισμον vocat, plenitudinem et inuoluntariam tentiginem ex fumoſo ſpiritu ortam. Sunt et *verendorum* alia *vitia*, *pruritus* videlicet, *vlcera*, *epiphorae.* —

Genitalium vlcera d) ae ſedis, quae ſine inflammatione oriuntur, exſiccantibus ſanantur *Verendorum rhagades et ſedis* quoque ſanat reſina. — *Si vero interius penis exulceratur, quando pus ſine vrina deſtillat.* — Vidimus feminam plures ſanare, *quorum inguina glandes amiſerant*, commanducata ſaliua et impoſita. — At *thymos in genitalibus* ſanat, nec permittit rurſum redire ſarmentorum cinis ex aceto impoſitus. — In vniuerſum *thymos*, *myrmecia* et *acrocordines* per ea, quae plurimum trahunt, euelluntur, et quae putreſiunt, ea exinaniunt. — *Scroti tumor, inflammatio, durities.* — *Exulcerantur e) genitalia* adeo, vt et vitia, quae ſerpunt, de facili oriantur. *Putreſieri* enim *has partes facile contingit.* — Ad *vetera* vero *vlcera*, — *praeſertim ſi erodentia fuerint.* — Si *nigra* vero *et ſordida ſunt vlcera*, etiam *cancro laborantia*, vel ſerpentia, quas *nomas* vocant. — Si vitium inualeſcit ſordidiusque fit, ſcalpello putris caro excidenda eſt. —

Non *f)* abs re erit, ſi de *feminarum naturalium vlceribus* mentio fiet. Earum *ora naturalium*, *ceruices* atque intus *ſinus* ipſi, qui *loci* dicuntur, *maiori, quam in viris cruciatu exulcerantur. Ex humoris* enim *mordacitate* — proueniunt *vlcera*, vnde vel *purulenta*, vel *ſanies*, — aut *putris humor effluit.* —

— Venarum multitudo tenuium, in vterum deſinit *g)*, — cum prae ſua anguſtia nequeant exſuperantiam continere, itaque *effectus* hic, veluti *mariſcae*, aut alia profuſio ſanguinis, euenit. —

— Sic *morbum gallicum h)*, *nouam mundo peſtem, tempeſtate noſtra concubitu atque contactu irremediabilem haberi, atque cum elephantiaſi violentia contendere animaduertimus*, ſuperaddito foeditati *dolore.* Nam *oculos*, *manus*, *nares* et *pedes aliasque corporis partes ablatas videmus*, in contumacia vitae. —

— Sed has *muliebres pudendas partes i)*, *primum cum haec ſcriberemus, infeſtare miſerabiliter coepit morbus gallicus, vnde illud proſtitutarum virus totum orbem infecit, tanta earum partium foeditate*, vt quacunque blandiori venere proci facile arcerentur. Videres feminas, ore Venerem pulcritudine ſuperantes, quae ſuo foediſſimo complexu infinitos libidine intemperantes fera poenitentia afflixere. —

VII.

CONRADVS SCHELLIG *k)*.

In puſtulas malas morbum, quem malum de Francia vulgus appellat, quae ſunt de genere formicarum, ſalubre conſilium doctoris CONRADI SCHELLIG, Heidelbergenſis, Illuſtriſſimi Clementiſſimique Principis PHILIPPI, Comitis Rheni palatini, Bauariae Ducis et Electoris, phyſici ſui expertiſſimi.

Epiſtola.

IACOBVS VVIMPHELINGVS, Slettſtadtenſis, Lectori ſalutem. Quamuis iuſta Dei ſeueritas ſiue propter horrendam et olim inauditam blaſphemiam, ſiue propter ſpurciſſimum (quod inualuit) adulterium aut cetera peccata, per ſiderum fluxus aliasque cauſas morbum quendam, quem noſtra tempeſtate Inſubres in patriam ſuam Gallos inuexiſſe lamentantur, non quidem, (vt vulgus opinatur,) nouum, ſed ſuperioribus annis tam viſum, quam aegerrime perpeſſum, noſtro ſeculo toris immiſit, vt ſic miſeros mortales rectiſſime propter iniquitatem corripiat, ex ſolita tamen pietate et infinita clementia rebus a ſe conditis abſtruſas vires indidit, quibus peccatori iuſtas poenas experto (poſthabitis praecipue flagitiis) humana viciſſim induſtria felicier opem ferre poſſit, vt miſericordia iudicium ſuperexaltet, et vnde vulnus eſt ortum, inde prodeat et medela. Hac ſpe bona fretus CONRADVS SCHELLIG, *Heidelbergenſis*, medicinarum Doctor egregius, vt clariſſimo pientiſſimoque Principi ſuo PHILIPPO, Comiti *l)* Rheni palatino, morem gereret, atque ex fraterna *m)* charitate proximo cuique conſuleret, tum propriis inuentis, tum ex probatiſſimis antiquiſſimisque medicinarum profeſſoribus, ſicut apis argumentoſa operoſiſſime congeſſit, quicquid ad huius morbi praeuentionem curamque attinere videtur. Deſcripſit etenim, quaenam ſit haec paſſio, quibus cauſis oriatur, qua via intercludi poſſit et euitari, praeſeruans ſiquidem effinxit regimen, in quo aperte demonſtrat, quibus ſit vtendum rebus, et quae ſint cauenda, vt haec lurida peſtis effugiatur, quam denique rationem aeris, cibi et potus, ſomni et vigiliae, motus et quietis, inanitionis repletionisque habere debeamus, quique affectus et per-

a) Ib. L. XXI. 7. p. 794.

b) Ib. c. 34. p. 808.

c) Ib. L. XXIIII. p. 908.

d) Ib. c. 29. p. 937. ſeq.

e) Ib. c. 39. p. 945.

f) Ib. c. 40. p. 947.

g) Ib. L. XXVI. Prooem. p. 999.

h) Ib. L. XXVI. 1. p. 999.

i) Ib. L. XXVII. Prooem. p. 1024.

k) Vitam eius narrauit Cl. HENSLER l. c. p. 5. Liber *de geſtilentia*, cuius ASTRVC l. c. p. 482. meminit, nihil habet, quod ad luem gallicam pertinere videatur, ſed ita inſcribitur: *Ein kurz regiment von dem hochgelehrten Meiſter Conrad Schelling von Heydelberg, Doctor der erznei vnd vnſers gnedigſten Herrn Pfalzgraven kurfürſten - Leibarzt. Zu eren vnd gefallen ſeiner Fürſtlichen Gnaden. Auch ſeiner gnade vnterthanen zu nutz vſs den fürnehmſten Phyloſophen mit Fleiſs gezogen vnd zeſamen bracht, wie man ſich vor der Peſtilenz enthalten, vnd auch ob der Menſch damit begriffen würd helfen ſol — Gedrückt zu Speier von Hartman Biber am ſamſtag nach Mathie Anno tauſet fünfhundert vnd 11 Jar. 4.* Hoc vero *conſilium* deſcriptum eſt ex exemplo Vindobonenſi, miſſis abbreuiationibus (id quod etiam in reliquis factum eſt) et ſubiectis lectionibus variis, quas in editione Guelpherbytana cl. HENSLER inuenerat. Quae an ſcribae debeantur, non liquet. Conſtat vero *quatuor plagg.* octonis, et ita expreſſum eſt: *In puſtulas malas morbū quē malum de frācia vulgus appellat que ſūt de genere formicar: Salubre ꝯſiliū doctoris* CŌRADI SCHELLIG *heydelbergenſ: illuſtriſſimi clemētiſſimiq; prīcipis Philippi Comitis rheni palatini bauarie ducis et electoris: phiſici ſui expertiſſimi.* Medicinae cauſſa SCHELLIG Patauii ex more ſeculi commoratus eſt, teſte WEMPHELINGIO (Adoleſcent. fol. 32. a.) apud quem dicitur CONRADVS SCHELLING *Heidelberg. tum medicinarum diſcipulus, hodie manſuetiſſimi principis noſtri curator.* Princeps luis, vt videtur, narrator, ſed quoad curandi viam, intra communia praecepta conſiſtens.

l) In l. *Co. Rhe.* Deeſt vltima vox in MSCto HENSL. ſed adfuit in exemplo GVELFERBYT.

m) *Chriſtianaque.* Guelph.

perturbationes ab animo ſint excludendae. Nec operis venerei et balnearum oblitus eſt. Adiecit inſuper curatiuum ſanatiuumque regimen, moderataeque et ſalubris diaetae ordinatiſſimum tenorem ad res ſingulas, quas paulo ante meminimus, accommodatum, neque potione, neque chirurgiam ipſam ſilentio praeteriit. Duplici huic praeſeruatiuo ac curatiuo regimini medicinae plurimae ſimplices atque compoſitae neceſſariaeque ad aegritudinem hanc curandam idoneae ſecundum vtramque medicinae partem introſertae ſunt. At vero regimen ipſum non in praeſenti ſolum languore vtile eſt et neceſſarium, verum etiam a multis variisque n) aliis valetudinibus praeſeruandi o) et curandi doctrinam affert ſalutarem. Quam tu cum laetitia ſuſcipe, lector, Conrado iugiter gratias habiturus, immortales, Deumque benedicito, qui hanc pietatem p) dedit hominibus, a quo omnis eſt medela. Nam et de terra medicinam creauit altiſſimus, medicumque q) honorari praecepit. Vale.

Conſilium breue contra malas puſtulas, quae iam apparent in diuerſis regionibus in vtroque hominum ſexu.

Has *puſtulas* voco malas; Nam *contagioſae* ſunt, ſaltem *per contactum*, immediate vel mediate, et etiam, quia de humoribus ſunt malis, vt infra. Et ſecundum Avicennam ſunt *de genere formicarum.* Nam ſecundum eam omne apoſtema in cute ambulatiuum, latitudinem non habens ſcilicet multam, eſt *formica.* Et hae puſtulae ambulant in cute per totum corpus, quod viſus oſtendit: Ergo ſunt de genere formicarum. Et omnis formica aut eſt ex colera ſola, aut ex colera mixta cum aliis humoribus. Si ex colera ſola, hoc eſt dupliciter, vel ex colera naturali, et ſic eſt *formica abſoluta ambulatiua*, vel ex colera non naturali per aduſtionem, et ſic erit *formica corroſiua.* Si ex colera mixta cum aliis humoribus, et ſic erit *formica miliaris*, quae ſub ſe habet ſpecies plures, iuxta variam humorum compoſitionem cum colera, vt in praeſenti iam variae formicarum apparent ſpecies. Et praeſertim in duplici hae puſtulae apparent forma r). Nam quaedam ſunt in radice latae, et paulatiue ſubtiliando procedunt in longum atque rotundum vsque in cuſpidem, in qua veſicula vel cruſtula apparet, quae ſecundum Avicennam *thulullae* vocantur, id eſt, *verrucales formicae.* Quaedam ſunt, quae habent radicem paruam ac ſtrictam, et procedunt in ſua eleuatione in longum et rotundum vſque ad caput, groſſius radice, etiam cum cruſtula vel veſicula, et ſunt *ambulatiuae*, vt vera formica, et hae ſecundum Avicennam vocantur *acruhaurod*, id eſt, *porrales formicae*, non quod ſint porri vel verrucae, ſed his ſunt ſimiles ſecundum figuram et quantitatem. Et ſecundum Gvidonem de Cavlhiaco s) et Petrvm de Argelata vocantur *ficales* et *botrales*, quia, quemadmodum ficus et botri, ſunt apparentes. Verum de nominibus non eſt curandum, cum res ipſa ſit nota.

Fiunt autem hae puſtulae ex colera non naturali, aliis humoribus corruptis, putridis, aduſtis, adiunctis, vt flegmate, melancolia et ſanguine groſſo corrupto: Ideo tardioris ſunt reſolutionis et curae, et raro ſimplicia apparent apoſtemata, ſed vt plurimum ſunt compoſita ex diuerſis humoribus. Verum hoc etiam tempore cum aliis puſtulis multiplicatur *formica miliaris.* Et eſt puſtula vel puſtulae plures, et apparent in principio in colore et quantitate grani milii, et cum minore citrinitate, quia ſunt ex colera mixta cum flegmate vel melancolia. Et iſtae magis continentur intus propter groſſitiem materiae, et ſunt cum minore inflammatione propter flegma admixtum, et ſunt tardioris reſolutionis ratione groſſioris materiae, et ſi earum aduratur materia, ceteris erunt formicis peiores in corrodendo. Et aliquando ex his plures in vnum coniunguntur, et faciunt vlcus putridum, corroſiuum, curae difficilis. Et in diuerſis corporibus horum humorum apparet diuerſa permixtio, et propter multitudinem horum humorum et eorum ebullitionem in diuerſis t) locis, et etiam propter fortitudinem virtutis expellentis multiplicantur in corpore iſtae puſtulae, et apparent a principio cum aliqua citrinitate, poſtea cum quodam colore u) obſcuro. Et ſunt cum ardore, punctura et virulentia foetida, et ſentiunt infecti in principio dolorem capitis et magnam grauedinem, et dolorem in membris, maxime in brachiis et cruribus, et ſudores habent copioſos ſatis foetidos et ſomnum grauem cum vigiliis multis.

Harum puſtularum *cauſae* ſunt triplices, *primitiua* ſeu x) *antecedens* et *coniuncta.* *Cauſa primitiua* eſt aer nimis calidus, humores adurens, ad ſuperficiem carnis et cutis trahens, aut aër nimis frigidus, humores congelans et adurens, et ſic ad putredinem diſponens, aut aër nimis humidus, humores putreſcere faciens, cum ipſa humiditas mater ſit putredinis, aut aer nimis ſiccus, humores cum caliditate acutos et aduſtos reddens. et etiam aliquod nunc ſupercoeleſte, quod eſt *influxus aſtrorum*, ebullitionem in humoribus cauſans. Etiam cibaria, humores putreſcibiles acutos et aduſtos generantia, et motus, et exercitia fortia, inordinata, poſt comeſtionem immediate facta, in corpore humoribus repleto diſponunt ad humorum corruptionem. Haec omnia harum poſſunt eſſe puſtularum cauſa primitiua. *Cauſa antecedens* ſunt humores aduſti, acuti, putrefacti, iam in humano corpore multiplicati. *Cauſa coniuncta* ſunt iſti humores, iam multiplicati et incuneati in ſuperficie carnis et cutis, iam puſtulas cauſantes.

Harum puſtularum conſilium duplici perficitur regimine, ſcilicet *praeſeruatiuo* et *curatiuo.* *Regimen praeſeruatiuum* exiſtit in debita adminiſtratione ſex rerum non naturalium, quae praetendit, quod materia harum puſtularum non generetur, et generata, quo modo expellatur.

De aere.

Aer multum calidus eſt vitandus, quia humores adurit, et ad putredinem diſponit, et ad carnis et cutis ſuperficiem trahit. Et etiam aer multum frigidus: Humores enim conculcat et coarctat, et ſic ad putredinem aptat. Vitandus y) eſt aer multum humidus, foetidus et paludinoſus, quia, ſicut caliditas eſt putredinis pater, ita humiditas mater. Et etiam aer multum ſiccus eſt vitandus, quia cum caliditate reddit humores acutos et aduſtos, qui z) harum puſtularum ſunt cauſa. Maxime vitandus eſt aer veniens ab infectis, et etiam habitatio et mora cum eis, et omnia illa, quae a corporibus eorum ſunt tacta. Eligendus eſt aer temperatus, parum ad frigidum declinans. Et ſi non eſt talis naturaliter, rectificetur cum rebus odoriferis, calidis vel frigidis, iuxta tempus et rei diſpoſitionem. Veſtes et alia, quae in vſu ſunt, in ciſta vel capſa cum rebus odoriferis temperatis aromatizentur.

De cibo.

Nunc vitanda eſt omnis repletio etiam cibariorum, bonos generantium humores. Quia nunc multitudo humorum in corporibus mala eſt, ideo tenui conuenit vti diaeta, quae in complexione calida parum declinet ad frigidum et humidum, et in aliis ad temperamentum. Multitudo ferculorum in eadem menſa eſt vitanda, maxime eorum, qui inter ſe in ſubſtantia et complexione ſunt multum diuerſa, quae et in digeſtione erunt diuerſa, inde et mali generantur humores, vnde malae et diuerſae multiplicantur aegritudines. Quare non laudantur carnes et piſces in eadem menſa comeſti, nec lac et piſces, nec lac et vinum ſimul ſumta, nec caſeus et piſces, et ſic de multis aliis. Vitanda ſunt cibaria, acutos generantia humores, aduſtos, groſſos et putreſcibiles, vt cepae, allium, porrum, ſinapium, eruca. Omnia mul-

n) *Variisque* Guelph.
o) *Praeſeruandi* Guelph.
p) *Poteſtatem* Guelph.
q) *Medicum, quem* Guelph.
r) *Diuerſae* Guelph.
s) i. e. *Cauliaco.*

t) *Aduerſis* Guelph.
u) *Dolore* Guelph.
x) *Scilicet* Guelph.
y) *Et vitandus* Guelph.
z) *Quae* Guelph.

Aphrodiſiac. L

multum ſalſa, omnes ſpecies aromaticae multum calidae et dulcia, quae in calida complexione faciliter in coleram conuertuntur. Et multum pinguia vitanda ſunt, et butirum, et oleum, quando ſupercalefiunt in frixorio, nocent multum, quia in naturam ſulfuris conuertuntur. Caro omnium animalium in decrepita aetate exiſtentium, maxime eorum, quae calidae et ſiccae ſunt complexionis, vitenda eſt. Caro boum, vaccarum, leporum, ceruorum antiquorum ſalita vel non ſalita, et caro ſuffumigata, et omnium auium in aquis degentium. Hae omnes durae ſunt digeſtionis, groſſum et melancolicum generant ſanguinem. Caro per aſſationem multum exſiccata, praeſertim eius cruſta, et caro frixa eſt vitanda. Et ſanguis in via cibi, qualitercunque praeparatur, vitetur. Nam ſanguis, propria exiens vaſa, a ſua cito alteratur natura, ſicut lac et ſperma. Carnes ſint edorum, vitulorum, agnorum, non partui vicinorum, carnes taurorum iuuenum, mutonum, leporum, capriolorum, ceruorum iuuenum pinguium. Non tamen ſint in frequenti vſu, quia ſanguinem generant melancolicum. Ex volatilibus ſint carnes pullorum gallinarum, caponum iuuenum, perdicum, faſianorum et aliarum auium, in nemoribus et pratis degentium. Caro elixa melior pro nunc eſt carne multum aſſata et exſiccata. Carnes praeparari poſſunt in aeſtate aceto paſſulato non multum forti, vel cum agreſta vel vino berberis, vel aliis rebus frigidis vel acetoſis, hiemis tempore cum aceto non forti et ſpeciebus temperatis non multum calidis. Sic et earundem carnium brodia praeparari poſſunt. Lac cum ſit facilis corruptionis, cum aliis non eſt ſumendum cibis, ſed cui placet, et qui aſſuetus eſt eo vti, ſumat bonum hauſtum calidum de eo mane per tres horas ante cibum, imponendo modicum de ſale vel zuccaro *a*). Caſeus multum vetus et ſalſus durae eſt digeſtionis, parum nutrit, corruptum generat humorem, quare vitandus. Sit ergo caſeus medius inter nouum et veterem, inter mollem et durum, non leuis, ſed ponderoſus, parum ſalſus, butiro non priuatus. Brodium ex bono caſeo praeparatum conceditur. Alia vero cibaria ex caſeo facta ſunt minus ſana. Oua frixa et oua per aſſationem multum indurata et oua venti ſunt vitanda. Gallinarum oua elixa tremula vel in aqua fricta *b*) ſunt bona. Et ſi nunc cum agreſta ſumuntur, ſunt meliora. Piſces et caſeus ſimul ſumti, ſunt inſani, vt ſupra, quia ad colicam diſponunt paſsionem. Frequens vſus piſcium non ſquammoſorum, viſcoſorum, de aqua foetida paludinoſa captorum eſt inſanus. Etiam piſces multum ſalliti et ſuffumigati ſunt vitandi. Piſces meliores ſunt ſquammoſi, non valde magni, quorum caro alba frangibilis et non viſcoſa eſt, nec multum groſſa, ſed ſubtilis, non multum mollis, ſed ſufficientis duritiei. Et ſint piſces ex aqua recenti petroſa, quae eſt in motu, capti. Nam de quanto aqua eſt mobilior, de tanto eius piſces ſunt meliores. Piſces euiſcerati cum ſale aſpergantur, vt ab eis viſcoſitas remoueatur, poſtea cum vino et aceto elixentur, vel cum bonis et temperatis praeparentur ſpeciebus, aut aliis modis coquantur, vt eorum requirit natura. Aſſati piſces bene nutriunt, ſed tarde de ſtomacho deſcendunt, quare cum zinzibere ſumendi ſunt. Et ex piſcibus laudatur trutta, timulus lucius, parca, tremulus, menula preſſa, carpo, etiam alii praeſcriptas habentes conditionos. Cancri durae ſunt digeſtionis, ſed multi nutrimenti et vaporoſi. Frequens tamen eorum vſus eſt inſanus. Olei ſeu butiri vſus ſit in parua quantitate, et non, niſi pro condimento. Et quando ſupercaleſiunt, vt dictum eſt, in frixorio, ſunt mala multum, quia in naturam ſulfuris conuertuntur. Ex oleis laudatur oleum amygdalarum dulcium, oleum ſiſaminum, oleum oliuarum non vltime maturarum, quod eſt vnius anni vel parum vltra. Oleum nucum eſt vitandum, quia capiti, gutturi et pectori eſt nociuum. Multus et frequens vſus zuccari vitetur, quia oppilationem generat, et in colericis et febricitantibus in coleram conuertitur. Sic et mellis vſus nocet, quia inflat, et in calidis in coleram conuertitur. Aqua zuccari vel mellis cum arteficialiter et bene conficitur, inter ceteras laudabiles eius virtutes eſt etiam abſterſiua, lenitiua partium gutturis et pectoris. Ideo multum in tuſſi laudatur. Ab omnibus quaſi fructibus abſtinendum eſt, quia malos et putreſcibiles generant humores, et vaporibus caput replent, vt ceraſa, pruna bene matura, mora celſi matura, fraga, perſica, criſomilla, ficus, dactili, pira et poma huius anni, quia a vermibus ſunt perforata, et etiam cito putreſcunt. Omnes denique fructus oleaginoſi ſunt vitandi, quia durae digeſtionis, et ſtomachum laedunt. Via medicinae (non nutrimenti) ſcilicet ad ſitim et calorem non naturalem extinguendum poſt laborem, et ad refrigerandum ſanguinis feruorem, et ad reprimendum colerae acumen, et ad excitandum appetitum, licet ſtomachum habentibus calidum vti ante cibum fructibus frigidis acetoſis, vt ribes berberis, ceraſa acetoſa, granata acetoſa et muza, poma arantia *c*), pruna, mora celſi non ex toto matura. Fructuum ventrem lenientium, (vt ſunt pruna damaſcena, mora celſi, perſica *d*) matura, ceraſa dulcia, poma dulcia, vuae, melones etc.) vſus eſt maioris nocumenti ingenerando putreſcibiles et malos humores *e*), iuuamentum eorum in leniendo, quare ab eis nunc eſt abſtinendum, et maxime a ficubus et dactilis, quia ad cutim malos mouent humores, et pruritum, ſcabiem et pediculos multiplicant, et ſudare faciunt, verum cum amygdalis dulcibus et nucibus minus ſunt mali. Fructus ſtiptici, vt pira coctana, ſumta ante cibum, ventrem conſtringunt, poſt cibum laxant, comprimendo cibum. Frequens tamen eorum vſus colicam et dolorem iunctuarum generat. Et cruda gutturi et pectori nocent. Meliora ſunt cocta, poſt comeſtionem cum coriandro, foeniculo vel carui ſumta. Reprimunt enim vapores ad caput aſcendentes, os ſtomachi claudendo. Vuae albae maturae meliores ſunt, et ſint collectae per tres vel quatuor dies, antequam comedantur, verum ventrem laxant, inflant, et veſicae nocent, propter crudum, quem generant, humorem. Vuae paſſae, cum arillis comeſtae, ſtomachum et epar confortant, et oppilationem remouent. Sine arillis vero comeſtae ventrem laxant, et ſunt ſanae ante vel poſt cibum ſumtae. Paſſulae ſunt boni nutrimenti, quocunque modo ſumantur. Quando ante cibum ſumuntur, pectori, ſtomacho, inteſtinis, et ſingulariter epati competunt. Amygdalae, cum zuccaro confectae, vel recentes, vel in aqua remollitae, quando digeruntur, proſunt pectori, et dant bonum nutrimentum. Pineae confectae proſunt pectori, cerebro, neruis, et impinguant. Auellanae parum torrefactae vel cum zuccaro confectae proſunt cerebro et epati. Nuces cum amygdalis comeſtae ſunt tyriaca piſcium, et virides ſunt minus malae. Nuces conditae cum bonis et temperatis ſpeciebus confortant ſtomachum, et proſunt gutturi, praeſertim ſuccus earum. Nuces cum ficubus, et ruta, et modico ſale ante cibum comeſtae, ſunt contra omne venenum tyriaca. Leguminum corpora ſunt vitanda, quia inflant, et capiti nocent, ſanguinem groſſum et melancolicum generant, maxime lentes, fabae, piſae. Multus vſus tritici, ſpeltae, ſiliginis, cum lacte vel ſine lacte, eſt vitandus, quia flegmaticos et viſcoſos generat humores, qui ad oppilationem et calculum praeparant. Verum certorum leguminum brodia proſunt, vt piſarum, cicerum: Sunt enim ventris ſubductiua, de oppilatiua et vrinae prouocatiua, praeſertim cum radicibus petroſi lini vel ſpeciebus temperatis praeparata. Fercula ex ordeo praeparata laudantur tamen a medicis prae ceteris granis, et fercula etiam ex riſo, auena vel milio praeparata cum bono brodio vel lacte amygdalarum valent. Omnia olera cruda coctis minus ſunt ſana. Olera conuenientia poſſunt eſſe ſpinacia, atriplex, endiuia, lactuca, borrago, bugloſſa, et cum bonis brodiis vel lacte amygdalarum praeparari debent. Olera in comeſtione praecedant cetera fercula. Brodium caulium et bletae ventrem laxant, ſed ſubſtantia eorum parum nutrit, et ſanguinem melancolicum et acutum generat: Quare eorum ſubſtantia non laudatur. Caloris tempore ad extinguendum ſitim et ad excitandum appetitum licet habentibus ſtomachum non frigidum vti per modum ſalaticii, in principio coenae, in parua quantitate, de lactuca, endiuia, portulaca, cicorea, boragine, bugloſſa, lupulo, ſcabioſa, acetoſa, et nunc multum valet fumus terrae parum coctus, comeſtus cum aceto non forti, modico ſale et oleo. Et iam in maiorem ſanitatem *f*) a materia aduſta, acuta et ſalſa purgando ſuccus fumi terrae et abſynthii cum lacte caprino vel

a) *Succaro* Guelph.

b) *Fracta* Guelph.

c) Leg. *aurantia.*

d) Leg. ſic. Vitioſe ſcrib. *preſica.*

e) *Quoniam* Guelph.

f) In exemplo Vienn. *maior ſanitas*, ſed *Maio ſanguinem* Guelph.

vel vaccino calido ſumti mane multum laudantur, ita, vt ſint ſucci fumiterrae ℥ii. abſinthii ℥i. lactis ℥iii. vſque ad ℥iiii. vel ℥v. plus vel minus iuxta diſpoſitionem accipientis. Raphanus eſt vitandus, quia ſtomacho nocet, caput vaporibus replet, ideo oculos laedit, et acutos humores generat. Rapae meliores ſunt dulces ſubtilis corticis, et inter radices plus nutriunt, ſed inflant, et earum inflatio erit minor, dum aqua feruida ſaepe abluuntur.. Viſum confortant, ſtomacho et ſiccis inteſtinis conferunt coctae cum brodiis bonarum carnium, vel cum butiro: Ideo earum vſus non omnino inutilis erit. Rapunzulorum, alias locuſtarum, vſus non inſanus erit: Non generant enim malos humores, crudi tamen minus ſunt ſani. Paſtinacae, napones, carottae, ſunt durae digeſtionis, pauci nutrimenti, quare via cibi minus ſunt vtiles. Fungi et boleti vitandi ſunt, quocunque etiam praeparentur modo, quia malos generant humores, et ſic malos cauſant morbos cum peſſimis accidentibus. Sapores et ſalſae de quanto plus a temperamento diſtant, vel a natura cibi et potus, de tanto minus eſt de eis ſumendum, ſiue ſint calidae, ſiue frigidae. Salſae vel ſapores tempore caloris ſint ex ſuccis frigidis, vt acetoſa, lactuca, alleluia, ſummitate vel praeputiis vitis, ex vino berberis, vino granatorum acetoſorum, ſucco pomi aurantiae, agreſta vel aceto non forti, paſſulato, id eſt, decoctionis paſſularum. Ita accipe aceti ℔j. Paſſularum ℥i. Coquantur ſimul parum, fiat colatura, et acetum ad communem ſeruetur vſum. Aceti vſus multum fortis vitetur, quia ſtomacho, epati, neruis et matrici nocet, et corpus extenuat. Praedictis ſuccis conficiendo ſalſam potes addere zuccarum, puluerem cinnamomi vel zinziberis. Tempore hiemis poſſunt ſapores et ſalſae fieri ex cinnammomo, zuccaro et modico croco, cum bono vino, addendo, vt placet, de zinzibere vel galanga, vel nuce muſcata modicum. Vitandus eſt panis multum vetus, nouus, calidus, azimus, non fermentatus, a furfure omnino ſpoliatus, et panis aduſtus, et praeſertim cruſta eius. Panis ſit de farina boni mundi frumenti, fermentatus, decenter ſallitus, vnius vel duorum dierum. Comeſtio ſine appetitu, et appetitus ſine comeſtione, nocent. Praeſente iam naturali in ſtomacho fame, ſine mora notabili cibus eſt ſumendus, non ad ſaturitatem, ſed cum aliquali appetitu ad cibum eſt abſtinendum. *In praeſenti diſpoſitione* (vt ſupra) *tenuis conuenit diaeta*, quae in aeſtate parum declinet ad frigidum et humidum, in hieme vero ſit temperata.

De potu.

Vitandum eſt vinum nouum, multum, vetus, vel multum forte, quia generat humores acutos. Vina nigra groſſa, dulcia, vina cocta, vina pendula, vina corrupta, vitanda ſunt, quia oppilationes in interioribus generant. Et omnis potus, multum habens de melle, et vſus cereuiſiae nouae eſt vitandus. Aqua cruda turbida, aqua mali ſaporis, vitetur. Vinum ſit inter nouum et vetus medium, hoc eſt, vnius anni, vel anni cum dimidio, vel parum vltra, ſit album, clarum vel aurei coloris, quia apud medicos rubeus dicitur. Et ſi fuerit forte, lymphetur prius cum aqua cocta per ii. vel iii. horas. Vina fortia multum vel vina artificialiter cum rebus aromaticis calidis confecta, quae via medicinae pro membrorum et virtutis confortatione ſumuntur, debent ſumi non in magna quantitate, a principio prandii vel coenae, non vacuo tamen ſtomacho, ſed modico cibo praecedente. Potus cum cibo eſt ſumendus, ita, vt nunc parum comedatur, et poſtea parum bibatur, ita, vt cibi et potus bona fiat permixtio. Et potus non ſit in magna quantitate, ita, vt cibus in ſtomacho fluctuet. Potus etiam poteſt eſſe aqua ordei, aqua zuccari, aqua mellis, modicum tamen de melle habens, vel lac amygdalarum cum aqua ordei factum, vel iulep violarum cum multa aqua vel aqua maſticis *g*) vel aqua chalibiata *h*), vbi non eſſet ventris ſtipticitas, vel aqua decoctionis cinnamomi. Et tempore caloris *ſerum caprinum* inconſuetis vtilis eſt potus, praeſertim *in praeſenti diſpoſitione*.

De motu et quiete.

Poſt cibi et potus refectionem immediate a forti exercitio et inordinato motu abſtinendum eſt, quia caput vaporibus replet *i*), et perfectam impedit digeſtionem. Corpore exiſtente pleno bonis vel malis humoribus, vitandum eſt forte exercitium et omnis inordinatus motus, qui corpori toti vel partibus eius infert laborem, id eſt, dolorem, quia praeparat ad febres, apoſtemata, puſtulas, ſcabiem, pruritum, iuncturarum dolores, et ad alias malas diſponit paſſiones *k*). Sicut poſt cibum eſt quieſcendum, vel non, niſi parum deambulandum, vt ad ſtomachi fundum melius deſcendat cibus, ſic ante cibum eſt exercitandum. Nam calor naturalis omnium virtutum eſt inſtrumentum, qui quando eſt fortis, digerit digerenda, expellit expellenda, et humores in ſua ſanitate cuſtodit, ne putreſcant. Et cum ipſe naturalis corporis calor motu vel exercitio temperato conſueto et omnibus membris proportionato fortificetur, concluditur, quod, iam omnibus ſuperfluitatibus corporis expulſis, vt egeſtione, vrina, praemittendum eſt ante cibum exercitium conſuetum, quod minus laedit temperatum, quod duret vſque ad laſſitudinis principium et corporis aliqualem calefactionem. Et quod vltra protenditur, eſt cauſa doloris iuncturarum et podagrae; Quare ceſſandum eſt ab eo, dum in corpore dolor vel fatigatio incipit. Cum quis per exercitium forte ſupercalefactus fuerit, bonum erit ei, vt ante refectionem per horam vnam quieſcat, vt corpus eius parum refrigeſcat. *Dubitandum eſt, an in praeſenti diſpoſitione conueniat corpori fricatio loco exercitii*, cum ipſa fricatio trahat humores bonos et malos ad cutis ſuperficiem, et in praeſenti diſpoſitione natura ipſa ſit parata pellere humores malos ad carnis et cutis ſuperficiem. Tunc iam ipſa *fricatio pro multiplicatione et harum puſtularum augmentatione iuuaret*: Quod ſatis moleſtum eſſet. Quotidiana tamen capitis fricatio ieiuno facta ſtomacho cum aſpero et calido panno congruit, niſi aliqua capitis paſſio impediret. Talis enim fricatio cerebrum ab incurſu reumatis praeſeruat, et malos in eo vapores reſoluit. Loco exercitii et motus pro corporis calefactione manus, brachia atque pedes inſimul concutiantur, et totum corpus manibus percutere congruit, vt totum calefiat corpus. Et haec per duas vel tres horas ante refectionem ſunt facienda. Quies moderata in ſanitate corpus conſeruat, immoderata vero corpus humectat et infrigidat, ſuperfluitatum prohibendo expulſionem et reſolutionem, quia naturalem hebetat calorem.

De balneo.

Vitandum eſt balneum poſt cibi et potus repletionem. Quamuis tunc balneum corpus pinqueſcere faciat, eſt tamen febrium, oppilationum et apoſtematum cauſa, et habens febrem putridam, apoſtema vel capitis reuma, praeſertim in eius principio, habet vitare balneum. Frequens et immoderatus balnei vſus vitandus eſt, praeſertim longam moram in eo faciendo. Cor enim debilitat et naturalem calorem, ſincopim et nauſeam inducit, neruos laxat et humores ad articulos fluere facit. Ad reſoluendum ſuperfluitates in lacertis et circa cutim aggregatas, conuenit aſſuetis ſemel vel bis in quindena ingredi balneum ſtuphae ad prouocandum ſudorem. Balneum moderate ſumtum aſſuetos balneo vti a multis praeſeruat paſſionibus, maxime a ſcabie, pruritu, et apoſtematibus, et conuenientius ſit ante coenam, iam in ſtomacho et etiam quaſi in epate celebrata digeſtione, vel fiat in mane ante prandium. Hoc tamen tempore balneum cor et viſum plus debilitat. In exitu a balneo corpus a frigore eſt cuſtodiendum, et poſt quieſcendum per horam vnam vel duas, et a cibo et potu abſtinendum, poſtea parum de cibo et potu eſt ſumendum. Et cibo vtatur facilis digeſtionis, et vino debili reficiatur corpus. *Verum pro nunc cum maxima cautela ſtuphae et thermarum balnea ſunt quaerenda, ne ab infectis ſint balnea per contactum infecta. Nam per contactum infecti mediate vel immediate alias inficiunt perſonas.*

 De

g) *Maſtica* Guelph.
h) *Calibiata* Guelph.

i) *Replet* Guelph.
k) *Paſſiones* Guelph.

De Somno et Vigilia.

In die dormire, et praeſto poſt cibum ſumtum, et ſtomacho repleto, eſt inſanum, maxime in non conſuetis, quia caput grauat, et ad multas graues diſponit paſſiones. Somnus prolixus ac *l*) profundus nocet: Nam reuma multiplicat. Vigiliae multae virtutes debilitant, et earum indiſponunt organa, et rationem perturbant, humores acutos et aduſtos generant: Quare vitandae ſunt Melior ſomnus eſt, qui fit poſt cibi deſcenſum a ſtomacho, et qui eſt vii. vel viii. vel ix. horarum, in diuerſis tamen complexionibus et temporibus. Tranſactis iam tribus vel ad minus ii. horis poſt coenam, dormiendum eſt. Caput et pectus ceteris altius locentur membris, et bene a frigore cuſtodiantur. Et primo ſuper dextro latere eſt dormiendum vt cibus ad ſtomachi fundum deſcendat facilius, deinde ſuper ſiniſtro latere, longiori *m*) tempore, vt melius digeratur cibus. Verſus mane iterum ſuper dextrum voluatur latus, vt a fundo ſtomachi expellatur cibus. Super ventrem dormire, digeſtionem iuuat, ſed oculis nocet. In dorſo domire, eſt periculoſum, quia graues minatur aegritudines. Somnus, qui fit in hora ſua, vbi humores ſunt ſecundum aequalitatem *n*) in qualitate et quantitate, eſt humectans, calefaciens et naturalem virtutem in ſuis operationibus confortans, et ſpiritus augmentans, et ſenibus ſatis conueniens, quia humiditatem in eis eſt conſeruans.

De repletione et inanitione.

Cum nauſeatiua repletio et ebrietas omni tempore ſint malae, hoc tamen tempore maxime ſunt vitandae. Hoc tempore nulla naturae *o*) conſueta euacuatio eſt reſtringenda, qualiscunque etiam fuerit, niſi immoderata eſſet: Quae ad moderatam reducenda erit. Conſuetas etiam relinquere euacuationes eſt inſanum. Debita enim ventris lubricitas a multis praeſeruat paſſionibus. Ex cibis et potibus tria ſuperfluitatum genera in humano generantur corpore, iuxta triplicem digeſtionem. Prima fecalis, quae per ſeceſſum expellitur; Secunda aquoſa, quae per vrinam vel ſudorem, vel ſputum purgatur, et iuuatur per prouocantia vrinam, ſudorem et ſputum: Tertia fumoſa, quae per fricationem, balneum et exercitium reſoluitur. Et ſi natura non eſſet fortis in egerendo, iuuetur per artem, vt cibo lubrico vel fructibus humidis, vel lubricis, a principio menſae ſumptis, vel ſuppoſitorio, cliſteri vel pillulis communibus, vel aleſanginis, vel de aloe toto. Et *in praeſenti diſpoſitione ſanguinem ab acutis et aduſtis mundificando humoribus* ſatis ſunt conuenientes pillulae de fumo terrae, electuarium Hamech et electuarium lenitiuum. Harum medicinarum quantitas ſit magna vel parua, iuxta earum operationem multam vel paucam, et iuxta corporis vires et aetatem neceſſario earum quantitas eſt varianda. Et in his ſemper a debilioribus eſt incipiendum, gradatim ad fortiora aſcendendo, tamen ſemper virtutis conſtantiam conſiderando. De humorum horum peccantium digeſtione et euacuatione in regimine curatiuo latius habetur. In conſuetis et humorum multitudinem habentibus non negligenda eſt flebothomia: (Multitudinem enim humorum euacuat) Sed cum cautela fiat, ne flebothomando frenum euacuetur humorum, et poſtea furiant vel incrudentur humores.

De accidentibus animae.

Vitandae ſunt omnes paſſiones animum turbantes, vt ira, contentio, timor, triſtitia, ſollicitudo, anxietas, deſperatio, puſillanimitas, odium, inuidia, cogitationes fortes, ſtudium profundum. Hae omnes paſſiones corpora exterminant a naturali conſiſtentia, ſanitatem impediunt, groſſum et melancolicum ſanguinem generanti: Quare vitandae ſunt. Gaudium etiam magnum et inordinata laetitia vitentur, quia ipſum debilitant cor, ſanguine et ſpiritu priuando. Etiam *abiicienda eſt* omnis *imaginatio fortis de iſtis puſtulis cum timore*, quia imaginatio in corpus proprium fortis eſt imprimendo *p*). Vtendum eſt nunc pro poſſe gaudio et laetitia temperatis *q*). Nam haec corpus non perturbant in mouendo ſpiritus et ſanguinem inordinate ad extra vel ad intra. Et in his floret animus, roboratur ratio, et vires corporis recuperantur. AVICENNA. Scias, quod virtus augmentatur vino et cibo ſubtili, odoribus bonis, tranquillitate, gaudio et dimiſſione *r*) eorum, quae contriſtant et rixare faciunt, et rememoratione rerum amabilium, et habitare cum dilectis.

De coitu.

Exceſſiuus et violentus coitus permaxime eſt vitandus, quia vires corporis minuit, et principalia debilitat membra, viſum et omnes iuncturas ac neruos laedit, et in extremam perducit ſenectutem. A coitu abſtinere debet ſupercalefactus, infrigidatus, famelicus, cibo vel potu repletus, etiam laboribus fatigatus, et multum euacuatus, ſine fluxu ſanguinis, vel ventris, vel vomitu, vel ſudore multo. *In praeſenti* etiam *diſpoſitione frequens et exceſſiuus coitus eſt vitandus, quia t*) *corruptas materias ad exteriora mouet corporis, et ad cutis ſuperficiem calidos et putridos excitat vapores. Vnde corporis foetor, oris et gingiuarum generatur, ac pruritus et ſcabies in corpore multiplicatur. Quare communiter coitum multiplicantes foetidi aut ſcabioſi apparent.* Sanus et in matrimonio exiſtens et aſſuetus coitu poteſt hoc tempore eo vti temperate, dum eius natura ab intrinſeco incitatur, et nondum ſolum ab extrinſeco mouetur Et melior hora pro coitu eſt, dum iam prima et ſecunda digeſtiones completae fuerint, hoc eſt, verſus mane circa auroram, et poſt coitum eſt quieſcendum et dormiendum.

De regimine curatiuo.

Harum puſtularum *curatiuum regimen* triplici perficitur inſtrumento, diaeta ſcilicet, potione et cyrurgia. Diaeta ad frigidum et humidum declinet, quia *u*) morbo contraria eſt. Verum hoc *x*) ſit ſecundum plus et minus, ſecundum materiae maiorem vel minorem acuitatem et ſiccitatem.

De aere.

Tempore frigido aer habitationis infectorum ſit temperatus, calido vero *y*) aer camerae rebus odoriferis frigidis alteretur et infrigidetur, vt roſis, violis, floribus nenufaris, foliis et ramis populi, viris, ſalicis, quercus, et fructibus odoriferis, vt pomis, piris, pomis citrinis, aranciis, humectenturque ſpongiae in aqua roſarum cum aceto modico permixta, vel modicum de ſandalis vel camphora addendo, et circa infirmi lectum ſuſpendantur. Vel alia in camera irrigationes fiant cum aqua frigida aceto permixta. Frigido tempore aer habitationis etiam cum rebus odoriferis non multum calidis *propter puſtularum foetorem* rectificetur, vt maiorana rore marino, floribus lauendulae, roſis, ſaluia, menta, et ſic de aliis odoriferis. Poteſt etiam ex his fieri fumus, vel ex trociſcis pro fumo ordinatis. Et non inutile *z*), ſi circa puſtulas ex his rebus vel thure, vel mirra fumus fieret. *Caput* tamen *infecti a tali cuſtodiatur fumo.* Talis *fumus harum puſtularum foetidam virulentiam exſiccat*, et pro earum reſolutione *a*) diſponit. Verum praeſens medicus et adſtantes habent videre, ne ex tali fumo ipſae puſtulae ſupercaleſiant multum. Et ſi commode fieri poſſet, vt aer, quem infirmus inſpirat, ad frigidum declinaret, ad infrigidandum cor eſſet perutile, et *aer* infecti corpus tangens eſſet temperatus, non *calidus*, quia *maiorem furiam, pruritum ac dolorem in puſtulis faceret, ipſasque in corpore multiplicaret, ad corporis ſuperficiem*

l) *Ac* Gu.
m) *Longiori tamen* Guelph.
n) *Aequalitatem* Guelph.
o) *Natura* Guelph.
p) *Imprimendo* Guelph.
q) *Gaudio, laetitia temperans* Guelph.
r) *nam haec* Guelph.
s) *Demiſſione* Guelph.
t) *Quod* Guelph.
u) *Quae* Guelph.
x) *Hoc* Guelph.
y) *Tempore aes* Guelph.
z) *Eſſet*, Guelph.
a) *Per earum reſolutionem* Guelph.

ciem materiam peccantem attrahendo. Neque aer ſit frigidus, quia *b*) puſtulas a reſolutione *c*) prohiberet, et earum materiam ad interiora repelleret membra. Vnde varias malasque cauſaret paſſiones. *Infectorum veſtes et linteamina, ac alia, quae eorum trangunt corpora*, ſaepe ſunt mutanda et fumo odorifero exſiccanda. Niſi tales mutationes et exſiccationes fiant, *res iſtae infectae ac immundae amplius infectum inficerent*, quia ſimile additum ſuo ſimili facit ipſum ſurere, et putridum ac foetidum tactum a putrido et foetido plus foetet et putreſcit.

De diaeta.

Diaeta infectorum ſit tenuis. Ipſi ſe non repleant cibo, etiam bono, cum eorum iam corpora malis et corruptis ſint humoribus repleta, et morbus in ſe ſit cronicus *d*), iam per augmentum malorum humorum plus prolongaretur *e*), quia corpora non pura quanto magis nutriuntur, tanto magis laeduntur ex malorum humorum multiplicatione.

De cibo.

Cibus eorum facilis ſit digeſtionis, boni nutrimenti, temperatus, aut parum ad frigidum declinans, et ſit ex melioribus eorum, qui in regimine praeſeruatiuo ſunt nominati, praeſertim qui ad frigidum et humidum declinet *f*), plus vel minus, vt rei diſpoſitio requirit. Et eorum cibaria ſint alterata cum aceto paſſulato, vel cum aliis frigidis acetoſis alterata, vt decoctione endiuiae, portulacae, lactucae, acetoſae, ſcabioſae, quatuor ſeminum frigidorum maiorum, aut agreſta, vino berberis, vino granatorum, ſucco citoniorum, pirorum, ſucco ribes, ſucco limonum, ſucco pomorum aranciae vel acetoſitate citri, et ſic de aliis, vt ſupra in regimine praeſeruatiuo. Valet lac acetoſum, et aqua lactis, et ſerum caprinum in aſſuetis. Cibaria infectorum ſint, vt prius in regimine praeſeruatiuo notata ſunt. Nam quae ſanos a puſtulis habent praeſeruare, ipſos etiam infectos habent curare, dummodo parum plus ad frigidum et humidum declinent, et cum rebus acetoſis plus ſint permixta. Et ea, quae a ſanis ſunt vitanda, vt in regimine praeſeruatiuo dicitur, etiam infectis puſtulis ab ipſis eſt abſtinendum. Et vitandus eſt omnis cibus ac potus, quibus ineſt portare ad cutim malas et putridas materias, vt ſunt ficus et dactili.

De potu.

Potus ſit, vt in regimine praeſeruatiuo. Vinum tamen plus ſit lymphatum, vel potus poteſt eſſe aqua ordei, vel aqua maſticis, vel aqua calibiata, vbi non eſt ſtipticitas ventris, vel aqua zuccari, vel iulep violarum cum multa aqua, vel lac amigdalarum cum aqua ordei vel furfuris factum, vel aqua decoctionis cinnamomi.

De aliis rebus non naturalibus.

Infectus in quiete degat, aut leuiter ſe moueat deambulando in temperato aere vel parum ad frigidum declinante ante cibum. Poſt cibum immediate a forti motu abſtineat. A corporis fricatione, quantum poteſt, abſtineat, quia fricatio ad cutim malos trahit humores. Balnea in principio poſtponat, ſed poſt ſtatum exſiccatiuis et reſolitiuis balneis vti poteſt, ſiue ſint thermae appropriatae, ſiue alia balnea artificialiter ex herbis et aliis rebus appropriatis confecta. Somno vtatur longiori, et vigilias fugiat longas, largum et lubricum teneat ventrem, diaeta vtatur tenui, ſe cibo vel potu non replendo, gaudens ac laetus degat, abſque ira, furore et triſtitia, et omnes paſſiones animum perturbantes poſtponat, coitum omnino dimittat. *Infecti puſtulis* in ſumma, ſaltem a principio, debent vitare omnia, quae eorum habent corpora calefacere, ſiue ab extrinſeco, ſiue ab intrinſeco.

De potione.

Potio conſiſtit in materiae peccantis minoratione, digeſtione, euacuatione atque membrorum principalium confortatione. Materiae minoratio fit primo cum eductione materierum communium in viis ductuum contentarum, ſecundo cum euacuantibus appropriatis leuibus. Et poteſt fieri cum medicinis illis, cum quibus humores peccantes purgantur, ipſas tamen dando in minori doſi. Pro eductione communium materierum in viis ductuum contentarum tale fiat cliſtere lenitiuum. Rec. Maluae, violariae, mercurialis, bletae ãã Mß. furfur. tritic. Mj. contunde groſſe, et bulliant in ℔. iiiß. aquae vltra conſumptionem tertiae partis. Poſtea fiat expreſſio fortis et colatura, de qua accipe ℔j. ℥vj. olei violarum ℥iiij. zuccari rubri ℥ij. ſalis comm. ʒiij. miſce fiat enema. Vel fiat tale cliſtere, et fortius. Rec. de decoctione praeſcripta ℔j. ℥vj. olei violarum ℥iiij. caſiae fiſtulae extractae ʒvj. Electuar. Hamech. ʒiij. ſalis communis ʒij ß Miſce, fiat enema. Altera die poſt cliſtere minoratiuum poteſt dari tale minoratiuum. Rec. Caſiae nouiter extractae ℥j. Elect. Hamech. ʒiß. Miſce, detur cum aqua endiuiae, fumiterrae ãã ℥ij. mane ante cibum *g*) horas vj. Vel Rec. Elect. lenitiui ʒv — vj. et dentur, vt ſupra. Vel Rec. Pillularum de fumoterrae trociſc. alhand. diagrid ãã gr. ij. Miſce cum ſyr. de fumoterrae, fiant pill. ix. vel xi. et dentur de mane per vj. vel vij. horas ante cibum. Poſt minoratiuum per ij. vel iij. dies detur tale digeſtiuum calidum mane per iiij. vel v. horas ante cibum. Rec. Syr. de fumoterrae ℥j. ſyr. de Endiu. ℥ß. aquae Cicoreae, boraginis, bugloſſ. ãã ʒj. Miſce, fiat hauſtus, et continuetur per iiij. vel v. dies tale digeſtiuum. Vel fiat tale digeſtiuum. Rec. Syr. de fumot. de bugloſſ. de borag. ãã ℥ß. aquarum ſcabioſae, fumiterr. ãã ℥iß. Miſce, fiat hauſtus, detur, vt ſupra. Poſt digeſtiuum altera vel ij. die detur tale euacuatiuum. Rec. Elect. Hamech ʒiij. Elect. de ſucco roſar. ʒß. Miſce cum ſyr. de fumoter. fiat bolus, quem recipere poteſt per ſe aut diſſoluendo ipſum in aqua cicoreae, fumiter, ſcabioſae, ãã ℥j. et fiat hauſtus. Hunc mane ante cibum per vj — vij. horas calidum ſumere poteſt. Vel Rec. Elect. de Pſilio ʒiij. diaſenae ʒij. Miſce, fiat bolus, detur, vt ſupra. Vel Rec. Elect. lenitiui ʒiiij — v. Elect. Hamech. ʒiß. Miſce, fiat bolus, detur, vt ſupra. Vel Rec. Pillularum de fumoter. ʒj. Trociſc. alhand. diagrid. ãã gr. ij. Miſce cum ſyrupo de fumoterrae, fiant pillulae xj. et dentur mane per vj — vij. horas ante cibum. Vel Rec. Pillularum de fumoter. aggregatiuarum ãã ʒß. Trociſc. alhand diagrid. ãã gr. ij. Miſce cum ſyr. de fumoter. fiant pillulae xj. dentur, vt ſupra. Vel Rec. ſeri caprini ℥iiij. diſſolue in eis diagridii a granis iiij — v. vſque ad viij. vel ix. vt placet, et detur mane calidum, vt ſupra, per ſex horas ante cibum. Aſtans et prudens medicus in praedictis laxatiuis poteſt addere vel minuere iuxta regionem, aetatem, complexionem, conſuetudinem et virtutem. Has etiam medicinas medicus ſaepius reiterare poteſt, quia morbus iſte cronicus *h*) eſt, et multarum materierum; Quare et tardae curationis. Poſſunt etiam fieri decoctiones, quae ſimul ſunt digeſtiuae et euacuatiuae horum corruptorum et malorum humorum, vt infra. Rec. Prunorum damaſcenorum numero vij. Vuarum paſſularum, Tamarind. ãã ℥iß. radic. cicoreae ʒij. rad. foenic. petroſ. graminis ãã ʒiß. ſem. aniſi, foenic. dauci, endiu. lactuc. ãã ʒj. Endiuiae, lactucae, ſcabioſae, borag. bugloſ. fumiter. lupuli, ſcolop. politrici, cetrach. cap. ven. ãã Mß. rad. polipodii quercini. ʒvj. Sem. cartamii, agarici praeparati ãã ʒiiij. thimi, epithimi ʒiiß. fol. ſenae ℥iiß florum boraginis, bugl. violarum ãã ʒiß. maſticis ʒij. Cinnamomi ʒj. macis, zinzib. ãã ʒß. Contundantur contundenda groſſo modo et ſecundum artem in vij. ℔. aquae bulliant vltra conſumtionem iij. partis, ſtent in infuſione per hor. xij deinde iterum parum calefiant, fricentur et exprimantur fortiter, et fiat colatura, de qua accipe ℥xxv. et in eis diſſolue ſyr. de borag. de bugl. de fumiter, de endiu. ãã ℥j. ſuccari q. ſ. ad dulco-

b) *Quod puſt. a reſolutione* Guelph.
c) *Verum* Guelph.
d) i. e. *Chronicus*
e) *Perlongaretur* Guelph.
f) *Quae declinet* Guelph.
g) *Per* Guelph.
h) i. e. *Chronicus*

dulcorandum. Fiat potus dulcoratus et clarificatus. De praeſenti potu potes *infecto puſtulis* dare mane per vj. horas ante cibum ℥iiij. — v. calidas. Et hunc potum continuare potes per v. vj. vel vij. dies. Et dum parum operantur, tunc potes de potu iſto accipere ℥iij. vel iiiß. et in eis diſſoluere ʒiß vel ʒij. vel ʒiij. de electuario Hamech vel de electuario de pſillio vel de diaſenae. Hunc potum dando potes addere vel minuere iuxta virtutis conſtantiam. Nam hic potus ſingularis eſt in purgando aduſtos et corruptos humores. Puluis principalia confortans membra, vt ipſa declarant ingredientia. Rec. ſpecierum diarodon. Abb. elect. de gemmis arom. roſar. ſecundum Gabrielem āā ℈ij. Triaſandal. trociſc. de camph. āā ʒiß. pulv. corallior. rubrorum, Karabe, Cinnamomi, Caſiae, lign. roſar. rubrar. ana ℈j. Ligni aloes, been alb. et rubri, ſerici crudi, lap. pretioſor. oſſis de corde cerui, margaritarum ana ℈ß. fol. auri fini numero viij. zuccari taberzet. q. ſ. fiat puluis. Vel confectio in rotulis, diſſoluendo zuccarum in aqua roſarum, ſcabioſae, endiuiae ana q. ſ. De iſto puluere vel rotulis detur infecto mane per ij. horas ante cibum vel in introitu lecti coclear j. vel rotula vna. Valet diarodon Abb. triaſandalum, elect. de gemmis, conſerua roſarum, violarum, ribes. borag. bugloſſ.

Accidentium cura per aſtantem medicum ad propria reducatur capita. Et ſic ipſa accidentia cum appropriatis curentur medicinis. *Cura formicae miliaris* perficitur potione, diaeta et cyrurgia, vt aliarum puſtularum cura. Praeſertim in purgando ipſum medicum oportet habere oculum ad humorem flegmaticum et melancolicum. Et valent in ea praeſcriptae medicinae, quia ipſa etiam de non pura colera fit.

Cirurgia.

Cyrurgia perficitur manuali applicatione, epithimatum, vnguentorum, emplaſtrorum, puluerum, cauteriorum actualium et potentialium atque cyrurgicorum inſtrumentorum iuxta canones et regulas, ad hoc ordinatas, et ſecundum quod caſus ſe offert, ſunt applicanda haec vel alia, vt infra. Si medicus *in curando* has *puſtulas* a principio ante purgationem et digeſtionem peccantis humoris cum frigidis, ſtipticis et repellentibus in *non vlceratis*, et cum exſiccantibus et conſolidantibus *in vlceratis* proceſſerit, videbit, quod in hoc vel in alio loco humoris corroſio poſt corroſionem augeri non ceſſabit, ſed corrodendo de parte in partem ambulabit. Ergo cum reiterata purgatione et digeſtione ipſas curando procedendum erit. Indicatione ſumta a materia harum puſtularum, quae calida et ſicca eſt, competerent frigida et humida, quia contraria, tamen quaſi in principio in omnibus his puſtulis apparet corroſio cum verulentia *i*), quae exſiccatione eget. Competunt ergo frigida et ſicca. Et indicatio ſumta a corroſione et vlcere praeualet in cura harum puſtularum indicationem ſumtam a materia. Ideo in curatione harum puſtularum pura frigida et humida non ſunt adminiſtranda, ſed vbi materia eſſet multum et excellenter calida et ſicca, tunc a principio ipſius materiae feruorem reprimendo, licet adminiſtrare frigida et humida cum adiunctis ſiccis. Et ſic valet nenufar, lactuca, portulata *k*), pſillium, addendo folia roſarum, rubi, extremitates vitis, folia plantaginis, ſemperuiuae et ſolatrum ſiccum, et hoc a proprietate laudatur. Haec per modum epithimatis, vel fomentationis, vel emplaſtri cum aliis appropriatis applicata materiae feruorem et acuitatem refrenant et prohibent, ne cum multitudine ad laeſum fluat locum. In principio harum puſtularum, quando non ſunt vlceratae, valet hoc emplaſtrum. Rec. Pulu. roſarum, plantaginis, corticum granatorum, farinae ordei, lentium ana partes aequales, miſce cum decocto roſarum, plantaginis, et modico aceto non forti, et oleo roſarum, fiat emplaſtrum vel linimentum. In circuitu harum puſtularum, vbi rubedo apparet, non obmittenda ſunt vnguenta defenſiua, quae fieri poſſunt ex bolo armen. oleo roſarum, aceto et ſuccis frigidis ſimul mixtis. Aliud ad idem, quod poteſt poni ſuper puſtulas a principio. Rec. Farinae ordei ℥j. Pulu. corticum granatorum, extremitatum vitis ana ℥ß. miſce, ſimul bulliant cum decocto rubi, addendo olei roſar. et aceti non fortis parum, fiat cataplaſma vel linimentum. Valet etiam in principio et augmento emplaſtrum de duobus granatis tritis et coctis, vt ſupra. Valet etiam hoc emplaſtrum vel linimentum, vbi timetur corroſio et vlceratio. Rec. farinae ordei, lupinorum ana partes aequales miſtae cum decocto plantaginis, rubi, extremitatum vitis, roſarum, addendo parum olei roſarum et aceti non fortis, fiat emplaſtrum vel linimentum. Vbi materia eſſet excellenter calida, ſicca et acuta, et locus eſſet vlceratus, valet hoc emplaſtrum in principio, augmento et ſtatu. Rec. lactucae, portulacae, nenufaris, ſemperuiuae, ſolatri ana Mj extremitatum vitis, rubi ana Mß. Fiat ex eis emplaſtrum vel linimentum, vt ſupra. Haec valent a principio, vbi humorum malorum praeceſſit minoratio aut aliqualis euacuatio, vt ſupra, quia materiae calidae feruorem refrenant, et locum confortant, ne cum multitudine ad ipſum fluat. Laudatur etiam hoc linimentum. Rec. Pulu. roſar. rubrar. ʒij. cupularum glandium, ſumach ana ʒj. Corticum granator. balauſtiarum ana ʒß. Ex his ſubtiliſſime pulu. cum oleo roſar. mirtino et cera modica fiat linimentum, addendo parum aceti non fortis. In principio et augmento harum puſtularum, dum in eis apparet corroſio et vlceratio, valet hoc emplaſtrum. Rec. Pulu. lentium excorticatarum, corticum granatorum ana ℥ß. gallarum ℥ij. medullae panis ℥j. miſce ſimul cum decocto plantaginis, rubi, extremitatum vitis, addendo olei roſar. et aceti parum non fortis, fiat emplaſtrum vel linimentum. Et ſunt, qui addunt parum mellis propter abſterſionem, et bene. Aliud, quod valet in principio, augmento et in fine harum puſtularum vlceratarum. Rec. plumbi vſti loti, ſcoriae ferri praeparatae, tuthiae praeparatae, anthimonii praeparati, ceruſae lotae ana ʒj. coralli vtriusque, camphorae ana ʒß. olei roſarum, cerae, q. ſ. fiat linimentum, diu in mortario plumbeo cum piſtello plumbeo terendo. Aliud. Rec. litargiri nutriti ℥ij. pulueres praeſcriptos adde, miſce ſimul in mortario plumbeo cum piſtello plumbeo diu terendo, fiat linimentum. Aliud ad idem. Rec. pulu. lytargiri praeparati, ceruſae lotae ana ʒij. Corticum granatorum, roſar. rubr. ana ʒj. cerae, olei roſ. āā. q. ſ. Miſce, fiat linimentum. In principio et augmento *formicae milliaris* cum flegmate etc. laudatur hoc emplaſtrum. Rec. furfuris frumenti, pulu. arnogloſſae, roſar. rubr. ana ℥iß. florum camomillae, foenugraeci, fabarum ana, ℥ß. cum lixiuio, oleo roſ. et camomillino ana quantum ſufficit, coquantur ſimul, et fiat cataplaſma. In *formica vlcerata* exſiccantia et abſtergentia debent eſſe fortiora, quam in aliis vlceribus. Et in *formica miliari vlcerata* exſiccantia et abſtergentia debent eſſe fortiora, quam in *formica abſoluta vlcerata.* Medicus tamen in his ſemper debet a debilioribus incipere, ad fortiora aſcendendo. Sic et in corroſiuis procedere debet. Laudatur pro abſterſione et exſiccatione harum puſtularum vlceratarum in principio, augmento et fine puluis thuris mixtus cum modico olei roſar. et aceti non fortis, vt non mordeat. Valet etiam aqua vitis, quae fluit ex ligno vitis, quando vritur etc. Valet cinis ligni ſalicis mixtus cum aliquo rob ſtiptico. Valet puluis vel ſuccus foliorum baſiliconis latorum foliorum. Etiam ſimul mixta valent. Valet puluis capitum piſcium ſallitorum, vſtorum, cum vino ſtiptico pontico, vel aqua ligni vitis applicatus. Valet ſtercus ouinum, cum aceto non forti mixtum. Similiter ſtercus vaccinum. Poteſt fieri linimentum ex his. Valent enim in exſiccando has puſtulas. Valet etiam puluis talis, exſiccando puſtulas illas, et prohibendo, ne augmententur in corpore. Rec. Puluis corticis pini, calcanti ana partes aequales. Miſce cum oleo mirtino q. ſ. fiat linimentum. In *formica vlceroſa corroſiua* laudatur puluis iſte, qui fortis eſt in exſiccando. Rec. floris aeris, ſulfuris citrini ana partes aequales, miſce cum vino pontico vel aqua ligni vitis. Ad idem. Rec. Pulu. gallae viridis immaturae, thuris ana ʒvj. aluminis ſciſſi, myrrhae ana ʒiiij. ariſtol. long. et rotundae ana ʒij. vitrioli ʒj. Conficiantur cum vino, et fiant trociſci, et exſiccentur. Et dum placet, diſſoluatur vnus in aqua roſarum vel plantaginis, vel in aqua ex ligno vitis etc. et ſic applicetur puſtulis etc. Dum hae puſtulae ad mala et corroſiua conuertuntur vlcera, tunc ad vlcerum corroſiuorum capitulum reducantur, et cum cauſticis, igne et ferro curentur, vt rei diſpoſitio requirit. Me excuſatum habere volo, quod hic *de vnguentis vel linimentis* nihil poſuerim, *quae argentum viuum habent, quia haec cum non parua cautela applicanda ſunt, et eorum nocumentum eſt ſaepius iuuamento maius.*

Lector

i) i. e. *Virulentia.*

k) Leg. *Portulaca.*

Lector, hic aduerte, quod has duas formicarum ſpecies (de quibus in principio) PAVLVS ſub aliis deſcribit nominibus, vt habet RASIS, ſic inquiens: PAVLVS *dixit, Formica et puſtulae, appellatae* AFORCHAM *l*), *debent habere puſtulas in pelle, ſimiles verrucis in rotunditate magis, quoniam formica habet radicem latam, et tunc penis pruritum erit ſenſus, quaſi ſenſus morſus formicae. Sed* AFROCHOON *habet radicem ſtrictam: ita, quod credetur eſſe aliqua res ſuſpenſa.*

Hoc breue conſilium ex ordinatione et iuſſu Illuſtriſſimi Principis et Domini, Domini PHILIPPI, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bauariae, Sacri Romani imperii Archidapiferi ac Electoris D. S. H. colendi atque metuendi ſemper, per me, CONRADVM SCHELLIG, artium et medicinae doctorem, hinc inde ex variis medicinae auctoribus collectum, ſapientum medicorum prudentiae diſcutiendum relinquo. Quod ſi bene intellectum et obſeruatum fuerit, ſanis in praeſeruando, et infectis in curando, ab his puſtulis malis vtilitatem conferre poterit multam; Quam concedere dignetur altiſſimus. Amen.

VIII.

IACOBVS WIMPHELINGIVS *m*).

Remedia contra lubricum et incendium carnis.

— Conſideratio periculorum corporis et animae emergentium, veluti pallor, tremor, *lues*, *mentagora*, *lepra*, vertigo, morbus comitialis, crudus et incoctus ſtomachus, podagra, *carnalis affectio*, caecitas, indeuotio et ariditas mentis, nauſea omnis ſapientiae, amaritudo verbi diuini, faſtidium omnis ſpiritualis exercitii, deſidia, ignauia, rationis eneruatio, memoriae detrimentum, cita ſenectus et effoeta, breuiatio vitae, mortis horror, ineptitudo ad dolorem et diſplicentiam praeteritorum facinorum, gelida confeſſio, gelida euchariſtiae ſumtio, inuoluntarius ab hac vita egreſſus, contemptus futurae vitae, contemptus dei.

IX.

CHRONICON MONASTERII MELLICENSIS *n*).

Anno Domini 1495. Rex Franciae armata militia limina petiit Apoſtolorum PETRI et PAVLLI, inſuper exercitu *horribilis et inſueta peſtis eſt orta*, vocabulo *Malafranços*. alio nomine *Bös Blatern* und *Lembt der Glider*. Haec *ſordidiſſima ſcabies* ex omni corporis erumpebat parte tam in viris, quam in foeminis, quam quidam plus, alii habebant minus, aliqui per annum, nonnulli per amplius, et multi ſunt extincti. Medici peritiſſimi ſanitatis antidotum praeſtare dubitarunt, chirurgi vero balneis et vnguentis multorum erant ſolatium. Cumque lues haec multarum terrarum pertranſiſſet fines, hoc in anno et praecedenti in auſtrali regnabat plaga. Prope Crembs vineae quidam cultor intra vites fontem reperit aquae limpidiſſimae, et, eo luſtrato, inuentum eſt, peſti praefatae antidotum fore commodiſſimum. Quapropter concurſus erat populi vehemens, vendebatur pecunia, vt balſamum. Quo viſo, fabricata eſt ſtatua, et innumerabilis coaceruata eſt pecunia ex cupiditate orta. Patauienſis Praeſul ſibi adſcribebat, Rex vero ſibi hanc offerri mandabat.

X.

IOANNES SALICETVS *o*).

CAP. III.

Quis et quotuplex eſt morbus epidimialis vel peſtilentialis.

— Morbi epidimiales aliquando ſunt febres, interdum carbunculi, nonnunquam morbilli, et variolae vel aliae *cutis infectiones, quales* etiam *ſunt puſtulae formicales vel aſaſaticae*, (dictae *malum franciae*) *quae nunc ab anno domini* 1457. *vſque in praeſentem annum* 1500. *de regione in regionem dilatatae ſunt cum ſaeuis accidentibus.* —

TRACTATVS
DE
PVSTVLIS
QVAE
VVLGATO NOMINE DICVNTVR
MAL DE FRANZOS
DOCTORIS IOHANNIS WIDMAN *p*).

IOHANNES WIDMAN dictus MEICHINGER Medicinarum doctor IOHANNI NELL, Phyſico, ſalutem plurimam optat.

Diebus tranſactis, humaniſſime doctor, cum parum otii nactus eſſem, quod raro mihi euenire ſolet, coepi mortalium miſerias animo voluere atque reuoluere, et noua morborum genera paſſim ſurgentia admirari. Venit in mentem PLINII ſententia *viceſimo ſexto naturalis hiſtoriae libro* dicentis: *Parum enim erant homini cetera morborum genera, cum ſupra tricenta eſſent, niſi etiam noua timerentur.* Tot obruimur malis, optime doctor, vt PLINIVS, hominum calamitates conſiderans, alio loco dicat: *Natura nihil hominibus breuitate vitae praeſtitit melius.* Noſtris etiam temporibus foedus morbus inualit mortales, ſiue voluntate diuina; noſtris ita exigentibus meritis, ſeu aſtrorum influentia iniquoque SATVRNI radio id acciderit, iudicare non eſt facile. Volens ergo pro mea intelligentia humano generi opem ferre hunc ex multis collegi tractatum, quem tuae ſolertiae mitto quaſi deguſtationem quandam ſtudiorum meorum, vt caſtiges, et ſi opportunum iudicaueris, impreſſioni tradas. Has ergo meas lucubrationes non iudicis animo, ſed amici legas oro. Quas ſi tibi placere cognouero, maiora cum fiducia aggrediar, teque meorum laborum participem faciam. Vale, ex Thubingen XX. Ianuarii anno M. CCCC. XCVII.

IOHANNES NELL IOHANNI WIDMAN, medicinarum Profeſſori doctiſſimo, praeceptori ſuo ſingulari, ſalutem plurimam optat.

Accepi, doctor egregie, ſuauiſſimas litteras tuas vna cum tractatulo abs te edito, quibus beniuolentiam

l) *Aforcham* et *afrochoon* videntur ſcripta corrupte pro *acrochordon*.

m) *Adoleſcentia* IACOBI WIMPHELINGII *cũ nouis quibuſdã additionib' p Gallinariũ denuo reuiſa ac elimata.* — *Impreſſum Argentine per induſtriũ calcographum* MARTINVM FLACH *inibi incolam impenſis et ſumptibus prouidi* IOANNIS KNOBLOVCH *ciuis inclyte vrbis Argen. Anno ſalutis noſtre, Milleſimo quingenteſimo vndecimo. Secunda feria poſt Viti et Modeſti.* In 4. fol. 4. b. Claruit iam a. 1492. rhetor et profeſſor hiſtoriarum Heidelbergenſis, et edidit *Elegantias maiores, Spiris* 1493. 4. Cf. SAXII Onomaſt. Litterar. P. II. p. 512.

n) V. PETZ *Scriptor. Rerum Auſtriac.* pag. 273.

o) IOANNIS SALICETI *dicti* MECHINGER *Medicinarum interpretis phyſici ducalis Wirtembergenſis Tractatus de peſtilentia.* — In calce leg. *Ex Tuwingen* 1502. 4. Extat etiam in bibl. Trewiana verſio theotiſca: *Regimen durch den Hochgelerten vnd übertreffeulichen der Artzney Doctor Iohañ Wydman genant Möchinger geſetzt, wie man ſich in peſtilentziſcher Luft halten ſoll.* — *Gedrückt zu Straſsburg durch Iohannen knoblauch nach der Geburt Chriſti MDXIX.* 4. Scriptus mihi libellus videtur a. 1495. ſed demum a. 1501. editus. Hunc locum ad probandam gallicae luis antiquitatem memorat Cl. HENSLER l. c. p. 13. negat Cl. GIRTANNER l. c. p. 16. operarum vitium ſuſpicatus. Reliqua ad veram peſtilentiam pertinent. Fuit vero SALICETVS clariſſimus apud Tubingenſes profeſſor inde ab a. 1485. et adhuc a. 1516. inter viuos verſatus. Praeſtantior et ad vſum aptior alter libellus eſt, vnde, quae eius fuerit de foedae luis origine atque natura ſententia, ſatis patet.

p) Vetus inſcriptio eſt: *Tractatus de puſtulis que vulgato nomine dicũtur mal de frãzos Doctoris* IOHÃNIS WIDMÃ, ſ. l. et a. et pagg. octonis impreſſus, vt videtur, Argentinae. Vtrumque librum ſingulari mei MEDERERI fauore ac bene de litteris merendi ſtudio in acceptis fero, vnde, quam fieri poterat curatiſſime, deſcribendum curaui. Conſtat X. plagulis. Multa praecepta, inprimis diaetetica, priori libello comprehenſa, huc veluti tranſcripta et accommodata lui gallicae videntur, vnde colligitur, quid et quatenus de ea WIDMAN ſenſerit.

tiam in me tuam abunde demonſtraſti, clariſſima amoris in me tui indicia oſtendiſti. Gratias tibi habeo immortales, (referre enim minime poſſum) quod tam amice nulla apud te merita habentem complexus es. Et ne honori tuo deeſſe videar, curabo, vt is liber pro tua gloria imprimatur. Iuſſiſti autem, optime doctor, vt caſtigatum, ſi velim, in lucem mitterem. Plus mihi tribuis, quam in me vel agnoſco, vel poſtulo. Non enim huius ſum audaciae, vt ad tanti viri editionem manus apponere praeſumam. Scio namque, tuas lucubrationes mea caſtigatione non egere, ſed vbi rebus honorique tuo conſulere, tibique mea opera aliquid conferre potero, exequar cupidiſſime. Vale, praeceptor optime, et me, vt ſoles, ama. Ex Argentina prima Februarii anno M. CCCC. XCVII.

Tractatus clariſſimi Medicinarum Doctoris Iohannis Widman dicti Meichinger, de puſtulis et morbo, qui vulgato nomine mal de franzos appellatur. Editus anno Chriſti M. CCCC. XCVII.

Haec paſſio, quam vulgo *malum Franciae* aut *morbum Sancti Meui* vocant, apud Arabes ad capitulum *de aſaphati*, et apud Graecos ad rubricam *de acharos* non incongrue reduci videtur, eo, quod haec omnia a ſimili materia accidant; quanquam praeſens paſſio ab eis differat in hoc, quod *ſaphati* et *acharos* in ſolius capitis partibus naſci conſueuerunt, *praeſens* autem *paſſio in toto corpore*, vt plurimum oriri ſolet, et propterea latino ſermone vocari poſſet *exflorationes*, *quae in toto naſcuntur corpore*. Ita videtur enim nominare Galienvs in *primo Memiri* q), *capitulo decimo*, in laudibus cuiusdam antidoti Apollonii, dicens, *quod non ſolum ad acharos*, *ſed etiam ad exflorationes*, *quae in toto naſcuntur corpore*, *bene valet*. Deinde etiam in *capitulo vndecimo* facit rubricam de eis ſub hoc nomine: *Eſt autem deſcriptiue haec paſſio puſtulae*, *a principio ſui lenes*, *diuiſae in numeratione locorum*, *deinde exulcerantur vlceribus cruſtoſis*, *et aliquando verrucoſis*.

Species harum *puſtularum* principales ſunt hae, quia quaedam emittunt virus et humiditatem, et vocantur arabice *ſaphati humida*; quae ſi ad partium corroſionem peruenerint, dicuntur *Refrengi*. Quaedam vero non emittunt humiditatem, ſed forte habent ſquamas ſiccas, et has vocant Arabes *Saphati ſiccam*. Et quaedam eſt multum dura et praua, dicta ab eis *Alchiati* Quaedam eſt extremaliter dura, homogeneae materiae quaſi cum verrucis exiſtens, et dicitur ab eis *Aluatin*. Omnium tamen harum cauſſa materialis a venenoſitate non exſpoliatur. Colliguntur haec partim a Serapione primo *breuiarii capitulo tertio*, partim ab Avicenna *ſeptima quarti*, *tertio tractatu capitulo primo*, et vtcunque a Galieno *primo Memiri*, *capitulo decimo*, auctoritate Archigenis, Critonis, Apollonii et reliquorum antiquorum.

De cauſſis.

Cauſſae huius paſſionis etſi poſſunt poni plures remotae, vna vltio diuina ad ſcelera et delicta hominum punienda, alia vero certi aſpectus vel conſtellationes ſuperiorum corporum, facientes euenire in aere et terra diſpoſitionem, per quam inducunt in corporibus humanis impreſſioni diſpoſitis hanc paſſionem praedictam. Sed quoniam de his cauſſis non multum curat medicus, vt medicus, ſed potius de cauſſa intrinſeca corporali, ad cuius remotionem morbus tollitur, ideo de iſta proſequar.

Et dico primo, quod in cauſſa harum puſtularum eſt omnis materia humoralis cuiuscunque generis, dummodo ſit mala, venenoſa, acuta et corroſiua, ſanguini mixta. Notanter dixi *acuta*, quia *niſi cum humoribus fuerit acuitas*, *non vlcerabunt*, dicit Rasis *XIII. Continentis capitulo ſecundo*. Cum ergo ſit acutus venenoſus, conſueuit inprimis facere pruritum, deinde continuitate dierum ignit locum, faciendo puſtulas, vt bene dixit Serapio. Secundo ſpecialiter in cauſſa eſt humor melancolicus, malus, aduſtus. Ex hoc enim ſubtile eius ſinitur, et groſſum ſit apoſtema ſiue puſtula, dicit Avicenna. Et, vt Serapio ſentit, *plurimum ſit praeſens paſſio ab iſta materia*. Vnde etiam plures medicinas contra eam dirigam in cura. Ex tribus autem cauſſis contingit hunc humorem abundare in corpore, vt Rasis ibi ſupra auctoritate Galieni dixit. Vna eſt hepatis caliditas fortis, adurens humores. Secunda eſt debilitas attractiuae virtutis ſplenis in attrahendo et mundificando melancoliam a maſſa ſanguinea. Tertia eſt nutrientia conuenientia ad illud, id eſt, ad generationem illius humoris, intelligendo per nutrientia non tantum cibos, ſed etiam alias omnes res non naturales, facientes ad generationem dicti humoris. De quibus primo eſt *aer* exceſſiue calidus, adurens humores, ſiue ex ſole, ſiue ex igne calefiat. Ipſe etiam aer peſtilens corruptus. Secundo eſt fortis et laborioſus motus, labor quoque diuturnus, praeſertim factus in hora non congrua, nec non coitus multus. Et tertio eſt paſſiones et accidentia animae, vt diuturnum odium, ira, rixa et furor. Et quarto in cibis ſunt omnia cibaria, facta ex conditis cum ſale, vt oliuae, cappares. Et licet cappares ex ſui proprietate purgent humores acutos et melancolicos, tamen ex modo ſubſtantiae ſuae groſſae et ſiccae generant eos. Sal namque ſinit humiditatem in rebus. Huius generis ſunt piſces ſaliti et carnes ſalitae, et denique omnes carnes porcinae, maxime vero *porcorum*, *ex his puſtulis infectorum*, *ſicut plerisque in locis nunc reperti ſunt*, erunt potiſſima cauſſa. Generant etiam hos humores omnia amara, omnia acuta et acrumina, vt ſinapis, raphanus, cepae crudae, porrum, allium, piper, et ceterae ſpecies aromaticae, acutae, dum ſumuntur in multo vſu. Idem faciunt ſubſtantiae leguminum, de piſis, fabis, lentibus, milio etc. et praeſertim ſi condiantur cum acutis ſpeciebus, aut cum dulcibus. Nam et fortiter dulcia, et maxime dactili, nocent, vt Avicenna de *Saphati* dicit. Tandem in potu ponitur inter cauſſas vinum groſſum, nigrum, opacum, vinum turbidum, inuerſum, et ſimiliter aqua turbida mala.

De ſignis diagnoſticis.

Signa autem hunc *morbum monſtrantia* in genere, nec non diſtinguentia inter ſpecies dictas, ad viſum et tactum ſunt manifeſta, ſed ſigna cauſſarum ſiue materierum diſtinctiua elici poſſunt ex Serapione. Nam in materia plus ſanguinea apparet a principio *puſtularum rubedo* aliqua cum duritie, inflatione, caliditate et ſenſibili expulſione earum ad extra, in colera autem *citrina* attinet rubedo citrinitatis, et eſt velox exitus earum, et dolor fortis. In phlegmate eſt *albedo* et mollities ſine dolore. In melancolia vero eſt *durities* earum, et priuatio doloris.

De pronoſticis.

Signa pronoſtica ſunt haec. Primum pronoſticum euentus abſolute eſt, ſi incipiat *dolor* alicui ſpontaneus *in coxis*, *tibiis* aut *brachiis*. Oportet in hac temporis conſtitutione exſpectare has puſtulas, praeſertim ſi *dolor* et *apoſtemata genitalium* coniungantur. Ita experientia compertum eſt. Propterea, his apparentibus, cura prouiſiua procedi conſulo.

Signa quoque *pronoſtica bona* et *mala* ſunt haec. Primum, quod haec paſſio ſit cronica, durans tempore extenſo valde, ſi non euacuationum pluralitas, diaetae bonitas et localium antidotorum debita adminiſtratio eam abbreuiauerit. Cauſſa autem cronicitatis eſt materiae multitudo, groſſities et malitia, quoniam plurimum eſt melancolica venenoſa, vt Serapio dicit, quae a virtute non coadiuta a medico non, niſi in longo vincetur tempore. Secundum eſt, quod haec *paſſio* eſt *contagioſa*, tranſiens de homine in hominem, et inde de ciuitate in ciuitatem, et de regione in regionem. Tertium eſt *haemorrhoides*, huic paſſioni accidentes, cum fluxu moderato accelerant curam eius. Quartum eſt, quod corpus per has puſtulas perfecte purgatum a lepra, cancro et ſimilibus morbis, non minus, quam per exitum variolarum cenſeatur praeſeruari.

De cura.

His praemiſſis, ad curam accedo. Sed cum conſiderem ſaeuitatem huius *paſſionis* et *deteſtationem* eius

q) i. e. Lib. *de compoſit. medicam*, *ſecund. loc.*

eius maximam, ita, vt homines a ciuili conuerſatione ſeparentur, ſaltem quoad curati ſint, non tantum regimen curationum, verum etiam prouiſiuum, quod debetur ſanis nondum infectis. Primo loco notabo, vt per eius obſeruantiam ab incurſu praedictae paſſionis praeſeruari poſſint. Dehinc curatiuum ſubdam.

Primum igitur completur cum *diaeta* et *potione*. *Diaeta* conſiſtit in debita adminiſtratione harum ſex rerum, quae ſunt aer, motus et quies, ſomnus et vigilia, animi paſſiones, cibus et potus, inanitio et repletio, quae a phyſicis nonnaturales appellantur.

Circa *aerem* pono aliquas regulas, quarum prima eſt, quod aer locorum, in quibus hae puſtulae et generari, et multiplicari conſueuerunt, eſt fugiendus pro viribus, quoniam vt Rasis *decimo ſeptimo Continentis capitulo de aere* dicit, *mutatio facta a bono loco ad malum inducit morbos velociter, et e contra*. Et in *quarto Almanſor*. ait, *quod terra, in qua ſiunt peſtilentiae et antrax* (ſub quibus puto comprehendi has puſtulas) *eſt fugienda*.

Secunda regula. Omnis aer groſſus et turbidus eſt euitandus, *quia ſpiritus et humores mutantur in noſtris corporibus mutatione aeris nos continentis*. Vt capitulo *de aere* dicit Rasis. Si ergo aer ſit groſſus, turbidus, eodem modo erunt humores noſtri. Ergo. Tertia regula. Omnis aer foetidus eſt fugiendus, et praeſertim in aeſtate, vt Rasis ſupra docuit. Si quis tamen ſponte aut coactus foetida aut infecta loca inhabitare habeat, euitet ſaltem ea loca, vbi plures confluunt infecti, praeſertim ſi anguſta et ineuentata fuerint, et ſtudeat facere, vt Almansor in *quarto* in *capitulo de cautela aegritudinum tranſeuntium de vno in alium* iuſſit, ſcilicet *quod ſedeat ſupra ventum aegri* (id eſt, a latere, vbi ventus non perflat ab aegro ad eum) *ſed vice verſa*, et maxime tunc, quando accidunt *alcola r*) *in oribus* eorum, et incipiunt foetere anhelitus, quoniam *morbus eſt contagioſus*, vt ſupra patuit. Quarta regula, quod aer habitationis in praeſeruatione ſit temperatus inter calidum et frigidum, aut remiſſe frigidus et humidus.

Si vero in aliqua qualitatum notabiliter excedat, ducatur ad temperamentum cum ſuo contrario, oblato in vſu moderato. Fiant ergo fumigia, odoramenta et irrorationes, prout neceſſitas vocat. De quibus in tractatu, quem *de peſtilentia s*) edidi, copioſius ſcripſi. Illuc ergo remitto.

In *motu* ſiue *exercitio* et *quiete* ſibi oppoſita dico, quod cauendum eſt ab omnimodo otio et quiete corporali, quia multiplicat ſuperfluitates corporis, et ad malitiam et putrefactionem eas diſponit. Non propterea laudo motus fortes, aut diuturnos nimis, quoniam ducunt ad humoris aduſtionem atque exſiccationem, et virtutis reſolutionem, ſed laudo exercitium temperatum paullatine factum, nullius vires ſupergrediens, imo cuiusque viribus commenſuratum, factum ſtomacho vacuo a cibo et in aere temperato. Id enim excitat calidum naturale, vigorat digeſtionem, et excludit ſuperflua, ſicut e contra poſt ſtomachi repletionem factum digeſtionem corrumpit, et ad plures praeparat morbos, vt apud Rasi, Rabi Moysen et alios habet videri.

Sed quia non eaedem exercitii ſpecies omnibus congruunt hominibus, (aliis enim pedes, aliis eques, aliis nauigando aut aliter exercitari conuenit) ideo ſtudeat medicus hoc ſecundum vires corporum et perſonarum exigentium iniungere, ſicut ex Avicenna *tertia primi de ſpeciebus exercitii* diſcere poterit.

In *ſomno* et *vigilia* ſeruanda eſt temperies et mediocritas, quoniam vtraque, tam ſomnus, quam vigilia, praeter modum facta nocent, vt in *Aphoriſm.* teſtatur Hippocrates.

Vigiliae enim ſuperfluae humores acuunt et inflammant. Somnus etiam longus, ſupra inanitionem factus, idem operatur. Aliter vero factus infrigidando, humefactando aut humectando nocet digeſtiuae virtuti, ac per hoc multiplicat ſuperflua. Fiat itaque ſpatio ſeptem aut octo horarum, quatenus in eo bona fiat digeſtio et corporis humectatio ſubſtantifica, nocte autem dormiatur, et non in die, niſi ex legitima cauſſa nocturnus fuiſſet ablatus. Sed *caueat* praeſeruator quisque, *vt camiſiis, linteis et coopertoriis, imo manutergiis, quibus puſtulati vſi ſunt, non approximet, nec eis vtatur aliquo modo*: In quo multa debet eſſe cautela.

In *animi paſſionibus* nocent omnes, quae humores agitant multum, et inflammant, atque exacuunt, vt ira, rixa, furor et odium diuturnum, non minus timor et triſtitia, longa cura et ſollicitudo plurima dimittantur, quoniam non parum faciunt ad generationem humoris melancolici. Verum iſta corrigere eſt magis philoſophi moralis, quam phyſici opus. Quisque ergo in his ſit ſui ipſius corrector et regulator, et ſtudeat bene ſperare, iocunde viuere, et gaudere frequenter, atque cum amicis et dilectis conuerſari et confabulari. Haec enim faciunt ad generationem ſanguinis laudabilis, contrarii humoribus prauis ſupradictis, ex quibus praeſens paſſio naſcitur, vt *vndecima tertii capitulo penultimo* elicitur. Sed quoniam *coitus* a plerisque animi accidentibus annecti ſolet, licet etiam ad motum reduci poſſet, de eo ergo hic breuiter dicendum, quod coitus praeſertim multus, in omni aeris corruptione vitari debet, vt Constantinus aſſerit, cuius cauſſa eſt, quoniam omnes virtutes debilitat, corpus deſiccat vehementer, et humores malos ad cutem conuertit, vt *ſeptima quarti de ſcabie et pruritu* dicit. Praeſertim etiam eos *ad genitalia* deriuare videtur, propter concuſſionem fortem in eis factam. Vnde forſan fit, quod *praeſens paſſio in plerisque primum ibi manifeſtari ſolet*. Verum tamen eſt, quod in iuuenibus, et primis ſenibus otioſis et groſſe diaetatis atque ad venerea aſſuetis, dum fiat lege permittente, non interdicitur omnino factus, ſcilicet documento Galieni in *tertio tegni*, puta, quod fiat corpore non nimis repleto, nec nimis inanito, et tantis interuallis, vt in vſibus eius corpus diſſolutionem minime ſentiat, ſed leuius ſe ipſo et melius dormiens videatur. Sic enim factus animam dilatat, quia malos fumos melancolicos expellit, et ſperma, quod conſuetum erat multiplicari, et ex retentione et coarctatione corrumpi, expurgat, et per hoc a prauis accidentibus, de quibus Hali et alii ſeniores memorant, praeſeruat. In aliis corporibus et aetatibus, atque aliter factus, plurimum nocet ex cauſſis allegatis. *Summopere tamen cauendum, ne coitus fiat cum muliere puſtulata, imo neque cum ſana, cum qua prius breui temporis ſpatio concubuit vir puſtulatus, propter euitare contagionis periculum. Iam enim cognitum eſt experientia, vt ſubſequens poſt puſtulatum recenter inficitur. A proſtitutis ergo mulieribus hoc tempore maxime cauendum eſt.*

In *cibis* vitari debent omnes, qui faciunt ad generationem horum humorum malorum, et maxime tendentium ad acuitatem, qui ſupra *de cauſſis* numerati ſunt. Dimittendi ſunt etiam omnes cibi malae ſubſtantiae vel proprietatis, vt fungi, tubera, nuces vel amygdalae rancidae, et carnes vel piſces, ad putrefactionem diſpoſiti. Pro tanto Zoar *primo Theiſir capitulo ſeptimo* prohibet omnia, quae ſaporem ſuum mutarunt. Praeter hos cauendi ſunt omnes cibi facile corruptibiles, praeſertim ſi ad acuitatem corrumpantur. Ex eis namque praui procreantur humores. Hoc modo etiam nocere poſſunt cibi melancolici, cum dulcibus aut acetoſis commixti, ſimiliter lac, praeſertim factum acre, et denique fructus horarii, vt criſomila perſica, neſpilae, ficus, melones, ceraſa, et cetera, et eo magis, ſi naſcantur in terra, vbi dicta paſſio multiplicatur, vt Avicenna *ſecunda primi: Mortalitas* (id eſt, corruptio aeris) *corrumpit arbores et vegetabilia, et corrumpuntur inde, qui eis veſcuntur.*

Ex quo ſequitur, quod *panis*, ſi fieri poteſt, debet fieri de frumento, in terra ſana et alio anno producto. Intellectis fugiendis, et a quibus cauendum, facile erit intelligere, quibus ſit vtendum. In genere itaque laudantur cibi facile digeſtibiles, boni chimi, et paucarum ſuperfluitatum generatiui, ad temperiem aut ad paucam humiditatem et frigiditatem decliues, et ſi ab his elongantur conditionibus, ſit receſſus

r) i. e. Aphthae ſ. oris interni vlcera. Hensl.

s) Vid. *Tractatus de peſtilentia*, ſ. l. et a. niſi vt in appendice, *de fuga peſtis*, ſub finem legatur, *Ex Tuwingen Anno* 1501. Reperiuntur vero haec praecepta c. 11. *de cura praeſeruatiua in peſtilentia aeris*, *qui debetur. ſanis nondum infectis.*

Aphrodiſiac.

N

receſſus iſte paruus. Inter *carnes* ergo ſunt bonae et laudatae, carnes capretorum et vitulorum, atque agni annualis, caſtrati iuuenis.

Pro exercitatis vero et robuſtis conceduntur carnes boum iuuenum adhuc in augmento exiſtentium, ſimiliter carnes ferarum iuuenum, antiquarum vero omnino ſunt deteſtandae. De volatilibus valent galli caſtrati iuuenes, gallinae iuuenes et pulli earum. Similiter valent omnes aues, quae in nemoribus et campis ſiccis degunt, praeſertim ſi ſint mediocriter pingues, quas tamen pro calidis et ſiccis hominibus plus laudo elixari, et cum agreſta, vel alio infrigidante apparari, praecipue tempore calido, quam aſſari. Ex aduerſo autem anates, grues, anſeres et cunctae aliae, in aquis morantes, vituperantur, quia groſſum, melancolicum et malum faciunt chimum. Valent brodia bonarum carnium, et ſpecialiter gallinarum, iuſtula, etiam piſorum et cicerum, nec non brodia caſei noui parum ſaliti et quaſſati. Similiter lac amigdalarum recentium, non rancidarum. Valde etiam conueniunt oua gallinarum recentia, tenera, ſiue ex teſta ſumantur, ſiue in aqua proiiciantur, cortice rupto. Non incongrue etiam dantur, ſi vitelli eorum in iuſtulis contuſi offerantur, aut aliter in ſubſtantia molli dentur, licet quanto incommixtiores, tanto ſint meliores. De piſcibus, licet ZOAR vituperet vſum eorum, puto, quod loquatur in cura curatiua et frequenti vſu eorum, tamen in cura prouiſiua non deteſtor piſces, duros, ſquamoſos mediae quantitatis in ſuo genere, ex fluuiis mundis, longe a ciuitatibus, vbi ſordes purgantur, captos, in vino bono elixos, aut etiam aſſos, ſed non frixos.

Et ſi libet ex eis, aut etiam ex carnibus facere galredinam, fiat cum aromatibus non acutis, ſed ex croco, mace, zincibere, ſandalo et ſimilibus, addito aceto debili et non multum acri, ne fortiter exſiccando conuertat humores in naturam melancoliae.

Inter *olera* admittitur ſpinachia, bleta, lactuca, atriplex, borrago, bugloſſa, endiuia, parum tamen ex eis aſſumendo, portulacam tamen AVENZOAR prohibet. Maxime vero cetera olera dimittantur, cum AVERROE teſte, *omnia, praeter humectantia, generant melancoliam.*

Inter *radices* aliquando conceduntur paſtinacae bene coctae, interdum napi et rapae cum carnibus etiam optime coctae, raro tamen vſu. Inter *fructus* laudo vuas bene maturas, amigdalas dulces recentes, non rancidas, vuas paſſas, non nimis pingues, pineas fiſticos, granata, poma arantia dulcia et muza, et interdum poma maciana et auellanas ſiccas excorticatas. Sed non nuces communes, dactilos atque ficus.

De *ferculis* conceditur ptiſana non colata ſiue puls hordei, et puls de farre ſpeltae aut auenae, aut etiam de eius farina. Dum tamen auena non ſit multum exuſta: Aliter enim generaret melancoliam. Sunt etiam alia fercula, vtpote quae fiunt de ouis, de riſo bene cocto, in brodio, non autem in lacte, et de aliis rebus, quae ſi ſupra non ſint vetita, in genere vel ſpecie omnia admittantur. Lac autem, quoniam raro bene digeritur, ideo eius vſum vituperat ZOAR, neque ego laudo, niſi aſſuetis ad ipſum, habentibus ſtomachos temperatos et mundos, quia cum hoc etiam poſt eius ſumptionem ſe bene regunt, non exercitando ſe, nec dormiendo, nec alium cibum ſumendo, donec ſit digeſtum, ſicut MESVE in *capitulo de phtiſi*, et AVICENNA *ſecundo canone* praecipiunt. Pro *potu* laudo vinum albi vel medii caloris, quod in ſapore ſit ſuaue, non acre, vel multum dulce, in aetate circiter annum aut amplius, et in virtute mediocre: Quod ſi forte fuerit, limphetur. *Cereuiſa* etiam tenuis et clara pro colericis et calefactis aeſtate concedi poteſt. Repletio quaelibet atque crapula, et ebrietas omnis, (quibus, proh dolor! omnis fere natio deprauari incipit) eſt plurimum nociua, praeſertim ſi fiat ex cibis diuerſis et variis in ſua natura, aut etiam in modo praeparationis, et eo magis, ſi condiantur dulcibus et aromatibus acutis. *Oportet ergo*, vt RABI MOYSES dicit, *retrahere manus a rebus dulcibus et deliciis, quibus vtuntur guloſi.* Vnde patet, quod a tabula ſurgendum eſt cum aliquo appetitu vigente ad cibum et potum. Non propterea laudo tantam iniungi abſtinentiam, vt inde debilitetur virtus, corpus inflammetur, et humores exacuantur. Sed medium conſulo inter haec obſeruari, ita ſcilicet, quod non fiat tanta repletio, vt digeſtiuam virtutem grauet, nec tanta ſubtractio et inanitio, quod ad debilitatem virtutum et inflammationem corporis et humorum producat. Haec de regimine dicta ſufficiant.

Potio vero, quae eſt ſecundum inſtrumentum praeſeruatiuum, perficitur per duas intentionas. Prima eſt corporis euacuatio et mundificatio a prauis humoribus, praemiſſa eorum aequatione, vbi oportet. Secunda eſt cordis et hepatis rectificatio, in virtute quorum dictae materiae generantur principaliter. Euacuatio autem prima eſt valde neceſſaria. Sicut enim RASIS recitat XIII. *Continentis capitulo ſecundo* auctoritatem GALIENI, qui per euacuationem humoris groſſi mali praeſeruauit quamdam mulierem a prauis apoſtematibus de genere cancri, et parum infra ſubdit, quod per frequentem euacuationem humoris nigri fecit etiam ceſſare augmentum dictorum apoſtematum iam incipientium. Ita quoque hic debere fieri non eſt dubitandum. De quo iam *experientiam habeo in duobus, in quibus per euacuationes iteratas humorum groſſorum acutorum puſtulas iam incipientes apparere, tam augeri, quam multiplicari prohibui.* Completur autem dicta euacuatio cum *flobothomia* et *pharmatia*. *Flobothomia* conuenit venoſis, in quibus habundant ſigna dominii ſanguinis, facta ad ℥v. vel vj. ſemel aut bis in quarta parte anni iuxta corporum exigentiam, prout peritus medicus facile nouit: Quam euacuationem ſupplere poſſunt menſtruorum vel emoroidarum retentorum prouocatio. His etiam corporibus vtile erit ponere ventoſas in locis, vbi conſueuerunt cum ſcarificatione, deinde erit ſanguis mundificandus ab humoribus ſalſis, acutis aut aduſtis cum ſyrupo longo et ſimilibus, prout ſtatim dicetur. *Pharmatia* vero ſola ſine flebothomia conuenit his, in quibus ſigna dominii ſanguinis non apparet. Sed quoniam oportet medicari et purgare humores non crudos, ſed digeſtos, ſicut docuit YPOCRAS, ideo poteſt fieri ſyrupus magiſtralis longus, qui materias digerit, et quantum digerit de eis, tantum euacuat, et erit modus iſte minus taedioſus ſumentibus. Fiat ergo ſic. Rec. Lupulorum fumiterrae ana Miß. Abſinthii, eupatorii, chelidoniae ana Mß. Florum violarum, boraginis, roſarum rubrarum ana Pug. I. Vuarum paſſarum ℥j. Prunorum numero XX. Corticum mirobalanorum citrinorum et nigrorum ana ℥iß. Agarici albi electi ℥ß. Epithimi ℥j. Pollipodii, folliculorum ſenae ana ℥ij. Reubarbari boni ℥ß. pro diuitibus ſpicae, maſticis, aniſi, carpobalſami ana ʒß. Salis gemmae ℈j. Buliant in aqua caſei ad libram iß. et poſtquam diu ſteterint, colentur cum expreſſione, et ſirupiſetur decoctum cum melle roſarum et ſyrupo de fumoterrae, et de epithimio ana, prout libet pro dulcoratione, et poteſt addi, ſubtrahi et alterari in digeſtiuis et laxatiuis, ſicut videbitur medico prudenti expedire. Doſis ℥iiij. in aurora ſubactuali calliditate continuando ter aut quater, ſicut neceſſitas vocat. Et ſi opus erit plure euacuatione. Rec. Dyacatholic. ſimplicis, electuarii de ſucco roſarum et confectionis Hamec ana ʒiß. aut paullo plus aut minus iuxta naturam ſumentis, diſtempera in ℥ij. decoctionis dictae, et detur hora diaeta ſeruando dictam purgatorum. — Si quis vero cupit in electuario, conſulo, quod ſumat ex diacatholicone ſimplici et confectione Hamec ana ʒiij. vel in defectum confectionis Hamec ponatur tantundem electuarii ſucci roſarum laxatiui, miſce cum ʒiß. dyaſenae. Et ſi pillulas optat, laudo ſumi ex pillulis de fumo terrae indis et aggretatiuis ana ℈j. aut minus, ſicut natura corporis requirit. Quae medicinae in quarta parte anni erunt iterandae, medio vero tempore mitioribus erit vtendum frequenter. In hoc valet decoctio epithimi facta in aqua caſei omni ſeptimana aut ſaltem quindena, ſemel aut bis ſumendo bonum hauſtum ex ea. Ita enim PAVLVS *decima tertia Continentis* eum dedit ad praeſeruandum ab apoſtematibus prauis. Similiter iuſſit eam iteratis dari vicibus AVICENNA in *prima tertii capitulo de melancolia.* Buliat ergo ℥ß. epithimi in libr. ß. ſeri caprini vnica tantum ebulitione, et poteſt addi aniſi ʒß. ſicut ponunt GORDONIVS et GERARDVS DE SOLO, propter confortare viſcera et carminare ventos. Solent enim materiae groſſae plerumque ventoſari, vt ex *prima tertii* elicitur. Et ſi horreret potionem, ſumat ℈j. aut circiter ex pillulis de iera ſimplici GALIENI cum granis ij. vel iij. reubarbari aut corticum mirobalanorum citrinorum, aut pillulas de aloe loto in eadem doſi, et eas iteret crebrius. Si quis autem diligeret materias digerere magis cum ſyrupis vſualibus, fiat ſic. Rec. Syrupi de fumo terrae, de epithimio

mio ana ℥ß. Syrupi acetoſi ſimplicis, mellis roſati colati ana ʒiij. Aquarum fumi terrae, boraginis, ſcabioſae ana ℥j. Miſce, continuando hunc vel ſimilem ſyrupum per quatuor aut ſex dies, deinde euacuetur materia digeſta cum laxatiuis praedictis, ſequenti die poſt purgationem detur illa mixtura. Rec. Conſeruae roſarum et boraginis ana ʒiß. Pulueris electuarii de gemmis ℈ß. Miſce cum ſyrupo roſarum. Ieiunet tribus aut quatuor horis poſtea. Et poſt cibi digeſtionem, ſi libet, poterit intrare balneum aquae dulcis tepidae, parum ibidem immorando ad reſoluendum reliquias materiae circa partes cutaneas et alterandam malam complexionem calidam et ſiccam, ſi qua ex humoribus et poſt pharmatiam remanſit. *Non ſic laudo balneum ſtuffae*, ſaltem in frequenti vſu, quia, licet prouocando ſudorem videatur conferre, ex hoc, quod ſudor eſt aquoſitas ſanguinis, cui pus colericum eſt admixtum, vt AVICENNA *ſecundo canone*, *capitulo proprio* dicit, tamen ipſum reſoluit ſubtile ex humoribus, relinquendo groſſum, et inflammat atque exſiccat. Ideo magis laudo, quoniam expedit prouocare ſudorem, vt aliis ingeniis fiat, niſi in flegmaticis et humidis, vbi ſecurius conceditur.

Rectificatur autem cor et hepar cum aromatibus reſiſtentibus putrefactioni et venenoſis materiis, vt cum croco, cynamomo et roſis, et ſandalo, et caſia ligni, et ſimilibus, et poteſt fieri talis confectio. Rec. Specierum trociſcorum de ſpodio cum ſemine acetoſae ʒij. Corticum citri, caſiae ligni, cynamomi ana ʒiß. Roſarum rubrarum ʒj. Croci ℈ß. et cum zuccaro diſſoluto in aqua boraginis aut acetoſae fiat electuarium liquidum, aut confectio ſolida, addendo vel alterando ſimplicia, prout opportunitas vocat. Doſis eſt ʒiij. vel iiij. Aut detur coclear huius mixturae: Rec. Conſeruae boraginis et roſarum āā ℥iß. Confectionis perlatae pulueriſatae ℥j. Miſce. Et poſſunt fieri iulep ex aqua acetoſae, endiuiae vel boraginis, et ſimilium, cum zuccaro albo, aromatizando cum modico cynamomo et ſandalo. —

Finit *regimen* praeſeruatiuum a dictis puſtulis. Sequitur *curatiuum* pro actu infectis. *Regimen curatiuum* ſimiliter completur *diaeta* et *potione*, et forſan *chirurgia*. Diaeta autem patientium quaſi ſimilis eſt per omnia diaetae debite praeſeruandis. Similis namque eſt cuſtodia futurorum laborum et correctio iam factorum, vt GALIENVS *de regimine ſanitatis* ait, niſi quod hic aer debet declinare ad quandam temperatam caliditatem, ad maturationem et reſolutionem puſtularum accelerandam, non tamen ad multam caliditatem. Vnum ZOAR prohibet, ne patiens faciem conuertat ad ignem vel ad radios ſolis in aeſtate. In potu etiam offeratur vinum plus aquoſum, (et interdum aqua ordei) quam in praeſeruatione. Potio ſic impletur. Si materia ſit ſanguini mixta, ſicut ſaepe accidit, tunc fiat flobothomia in principio apparitionis puſtularum, maxime ſi declinent ad rubedinem, et fiat de vena vel venis reſpicientibus membrum vel membra plus maculata. Ita enim AVICENNA iubet in *Saphati flebothomare venam imbibentem membrum foedatum*. Dehinc reliqui praui humores acuti, ſalſi aut aduſti digerantur cum iſto vel ſimili ſyrupo. Rec. Capillor. veneris, vngulae caballinae fumiterrae, lupulorum, cuſcutae āā Miß. Cicoreae cum radicibus, bugloſſae cum radicibus, boraginis, ſcabioſae ana Mij. Florum violarum et roſarum rubrarum ana Pug. j. Vuarum paſſarum ℥iß. Prunorum XVI. Iuiubarum XII. Aniſi, maſticis ana ʒß. Spicae ℈ß. Thimi, epithimi ana Mj. Mirobalanorum citriorum et indorum ana ℥ß. Reubarbari ℥ß. Pro diuitibus ſenae, polipodii ana ℥j. Coquatur in libris iij. ſeri ad conſumptionem tertiae partis, facta colatura, dulcoretur cum oxizachara vel ſyrupo acetoſo ſimplici, ſyrupo de epithimo et fumo terrae ana, ſicut libet. Detur quotidie cyatus paruus mane, continuando per aliquot dies. Ita enim RASIS auctoritate HYPOCRATIS *tredecimo Continentis* loquens *de cura prauorum apoſtematum* dixit, *quod non ſufficit laxare coleram nigram ter aut quater, ſed pluries*, et laudat ibidem auctoritate PAVLI decoctionem epithimi in aqua caſei aut mellis, vt ſupra in cura praeſeruatiua. Deinde ſi opus eſt, (vt eſt in plectoricis) detur eradicatiuum ex pillulis, electuario aut potione de his, quae poſita ſunt ſupra in cura praeſeruatiua, offerendo in craſtinum mane mixturam de conſeruis, vt ibidem deſcribitur. Haec cura, ſicut in ſcabie eſt prima, melior et plurimum ſufficiens, vt AVICENNA *ſeptima quarti de ſcabie et pruritu* dixit, ita et hic videtur eſſe prima, propria et plurimum neceſſaria, niſi morbus ſit debilis, quia ſic forſan ſufficiunt localia ſola, vt SERAPIO dicit. Dehinc vero intendatur abſterſioni et exſiccationi puſtularum, diſponendo eas, vt cadant.

Et ſit id *cum gummeris* i. *cum linimentis et vnguentis*. Circa quae notandi ſunt aliqui canones, poſiti a SERAPIONE. Vnus eſt, vt incipiatur a medicinis debilibus, praecipue, quando eſt fortis dolor, deinde gradatim perueniatur ad fortia. Secundus eſt, quod in linimentis oportet cauere a rebus mordicantibus et acutis multum, ne ad acuitatem humoris acuti venenoſi addant plus de acuitate, et per hoc attrahant materias ad locum. Et ideo, ſi volumus vti aceto, (et eſt tertius canon) non ſit acetum vini ſaporis acuti, quia id calefacit membrum et attrahit materiam, ſed ſit vehementis acetoſitatis, quia id infrigidat, incidit, ſubtiliat et confortat, et ſit vſus eius cum mineralibus, vt dicit. Vnguentum APOLLONII laudatum a GALIENO. Rec. Ceruſae ʒv. Litargiri ʒiiij. Sulfuris ʒx. Olei roſarum vel mirtini, quantum ſufficit pro vnguento cum ℥ß. cerae. Vnguentum CRITONIS boni effectus. Rec. Litargiri ʒj. Ceruſae tantundem, olibani partes XXV. Aluminis partes XVI. Terbentinae partes XXV. Piperis albi partes viij. Cerae partes XXXXX. Olei ſextarium vnum, et fiat vnguentum. Vnguentum magiſtrale de olibano. Rec. Reſinae mundae ℥iij. Ceruſae ʒvj. Aluminis vſti, argenti viui extincti, litargiri ana ʒij. Thuris albi ℥j. cum oleo communi fiat vnguentum, in quo aliqui addunt de ſucco lapati acuti vel arantii ℥ß. vel parum aceti. Baſis eſt olibanum, de quo dicit AVICENNA *ſecundo canone capitulo de olibano*: *Et cortices eius boni ſunt veſtigiis vlcerum, et conferunt cum aceto et oleo liniti dolori, qui nominatur compoſitus. et eſt dolor, ex quo proueniunt in corpore, ſicut verrucae, cum quadam re, quae eſt, ſicut formicae deambulatio.* Haec ipſe.

Aliud magiſtrale vnguentum de thure maius. Rec. Thuris albi ℥j. Aluminis vſti, litargiri, ceruſae ana ℥ß. Maſticis ʒij. Argenti viui extincti ℥ß. Terbentinae et reſinae mundarum ana ℥iß. Olei communis, quantum ſufficit. Fiat vnguentum, addendo de ſuccis praedictis ℥ß. vel parum aceti gratia inciſionis, ſubtiliationis et penetrationis.

In proceſſu magis poſſet poni in his vnguentis loco olei communis oleum de iuniperis, aut oleum tartari. Tunc etiam valet vnguentum APOLLONII tale. Rec. Affronitri, id eſt, ſpumae nitri (et eſt baurac armen.) part. v. Litargiri part. j. Tere affronitrum, infundendo paulatim oleum vſque ad conſiſtentiam. Id fortiter exſiccat, vt aſſerit GALIENVS.

Vnguentum SERAPIONIS hoc tempore. Rec. Tubal aeris, myrrhae ana ʒij. Aluminis iameni ʒiiij. Ariſtologiae rotundae calcator. cineris, aloes arabici ana ʒj. Tere et confice cum oleo et aceto. Aliud eiusdem de cartis. Rec. Tubel aeris, plumbi vſti, cartarum vſtarum, ſarcocollae ana ℥j. Sulfuris viui ℥ß. Tere et miſce cum aceto et oleo. Et in defectum illius fecit GALIENVS ſolum ex cartis vſtis et aceto, et contulit, vt idem dicit. Declinante autem paſſione, et facta cicatrice, vtitur CRITON vnguento facto ex ſolo thure et ceruſa frixa ana ʒij. et ſulfure viuo ʒj. cum oleo. Communiter tamen operantes ſunt contenti dicto vnguento de olibano vſque ad finem curae. Facit enim cadere puſtulas cito. Ad idem facit frequens earum fricatio ex aluſnen viridi fullonum cum aceto et ſale. Cito enim cadere facit, vt ait ALMANSOR *in quinto capitulo de ſaphati in fine*.

Et quoniam ſunt aliquae ſpecies harum *puſtularum malignae*, vt patuit, ideo forſan opus erit cirurgia et medicina cauſtica. Dicit enim AVICENNA *de cura ſaphati*, quod fortis ſaphati egeat medicamine acuto, corrodente eam, quouſque perueniatur ad carnem ſanam. In hoc laudo cauterizare cum aqua forti et ſimilibus, non tamen a principio, propter canonem SERAPIONIS ſupra poſitum. Deinde remota eſcara, curetur cura vlcerum.

Vltimo vero erit dicendum parum *de cura accidentium* communiter contingentium. Accidit inter-

dum ex defluxu materierum per venas aut per viam catarri *difficultus inglutiendi* et *tumor apoſtemoſus*, praeſertim in his, in quibus non praeceſſit vel non ſufficienter facta eſt flobothomia, vel euacuatio per farmatiam. In principio cuius, facta flobothomia, valet gargariſmus factus ex dyamoron, de moris immaturis cum aqua roſarum et parum aceti, aut ex ſola aqua ſimplici et aceto, ab extra vero vngatur gula et collum ex oleo amigdalarum dulcium vel camomillae, et apponatur ibi lana ſuccida peruncta eodem oleo, et ligetur, vt fixe adhaereat, et ſeruetur diaeta ſubtili, cauendo a vino et rebus calidis, bibendo ptiſanam ordei Interdum etiam accidit *excoriatio oris* et *puſtulae ſuperficiales* in eo, quae remouentur cum frequenti mundificatione facta cum digito intincto in melle roſarum colato, et cum aqua aluminis, collutione oris facta ex ea. Etiam ſi accideret *alcola maligna*, tunc primo, facta flebothomia conuenienti, quae in omni morbo calido oris conuenit, vt dicit AVICENNA *ſecunda quarti capitulo de alcola*, lauetur ſaepius os cum aceto decoctionis gallarum recentium et aluminis, et ſi haec non ſufficiant, recurre ad capitulum *de alcola*. Idem de cura aliorum accidentium, ſi quae accidant, fieri debet.

XI.

MARCELLVS CVMANVS t).

GEORGII HIERONYMI WELSCHII praefatio in MARCELLI CVMANI obſeruationes medicas.

MARCELLVS CVMANVS quando vixerit, quidque notatu dignum, cum medicinam faceret, praeſtiterit, obſeruationibus et curationibus ſuis, quas hic damus, ipſe indicauit. Perquam ſane opportune, vt cuius nullam mentionem a quoquam factam hactenus deprehendimus. Fato inciderat in id ſeculum, quo mera barbaries in litteris regnabat ſqalidusque verborum ſitus, cum plurima ſtribligine et linguarum extra vernaculam prope omnium ignorantia ſermonem fordidauerat, quod ipſi cum GVAINERIIS, SAVANAROLIS, MONTAGNANIS, GRADIENSIBVS aliisque plurimis commune erat. Exacto autem ad artis opera iudicio longaque multarum rerum experientia effecerat, ne quis ipſi de cetero patriam ſuam in prouerbio iure poſſet exprobrare. Quae cauſa duces et tribunos exercitus Veneti dubio procul impulerat, vt ſuae eum militumque valetudini praeficerent, cui et curam poſtea non exiguam ſedulum impendiſſe, ſatis ex ipſomet patet. Nam praeter plurima remedia, quae ad varios corporis adfectus, externos praecipue, experiens collegerat, ſequentes quoque obſeruationes ad PETRI ARGELATENSIS (ſiue vt vulgo vocant DE ARGELATA) chirurgiam, qua familiariter vtebatur, hinc inde ſuo commodo notauerat. Quem librum olim IOANNES VDALRICVS RVMLERVS Florentiae nactus, vbi tam Ill. et Gen. Comitum FVGGERORVM, VDALRICI et ANTONII, munificentia et commendatione in noſocomio ad S. MARIAE, cognomento Noua, adſiſtentis titulo medicinam exercebat, omnia religioſe manu ſua deſcripſerat, a cuius obitu cum reliqua eius ſupellectile libraria in noſtras manus noſtro aere peruenerunt. Ne igitur perirent, ſed vt MARCELLI quoque aliqua memoria deinceps ſupereſſet, quo minus poſteri totum tumulo acceptum exiſtimarent, curationes ab reliquis experimentis ſelectas in lucem producere conſtituimus. — .

Obſ. IV. Puſtulae ſiue veſicae epidemiae. CIↃCCCCLXXXXV. in Italia ex vno influxu caeleſti, dum me recepi in caſtris Nauarrae cum armigeris dominorum Venetorum, Dominorum Mediolanenſium, plures armigeri et pedeſtres *ex ebullitione humorum* me vidiſſe atteſtor *pati plures puſtulas in facie* et *per totum corpus, et incipientes communiter ſub praeputio vel extra praeputium, ſicut granum milii, aut ſuper caſtaneam u), cum aliquali pruritu patientis.* Aliquando incipiebat *puſtula vna in modum veſiculae paruae ſine dolore*, ſed cum pruritu, fricabant, et inde *vlcerabatur, tanquam formica corroſiua x)*, et poſt aliquot dies incurrebant in anguſtiis propter dolores in brachiis, cruribus, pedibus, cum puſtulis magnis. Omnes medici periti cum difficultate curabant. Ego cum flebotomia in ſaphena, aliquando in baſilica, procedebam cum digerentibus, purgantibus, tandem vnctionibus in locis neceſſariis, et *durabant puſtulae* ſuper perſonam, tanquam leproſam, varioloſam, *per annum* et plus, ſine medicinis.

Obſ. VI. Carbunculi. Curaui plures *carbones* et in digitis, et aliis membris, et *inguinibus*, purgato corpore ex electuario de Sebeſten ℥vj. ſucci roſar. ʒij. aut Rec. Caſſiae ℥v. Elect. de ſebeſten *y*) ʒiij diſſ. cum aqua lupul. fumariae, endiuiae aut bugloſſ. an. q. ſ. poſt dedi aquam lactis caprini rubei *z*) cum ſucco fumi terrae tepide.

Obſ. VII. Bubones. Ego MARCELLVS CVMANVS infinitos *bubones*, cauſatos *ex puſtulis virgae*, et *ex nimia fatigatione et labore* curaui. Si *apoſtema* non erat in via maturationis, ſcilicet in augmento, dabam ſolutiua, ſcil. Rec. Caſſiae ʒiiij. Diaphoenic. ʒiij. Elect. de ſucc. roſar. ʒiß. aquae hyperici, caud. equi, endiu. an. q. ſ. f. potio in aurora. Et hoc pro naturis robuſtis. Pro delicatis Rec. Elect. de ſebeſten ʒv. Eleſcoph. ʒij. F. bolus, vel potio cum aqua cuſcutae, lupulorum, abſinthii, bugloſſ. facta purgatione et diaeta cum ventoſis in parte decliuiori ſanguinis extractio, ſubſecuta eſt ſolutio cum pilulis aggregatiuis vel de hiera.

Obſ. XX. Caries pudendorum. Vidi quendam patientem *carolos a) in virga, in parte praeputii interna*, qui voluit reverſari *b*) praeputium, non poterat. Tum accepi lac mulieris tepidum, et ablui membrum, et ſanatus eſt.

Obſ. XXI. Vlcera virgae. Aliquando ego curaui *vlcera virgae* cum ſucco alcannae ſeu conaſtrelli *c*) arbuſti, et etiam aliquando cum ſucco millefolii, et aliquando cum ſucco ſummitatum ſambuci. Et ſi cauſat *apoſtema calidum cum vlcere*, remoueatur apoſtema, dein curetur vlcus. Puluis cauei ligni multum prodeſt etiam, maxime vero ſalicis. *Vlcera virgae* communiter *accidunt* hominibus aut *propter* menſtrua, aut *propter calefactionem fricantium vuluam*, et tum ſuccus cardui cum aqua roſ. et zukaro confert. Ego MARCELLVS curaui multos patientes *carolos* et *vlcera virgae cum tumefactione praeputii, in dolore vehementiſſimo*, primo facta purgatione, et diaeta, et defenſiuo ſuprapoſito, et cum oleo roſato vngendo. Cum ſyringa iniicio intra praeputium lac vaccae, caprae, vel ſi habeam, mulieris ab vberibus mulctum, tepidum, et patiens cum manibus praeputium inter empotum *d*) teneat, et inde remittitur, vel fit decoctio maluae per ſe, vel cum branca vrſina et butyro, emplaſtretur deſuper bis in die, et in diſſoluta tumefactione vlcus confortatum fuit cum aqua ſolatri et plantaginis calida, aut in materia non nimis acuta proceſſi cum vino albo montano, aliquando cum vino nigro, in quo ponebantur balauſtiae, nuces cupreſſi, roſae, melilotus. De his fiat lotio, facta decoctione. Et aliquando vſus ſum ſucco apii, ſucco caulis. Aliquando mundificaui cum melle roſato ſimpliciter vel cum myrrha, aloes, ireos *e*), et incarnaui eodem modo. Aliquando cum ſolo puluere aloes. Aliquando curaui *vlcera virgae* cum puluere tutiae praeparatae, corall. rubr. praeparat. aloes lotae in aqua endiuiae Pj. M. mitte deſuper, vti alcohol *f*), vnguentum de tutia ſuperponatur, tenendo membrum tectum verſus corpus.

Obſ. XXII. Vlcus cancroſum penis et ſcroti. Vidi curaſſe vnum antiquum ſenem cum iſto vnguento *ex vlcere cancroſo in virga et pectine, et oſſeo g) cor-*

roſo

t) *Obſervationes Medicae*, p. 25. ſeq. primum edit. in GE. HIER. WELSCHII Sylloge Curation. et Obſervat. Medicinal. Centur. VI. complectens, Aug. Vindel. ap. Goebel. 1667. 4. Interfuit medicus caſtrenſis copiis Venetorum obſidionem vrbis Nauarrae aggredientibus, a. 1495. fidus phaenomenorum narrator, ideoque teſtis fide digniſſimus.

u) i. e. *glandem illius partis, quae viros facit.* WELSCH.

x) i. e. *ſerpigo exedens.* WELSCH.

y) Debetur BARTHOL. MONTAGNANAE. WELSCH.

z) i. e. *ſerum lactis ex capra rufa.* WELSCH.

a) i. e. *cariem ſ. puſtulas venereas.* WELSCH.

b) *Reuerſare* Italis eſt *inuertere.* WELSCH.

c) *Conaſtrello* Italis, Lat. *Liguſtrum.* WELSCH.

d) i. e. *infundibulum.* WELSCH. Legi tamen vult, *tum inter praeputium manibus teneat.*

e) Subintell. *puluere.* WELSCH.

f) *Elkohl* Arabib. *collyrium.* WELSCH.

g) i. e. *ſcroto.* WELSCH.

roſo in pectine, ſenza altero *h*). Vnguentum mirabile ad *vlcera cancrenoſa*, facta prius mundificatione corporis ſecundum humorem peccantem, et digeſta materia, remoueatur caro corrupta et diſcraſiata cum cauſticis et cauteriis vel nouacula, poſt vt ratificentur labia et caro generetur, fiat Rec. Olei veteris ℥vj. roſati ℥iß. Lithargyri ℥vj. aut ℥iß. Ceruſſae ℥vj. aut ℥iß. Cerae ℥iß. thuris parum, miſce, et fiat vnguentum nigrum et non vſtum ſecundum artem.

Obſ. XXIV. Impetigo, Ad *mal dell veſpe i*) ſecundum ruſticos. Accipiunt illi domos veſparum *k*), quas terunt et ſuperponunt, et ita quariſcunt *l*). Ego curo puellos cum butyro loto in aqua violarum, poſt hoc butyrum miſceo cum ſucco plantaginis, et linitur ita facies. *Infantes cruſtoſi ex foeda muliere* inunguntur cum lactis flore. *Si ſunt bothores*, accipe fructus alkekengi, et frica deſuper, et eſt mirabile. Sola fricatio radicis lapatii contuſi aliquantulum, facientibus continuam reſidentiam in aceto albo bono, delet impetiginem, expertum a me ſaepius.

Obſ. XXVII. Verrucae. Ego Marcellvs ſetam caudae equi moderate circumſtruxi, ſtringendo, donec penitus emoriatur pars, et bene ſucceſſit.

Obſ. LII. Apoſtemata inguinis. Ad reſoluendam duritiem apoſtematum inguinis. Rec. Diachil. mollific. S. Meſ. ℥ß. Empl. de melilot. ʒj. hyſſopi humidae ʒij. *m*) pingued. gallin. anatis an. ʒß. miſce lento igne, extenditur ſuper corium. Valet etiam oleum liliorum, anethi, keyri tepidi cum lana ſuccida, et applicatis ventoſis ſuper coxam, cum extractione ſanguinis. Quies multum confert, diaeta et clyſteria. *Cerotum ad reſoluendos bubones.* Rec. Haemoniaci ℥j. *n*), bdellii ʒß. Diaquil. ʒiij. *o*) pulu. Ireos ʒß. pingued. anſer. vrſi, taxi, an. ʒiij. diſſolu. gumma, et add. pulu. Ireos in fine, et fiat, ſicut vnguentum. Parietaria etiam et petroſelinum ſunt reſolutiua apoſtematum, et anagallis tepida cum aceto.

Obſ. LIII. Bubones vlcerati. Bubonibus vlceratis multum contulit lapis haematites. Et Rec. Ol. roſar. myrti, nenuphar. an ℥iij Aquae plantag. ſolatri, roſ. aceti, an. ℥viij. In praedictis aquis fricentur lap. haematit. ℥viij. ſupra cote, dein bulliant cum praedictis oleis viſque ad conſumptionem aquae, deinde bull. vnguent. populeonis, lithargyri an. ℥iij. minii ℥viij. add. Caphurae ʒij. Cerae p. f. Cerotum ſ. a.

Obſ. LIV. Bubo. Vt reſoluatur *bubo* in principio et augmento, a cauſa primitiua vel a *carolis fiat hoc*, facta prius purgatione et diaeta, Rec. Ol. Sem lini, et cum eo tepido inungantur inguina, dein ſuperaddatur ſaepius permutando modo vnam, modo aliam faldellam ſtupae *p*), infuſam in vrina tepida bullita cum ſale, et hoc continuetur per tres horas, et habet euentum mirabilem. Purgetur etiam corpus cum pilul. aggregat. vel electuario de ſebeſten vel Caſſia. *Ad reſoluendum.* Rec. Armoniaci, galbani in aceto diſſolut. Croci parum, miſce, applica ſuper corio. Anacardi mel cum pice nauali incorporetur, aut pes coruinus cum fermento pro ruptorio.

Obſ. LXX. Vlcera virgae. Vlcera virgae aqua hac curata. Rec. Tutiae praeparatae, Caſur. an. ʒß. Viridis aeris ℥iij. ſalu. roriſmar. an. Mj. vin. alb. phial. j. bull. ad tertias, et col. Mumia etiam confert *vlceribus* veſicae et *virgae*, cliſterizando *q*) et deſuper adplicando. Lithargyrum album diſtemperetur cum oleo roſato.

Obſ. LXXI. Vlcera inguinum. Lauanda *r*) pro vlceribus fit cum vino nigro et ſaluia, bene exſiccatur, et ſuperponitur pulu. nidi veſparum vſti, vti fit ſub tectis. Potio communis ad torſiones et vlcera ventris. Rec. Mumiae, boli Armen. Terr. ſigillat. an. ℥j. f. pulu. detur ʒj. cum ℥j. ſucci plantaginis.

Obſ. LXXII. Vlcera virgae. Vlceribus virgae eſt mirabile vnguentum de tutia, et haec lotio. Rec. Aqu. plantag. ſolatr. Conſolid. roſ. an. bulliant cum foliis myrti, roſ. balauſt. add. alumin. et aloes an. parum, aliquando et mel roſatum. Aliquando fit lotio cum ſolo melicrato. *Ad concaua* decoctum hordei cum mell. roſ. valde abſtergit. Lauanda cum vin. mell. roſ. myrrha, aloe, roſ. melilot. et camomilla, aliquando etiam cum alumine et ſaluia. *Durities* autem *a conſolidatione relicta* remouetur ceroto ex diaquilo ſ. c. cerot. hyſſop. humid. Mesves *s*) mixta.

Obſ. LXXIII. Corroſio a carie virgae. Ne vlterius procedat *corroſio in carolis in praeputio*, ſolitus ſum procedere cum flore aeris vel vitriolo pulueriżato, cum aqua ſolatri mixt. et cum petia *balneentur caroli t*). Puluis etiam maxill. lucii piſcis eſt mirabilis exſiccatus, et valde conſolidat. Item Rec. Tutiae praeparat. pulu. aloes praeparat. ſachari tabarzeth *u*), an. ℥ij. Alum. vſti ℥j. Miſce.

Obſ. XXIV. Phimoſis pudendi virilis. Si quis haberet *praeputium ſcapellatum x*), quod non poterat cooperire caſtaneam propter inflammationem, fiat lauanda cum lacte mulieris, dein accipe butyrum, vitellum oui, et olei roſ. miſce et inunge.

Obſ. LXXV. Vlcera penis et ani. Vnguentum de tutia praeparata cum linimento de plumbo facto cum ſucco vermicularis *y*) confert *vlceribus penis et ani.* Et pulu. rad. filic. fem. quae ramos habet plures *fiſtulis humidis* impoſitus curat eas, quod ſaepius expertum.

Obſ. LXXVI. Ani cruſtae et rhagades. Cruſtas ani remouet cymbalaria trita et impoſita. *Rhagades* eiusdem ſanat oleum ſem. lini cum adipe anatis, bull. cum ſem. foenugraeci. *Excreſcentias* delet lac tithymali Septembre collectum, et cinis bufonis ſupra-poſitus. Cortex ſalicis cum flor. roſ. exſiccatiuae virtutis eſt abſque mordicatione in vnguentis exſiccantibus.

Obſ. LXXXII. Volaticae. Volaticae *z*) vel aſperitates melancholicae curatae lotione. Rec. Sulphur. viui ʒj. thuris ʒij. Caſurae ʒj. Bulliant cum aqua roſ. ℔j. Lauabis locum ſero et mane cum aqua fluuiali, et abluendo ſaepius videbis effectum.

Obſ. LXXXIII. Faciei et manuum aſperitas. Ad aſperitatem faciei et decorationem manuum *contra bothores a*). Rec. Litharg. argent. ℥j. Aceti alb. ℥iij. bull. ad tertias. Inde accipe acetum illud bullitum, et ſuperfunde aquae parum ſalitam. Coagulabitur immediate, vti lac caſeatum, et eſt pulcrum, expertum, dealbans faciem.

Obſ. LXXXIV. Rubedo et coſſi faciei. Rubedini et coxis *b*) faciei expertum. Rec. Argenti viui extinct. cum faliu. Ceruſſ. lotae ℥ß. Amygdal. excort. muſil. *c*) in aquae roſ. ℥iß. Litharg. loti ℥ß. M. in mortario ad formam linimenti, et vnge locum ſuperficialiter, ſaepe reiterando, et ſanabitur.

Obſ LXXXX. Ani pruritus. Pruritum ani remouet ol. de ſquinantho *d*) nenufar. et viol. vinum alb. cum melle bullitum. Decoctum ſaluiae cum aqua ſolatri, plantag. ſalicis, nenufar. cum pauco alumine.

Obſ. LXXXXIII. Vlcera virgae. Quidam curabat *vlcera virgae* hoc modo. Primo ea lauabat cum vin.

h) i. e. *abſque alio.* Welsch.

i) i. e. *impetiginem.* Welsch. *achores* Hensler.

k) *Nidos.* Welsch.

l) *Curant.* Nam *quarire* Italis *curare* et *connaleſcere.* Welsch.

m) i. e. *Oeſypi.* Welsch.

n) i. e. *ammoniaci.* Welsch.

o) *Diachil.* et *Diaquil.* perperam pro *Diachylon.* Welsch.

p) i. e. *ſplenium chirurgicum* ſ. potius *linamentum tortile.* Welsch.

q) *Per ſyringam iniiciendo.* Welsch.

r) *Iniectiones ſyringa factae.* Welsch.

s) *Oeſypi Ebn Maſuiae.* Welsch.

t) *Abluantur* ſeu *tangantur tantum, cantione adhibita.* Welsch.

u) *Tabarzed*, candidum et durum. Welsch.

x) *Retectum*, qui adfectus *φιμωσις.* Welsch.

y) *Semperuiui.* Welsch.

z) *Impetigines vagae* Welsch. *puſtulae peregrinationis.* Paracels. *Lichenes*, Hensl.

a) *Puſtulas.* Welsch.

b) *Coſſis* i. e. puſtulis. Welsch.

c) *Emulſarum.* Welsch.

d) *Iunci odorati.* Welsch.

vin. alb. deinde inſufflabat puluerem *in foramine virgae* pluries in die, et liberabatur tali. Rec. Pulu. ſacchari rubei *e.*), zingiberis, tutiae, ſalis gemmae an. miſce.

Obſ. LXXXXVII. Vlcera antiqua putrida. Si *vlcera* fiant antiqua, putrida et *cancroſa*, lauentur et epithimentur cum collyrio tali, quod LANFRANCVS ponit in parte. Rec. Vini veter. vel nigri ℔j. Aquae plantag. roſar. an. quart. j. auripigment. ʒij. flor. aeris ʒj. teratur ſubtiliſſime, et miſc. cum aliis, et fiat collyrium. Hoc enim mortificat, deſiccat et lauat fortius. Item trochiſc. aſphodelorum, puluis etiam ſiue cinis capill. vener. exſiccat et curat *vlcera virgae*, facta mundificatione cum aloe vel melle roſarum, aut vnguento Apoſtolorum et ceruſſae.

XII.

CRONICA VAN DER HILLIGEN STAT COELLEN.

Ad a. 1496. In demſelven jair was in allen deſen landen eyne *vremde Krenckde*, der in diſſen landen niet vill geſyen geweſt is, ind heyſch *Sent Iobs Krenkde*, ind wurden vaſt vill lude dair mit paſſioneert, ind doch wenig ſturven van der Krenkden.

XIII.

IOANNES TRITHEMIVS *f*).

His quoque temporibus *morbus* ille *turgentium puſtularum, quem nullo medicis vſitato nomine exprimere poſſum*, a Gallis incipiens, per Italos venit in Germanos. Habuit autem ſuae *infectionis peſtiferae principium in Hiſpanis, ab Hiſpanis pullulauit in Gallos*, a quibus in Italiam profectis contra regem Neapolis, ALPHONSVM, *infecit* et *Italos*, et illi quoque *Germanos* malorum ſuorum conſtituerant participes. Vnde apud Gallos morbus iſte nuncupatur *malum Hiſpanicum*, apud Italos *malum Neapolitanum*, et apud Germanos *malum Gallicum*, alias *mal franzos*. Eſt autem *mirabilis, contagioſa* et *nimium formidanda infirmitas, quam etiam deteſtantur leproſi*, et *ea infectos ſecum habitare non permittunt, metuentes, grauiori, quam ſit lepra, infici morbo.*

XIV.

VNIVERSITATIS MANVASCAE COMMENTARII *g*).

Ad a. 1496. *Infirmitas de las Bubas* inducta fuit hoc anno a certis armigeris a loco de Romania, exiſtentibus in ſeruitio Regis et illuſtris Ducis Orleani, apud patriam Prouinciae ſanam pro tunc exiſtentem, infirmitate *praedicta, quae adhuc non* vigebat in Prouincia.

XV.

SEBASTIANVS BRANT *h*):

S. FIACRIVS *i*).

Der Heilig Herr ſant Fiacrius iſt genedig zu mörchingen im weſterich, des Leben vnd heiligkeit haben wir zu dieſemmal nit eigentlich mügen beſchryben, wie er geſtorben oder gemartert iſt. Wie wol glaublich vnd auch erſchyenen iſt, das er ein heilig leben hat gefürt, vnd ſunderlich vmb got verdienet, welcher menſch der in eret inniglich, das er in wöl *behüten vor der ſchweren kranckheit der Blatern vnd wartzen, die leider zu dieſer Zeit faſt regierent.* Nun bitten wir den lieben heiligen Fiacrium, das er vnſer ſey gegen got eingedenck, vnd vns helff vmb got den almechtigen erwerben daſs wir auch beſitzen nach diſſem leben das ewib leben. Amen. Hie endet ſich das Summerteil der heiligen leben.

XVI.

IOSEPHVS GRVNBECK *k*).

Tractatus de peſtilentiali ſcorra ſiue mala de franzos originem remediaque eiusdem continens compilatus a venerabili viro magiſtro IOSEPH GRVNPECK DE BVRCKHAVSEN ſuper carmina quaedam SEBASTIAN BRANT vtriusque iuris Profeſſoris.

PRAEFATIO GRVNERI *l*).

Ex quo lues venerea per omnem terrarum orbem peruagata eſt, non defuit diſceptandi litigandique materia

e) Arab. *Suleimaninum*, vulgo *Thomaeum.* WELSCH.

f) *Annal. Hirſaugenſ. T. II.* Fuit Abbas Spanhemienſis, poſt *diui* IACOBI *in ſuburbio Herbipolis* (*Agrippa* Epiſt. 23. Lib. I. p. 702. T. II.) haud vltimus rerum ciuilium et ſacrarum narrator, n. 1462. den. 1519. inde ab a. 1482. clarus, Societatis litterariae Rhenanae ſ. Celticae Sodalis, magiae ſuſpectus, ſed ſui ipſius defenſor. v. Eius *Nepiachus* i. e. *Libell. de ſtudiis et ſcriptis propriis a pueritia repetitis*, in ECCARD. Corp. Hiſt. med. Aeui p. 1825. T. II. Cl. SAXE (Onomaſtic. Litterar. P. II. p. 489.) eum ad a. 1483. refert.

g) Ap. ASTRVC De Morb. Vener. L. I. p. 37.

h) Ad a. 1494. refertur ab Cl. SAXIO Onomaſt. Literar. T. II. p. 516. ab Cl. HENSLER l. c. p. 15. ad a. 1496. ob editum *eulogium*, quod libro GRVNBECKII praemitti ſolet. Fuit Argentinae natus a. 1458. clarus iureconſultus et hiſtoricus, Societatis litterariae Rhenanae ſodalis, denatus a. 1520. (v. MELCH. ADAMI Vitae Germ. Iureconſult. Heidelb. 1620 p. 9. ſeq.), ſed propter hanc de S. FIACRIO hiſtoriam huc reponendus.

i) Fol. 184. b. in *Der heiligen Leben nürv getruckt mit vil ſchönen figuren vnd etlichen zuſatz andrer Heiligen lieplich zu leſen.* In fine legitur fol. 199. b. *Der Beſchluſs diſs Wercks vnd zu eren der wirdigen Muter Gotes. Beſchluſs dieſes Wercks Sebaſtiani Brandt. — Getruckt in der keyſerlichen freyen ſtat Straſsburg durch Johannem grüninger, ſeligklich vollendet auff montag vor den palmtag, des Jares von Gottes menſchwerdung Tanſent fünffhundert vnd zehen iar.* Sed haec quidem videtur eſſe editio altera, quia inter ſymptomata morbi praeſentis dira nominat *variolas* et *verrucas*, quales hoc fere tempore communes erant, hinc etiam apud Germanos morbus nomen traxerat, *die Blattern.* Hoc vero nomen ſub prima origine meruit.

k) Quis ille fuerit, non ſatis conſtat. Potiora vitae momenta v. apud HENSLER. l. c. p. 18. et p. 70. Id vnum certum eſt, eum adhuc iuuenem hunc libellum ſcripſiſſe, poſt fuiſſe MAXIMILIANO I. ab epiſtolis, paſſim commoratum Norimbergae, libellos quosdam ſcripſiſſe, cuius nomina leguntur in SOLGER Bibliotheca P. I. n. 1933. p. 197. vbi nominatur JOSEPH GRVNBECKVS, et *Allgemeine Litteratur-Zeitung* 1788. No. 40. p. 430. In his ſe ipſum appellat modo *einen unwürdigen Prieſter*, modo *der würdige Herr Joſeph Grünpeck zu Nürnberg.* Hinc intelligitur ratio, cur etiam in libello dicatur *vir venerabilis.* Haec vero opella etiamſi leuidenſis eſſe videatur, prodit tamen vulgarem medicorum ſententiam, foedam hancce luem ab aſtris eſſe profectam.

l) Recudendum curaui hunc tractatum ex Ienenſis bibliothecae exemplo, Ienae 1787. 8. cuius textus cum praefatione noſtra hic repetitur. Inſcriptio eſt: *Tractatus de peſtilentiali Scorra ſiue mala de Franzos Originem. Remediaq; eiuſdem continens, cōpilatus a venerabili viro Magiſtro* JOSEPH GRVNPECK *de* BVRCKHAVSEN, *ſuper carmina quedam* SEBASTIANI BRANT *vtriuſq; iuris profeſſoris*, ſ. l. et a, octonis expreſſa, ſine vlla imagine ac paginis, in auerſa parte praefatio, conſtans 12. plagg. nec deſtituta litteris germanicis et ſcribendi compendiis. Cum hac conuenit ad amuſſim, quantum coniectura aſſequi licet, editio Guelpherbytana, quam Cl. HENSLER l. c. p. 19. memorat. Subieci varias lectiones binarum editionum, quas beneuole mecum communicarat Clariſſimus et amiciſſimus Friburgenſium profeſſor, MEDERER. *Prima* ita inſcribitur: *Tractatus de peſtilentiali* SCORRA *ſiue mala de franzos. Originē. Remediaq; eiusdē cōtinens, cōpilatus a venerabili viro Magiſtro Joſeph Grünpeck de Burckhauſen, ſuper Carmina quedā Sebaſtiani Braundt. vtriuſq; iuris pfeſſoris* ſ. l. et a. forma 4. Conſtat 18. plagg. In fronte cernitur imago b. MARIAE deiparae, filiolum brachiis amplexae. Hic ſiniſtra manu radios in feminas binas facie ſua bene puſtulatas ſpargit, mater vero Imperatori loricato et in genua prouoluto, cuius in manu vexillum, ſub pedibus aquila eſt, coronam imponit. Paullo infra iacet homo exanimis, venereis puſtulis egregie obſitus. In parte auerſa eſt circulus zodiacus, ſupra deus pater, in cuius dextra globus terraqueus, in quoque latere angelus, pagina nulla, paſſim litterae forma germanica intermixtae. In fine deeſt *querimonia mentagrici.* Videtur eſſe eadem editio, quae, teſte HENSLERO l. c. p. 19. in bibl. Garelliana Vindobonae reperitur. *Altera* editio haec eſt: *Tractatus de peſtilentiali Scorra ſiue mala de franczos Originē. Remediaq; einſdem continens. cōpilatus a venerabili viro Magiſtro* IOSEPH GRVNPECK DE BVRCKHAVSEN *ſup carmina quedā* SEBASTIANI BRANT *vtriusq; iuris profeſſoris. Scorra de Franſſois*, ſ. l. et a. forma octonaria, conſtans 12 plagg. finit cum *A M E*, nec refert *querimoriam mentagrici*, redundat ſcripturae compendiis litterisque germanicis. In fronte cernitur ſaluator mundi, cuius in manu ſiniſtra globus terraqueus, in fine Saturnus et Iupiter eſt. Videtur eadem eſſe, quae in *Sloane* et Hamb. bibl. (HENSLER l. c. p. 19.) latitat.

Quae vero ex his editionibus princeps ſit, non ſatis liquet, videtur tamen ea prima eſſe, quae b. MARIAE imaginem refert, altera, quam e bibliotheca Ienenſi recudendam curaui, tertia, quae ſaluatorem mundi repraeſentat, quia verbis nouis in fronte, *Scorra de Franſſois*, et in calce, *A M E* norta-

teria de morbi et antiquitate, et nouitate m), cum in vtramque partem diſputari poſſit. Nec defuerunt medici, qui hoc malum, quo ſub origine prima nullum erat foedius vel ad nocendum fallendumque aptius, viuis coloribus depingendum curarent. Quorum ſcripta cum indies increſcerent, paullatimque ex hominum conſpectu veluti abirent, ſurrexit tandem ALOYS. LVISINVS n), qui, qua poterat diligentia, at accuratione non, qua debebat, vno volumine comprehenſum voluit, quicquid in manus ſuas venerat. Sed in hoc etiam haud pauci libelli digni et ſcitu, et lectu deſiderantur, inque his non vltimum locum tenent IOSEPHI GRVNBECKII libri duo, ad hunc morbum turpem attinentes, quorum alter inſcribitur: *De ſcorra peſtilentiali ſiue mala de Franzos* o), alter, *De mentulagra*. Diuerſus vterque liber eſt, contradicentibus plurimis, et recte ſentiente Cl. HENSLERO p), poſterior tamen priori potior. Ille liber quidem non adeo magni habendus videtur, quia ad exemplum ſeculi compoſitus eſt i. e. aſtrologia ſuperſtructus, et ſic ex aſtrorum concurſu repetuntur foedi morbi origines. Meum non eſt, de eo, quod rectum vel falſum hiſce in decretis eſt, multum diſputare; attamen cum quidam e recentioribus his quidem nugis plurimum attribuunt, repetendo morbum inde ab a. 1484. 1492. 1493. quia epidemias futuras praedixerant aſtrologi, mirari ſubit, quid ſit, quod hunc GRVNBECKII ſcriptum contemtui aliorum exponant. In quo quidem prima ſunt aſtrologiae placita, tamen nec male explicat auctor, quae ad medicum pertinent, deinde meretur libellus, niſi ob dignitatem argumenti, certe ob raritatem adiungi ceteris, quorum memoriam maiores patresque litteris conſignatam reliquerunt.

Inueni nuper hanc GRVNBECKII opellam in bibliotheca academica, eamque deſcribendam ſedulo curaui, vt paullo comtior in lucem ex ſqualore rediret. Dabo ergo, quo demum cunque orationis genere conſcriptam acceperam, delendo operarum vitia, et ſubiiciendo varias lectiones atque quasdam notulas. De reliquo, Lectores, fauete veterum nugis, cum noſtri homines Vos ſuis nugis fere opprimere non deſinant. Ienae CIƆIƆCCLXXXVII.

Egregio Nobilique viro, BERNHARDO DE WALKIRCH q), Liberalium ſtudiorum Magiſtro, litterariae ſodalitatis Danubianae r) lumini et ornamento, ac Canonico kathedralis Eccleſiae Auguſtenſis, IOSEPH GRVNPECK s) DE BVRCKEHAVSEN t) felicitatem optat.

Incidi pridem, humaniſſime vir, in exactiſſimum accuratiſſimumque eulogium quoddam SEBASTIANI BRANT u), perdocti imprimis et praeclari viri, cuius ornatus ſcribendi character luculentiſſimaque verba omni ſententiarum grauitate hiſtoriarumque lumine illuſtrata me mirifice oblectarunt. Habent ſiquidem non minus vtilitatis, quam ſalis, cunctis mortalibus ſubuentura. Inter cetera horum fluctuum et procellarum noſtri aeui incommoda hanc continent omni morbo acerbiorem omnique epidimia x) magis peſtiferam labem, tam repente in homines demiſſam, vt plaga coelitus decuſſa eſſe videatur, quam gentes *Francigenarum malum* appellant, quod quidem tam horridum tamque tetrum exiſtit, vt etiam Herculem, in humanis ſi viueret, terreri videretur. Nam eius virus quidem, vt reor, bilis, admiſcet ſuis ignibus, perpetuo crucians humana corpora, ſuam deinde corruptelam omni veneno acriorem atra bilis ocius exaggerat y), pituita poſtremo e primogenita z) ſua natura perculſa itidem conſumatum a) reddit. Ea itaque materies, vnum in locum congeſta ex praefatis corruptis humoribus, tam ſordida, foetida, ſqualida, rancida impuraque omni colluuione immundior efficitur b), vt nihil c) hominum naturae abominabilius accedere d) poſſit. Quam quum expellere enititur, ad venarum congreſſum circa naturalia virorum feminarumque demittit, tandem, crebrius percuſſis contritiſque corporis moenibus propugnaculisque e) dirutis, tanta vi ſagittae contuſae ad proximos proſiliunt homines: Vnde et affinitatem cum peſtilentia habere videtur aegritudo haec. Cum vero ea carmina et accurata f) diligentia, et ſingulari arte ab eodem vtriusque iuris profeſſore conſcripta cauſam remediaque huiuscemodi acerbiſſimi morbi complectentes, in manus meas irrepſiſſent, illico dolor ac commiſeratio quaedam cor meum percuſſit, quod g) non ab omnibus intelligi poſſent, tum ob ſcripti grauitatem difficultatemque, tum etiam breuitatem, et ne plebei etiam tam ſalutari h) re vacui eſſent, in maternum, vt ita dixerim, ideoma traduxi. Originem inſuper huius ſordis, quam *mentagoram* alii, *ſcorram* ſeu *plantam noctis* ceteri vocitare ſolent, ex aſtrorum configurationibus ſcaturiens, remediaque ex approbatiſſimorum medicorum voluminibus manata, in tractatulum quendam pro viribus meis coniicere curaui, qui, vt ſpero, erit tibi, omni virtute nobilitateque praeſtanti viro, huius inſignis Capituli Auguſtenſis i) Canonico digniſſimo, laudi. Namque licet adoleſcentiam pridie egreſſus ſis, ſumpta tamen virili toga, mox cunctis contemporaneis tuis antecellere contigiſti. Profecto k) ea, quae ad perfecti viri praeſtantiam conſummationemque pertinere videntur, tibi peculiaria vendicas, vnde maiori praeconio, quam vt hoc opuſculum tibi dedicarem, celebrandus eſſes, tamen non tam hic meus labor tuae virtuti ingratus erit, quam cum omnibus bonarum artium diſciplinis praeditis l), tum maxime hominibus, hoc morbo laborantibus, conſolationi et vtilitati, praeterea omnibus legentibus haud iniocundus. Vale felix. Datae Auguſtae ex aedibus magiſtri SIXTI STAIMACK, fautoris mei praecipui, XV. Kal. Nouembris. Anno 1.4.96.

Eulogium m) SEBASTIAN BRANT n), *vtriusque iuris profeſſoris, de Scorra Peſtilentiali ſiue Mala de Fran-*

O 2

notatur, et voc. *Danubiane*, quae in prima ſine diuiſore eſt, in hac magis ad ſequentem transferri videtur. Hoc ſcripturae vitium etiam in Ienenſi exemplo deprehenditur. Eſt tamen veroſimile, hanc, quam ſecundam appellaui, eſſe conflatam ex vtraque, cum prima, tum altera, puam edidimus, quippe vtriusque lectiones paſſim repetitas videas.

m) Vide ASTRVC De *Morbo Vener.* Pariſ. 1738. Cl. HENSLER *Geſchichte der Luſtſeuche I. B. Alt.* 1783. et quae equidem monui in *Almanach für Aerzte* 1784. p. 224.

n) Hanc recudi curauit BOERHAAVE ſub tit. *Aphrodiſiacus*, L. B. 1728. f.

o) Editus eſt ſub titulo, quem ſupra adſcripſi, ſine loco et anno, forma octonaria, et ſine vllo ſigno, quod HENSLER l. c. p. 19. meminit, et paulo aliter. ac HALLER Bibl. Pract. T. I. p. 477. et Hier. de *Vigiliis* Biblioth. Chir. T. I. p. 1512. expreſſerunt, ſed nuncupatoria epiſtola data eſt 1496. 15. Kal. Nov. In fronte noſtri exempli manus GE. SPALATINI adſcripſit, hoc teſtamento THAMERI LOESERI, canonici Miſnenſ. bibliothecae Electorali acceſſiſſe. Sed hic quidem iam a. 1503. menſe Octobr. obiit. FR. BOERNER Bibl. Libr. rar. Spec. I. p. 29. memorauit quidem librum, eumque 12. plagg. conſtare dixit, ſed nihil amplius addidit.

p) L. cit. p. 18.

q) WALTKIRCH 1. WALKIRCH 2.

r) Quae illa fuerit, non ſatis liquet. Notiſſima eſt et ſatis celebrata *Societas litteraria Rhenana* ſ. *Celtica* ab auctore CONR. CELTE nominata. (v. GVIL. ERN. TENZEL Monatl. Vnterredung. I. 1693. p. 90. et p. 963. ſeq. GVNDLING Obſ. Select. ad rem litterar. ſpectant. T. I. Obſ. I. p. 1. ſeq. THORSCHMIDT Annal. Socier. Charit. et Scient. T. I. p. 475. et HAYMANN kurzgefaſste Geſchichte der vornehmſten Geſellſchaft. der Gelehrt. I. B. c. 15. p. 380. et I. G. RVPRECHT Orat. De ſocietate litter. RHENANA a CONRADO CELTE inſtituta, Ienae 1752. 4.) minus nota vel clara *Danubiana*, quae ſi BRVCKERO (Ehrentempel Dec. IIII. p. 131.) fides ſua conſtat, etiam in acceptis ferenda eſt eiusdem CELTIS ſtudio. Etenim ipſe paſſim memorat (Epod. L. II. 60. 2.) *Sodalitatem litterariam Vngarorum*, et alio loco (Od. 14.) *ſeptenariam ſodalitatem litterariam Germaniae*, velutique primam facit *ſeptemcaſtrenſem Danubianum*, hinc veroſimile mihi videtur, hanc, tanquam filiam velutique ramum Rhenanae inſitum, habendam.

s) GRVMPECK Guelph. GRVNPECK 1.

t) BVRCKHAVSEN 1. 2. Recte.

u) BRANNT 1. BRANT 2.

x) *Epidimie* 1. *epidimia* 2.

y) *Exagerat* 1. *exxaggerat* 2.

z) *Primogenia* 1. *primogenita* 2.

a) *Conſumatnm* 1. *canſumatum* 2.

b) *Efficit* Guelph.

c) *Nichil* 2.

d) *Accedere* 1. 2. Rectius tamen, *accidere*.

e) *Propug. quaſi* Guelph. *prop. quoque* 1. *et* 2.

f) *et* Guelph.

g) *Cum* Guelph.

h) *Singulari* Guelph.

i) *Augugnſtenſ.* 2.

k) *Profecta* Guelph.

l) *Quindecima Kalend.* 1.

m) *Varia* SEBASTIANI BRANT *Carmina*, *Argentinae*, *opera* IO. GRVNINGER 1498. 4. vnde textum reſumſit Cl. HENSLER. Qui cum quodammodo diſſentiat ab exemplo noſtro, varias lectiones huc apponendas putaui.

n) BRANNT 1. BRANT 2.

Franczos o), *anni* 96. *p*) *ad* IOHANNEM CAPINON *q*), *Legum imperialium Interpretem.*

CAPINON *r*), illuſtres inter memorande poetas,
Germani ſpecimen nobilitasque ſoli,
Fare, age; (nam memini *s*) tibi lincea lumina) quonam *t*)
Iam modo terrarum forma ſtatusque placet?
Cernis, vt in toto variisque tumultibus orbe
Sit Bellona felox *u*) irrequieta nimis,
Adque pilam multis iam *x*) luditur vltro citroque
Quaeritur in ſcirpo (ſcis, puto) nodus iners.
Nec ſat ſcire licet, cui ſit ceſſura vel olim
Herba, velit quonam ſiſtere fine globus.
Imperio paucos iam cernimus eſſe fideles.
Vix modo Germanis Caeſarem habere placet.
Pro ſe quisque ſtudet caeco regnare tumultu,
Detractatque *y*) ſuum gens modo quaeque iugum.
Aetas nulla prius, neque ſecula cuncta tulere
Tot, modo quot paſſim cerni nos *z*) acephalos.
Non placuit ranis pietas manſueta Tonantis.
Pamphagus in poenam rex datur Ibis eis.
Quaeque nouum regem fatuae expetiere, columbis
Improbus atque vorax rex datur accipiter.
Graecia Romanis cupiens deſciſcere habenas,
Perdita rectoris fert dira iuga mali,
Quaeque fidem capiti ſubtraxit acerbius, eheu,
Iam caput et dominum ſuſtinet illa trucem.
Optime Phorcigena et diuum iuſtiſſima cura,
Pegaſidum quia non *a*) rura beata colis.
Inter multa quidem, quae me neſcire fatebor
Ingenue, hoc vnum te prope ſcire reor,
Germanos vel ad hoc ſummo conamine niti,
Quo ſibi praecidant, quod peperere, caput.
Cum prope finis adeſt, ceſſare et equitia phas eſt,
Hyppurim eneruat grexmet equinus equis.
Sic ſceptrum Aſſyriis, ſic Medis, ſic quoque Perſis
Sublatum, et Macedum fortia regna iacent
Inde adeo in terras mittit deus vltor acerbos
Iam totiens morbos, febris et omne genus,
Tot noua monſtra, fera et portenta, oſtenta prophana, et
Naturae inuiſam multimodamque necem.
Quis modo ſeptennem vel ſaltem ad ſingula luſtra
Non timet horrendam mortiferamque luem?
Addo alios aliosque nouos concreſcere in horas
Inque dies morbos, quos ſiluiſſe velim;
Sunt ea tela deum, quibus exitiale piatur,
Atque flagellatur deprimiturque nephas.
Fulmina et idcirco manibus fabricata cyclopum
In IOVIS irati dicimus eſſe manu,
Cum quibus a mundi compreſſit *b*) origine gentes,
Atque hominem docuit, viuere et eſſe deos.
Singulaque vt, quorum me copia longa fatigat,
Subticeam, hoc vnum ſit meminiſſe ſatis,
Quod modo tam tetrum, quem dicere abominor, atque
Horrendum, et foedum, dii prohibere *c*) precor:
Peſtiferum in Lygures tranſuexit Francia morbum,
Quem MALA DE FRANZOS *d*) Romula lingua vocat.
Hic Latium atque Italos inuaſit, ab Alpibus extra
Serpens, Germanos Iſtriculasque *e*) premit.
Graſſatur mediis iam Thracibus atque Bohemis,
Et morbi genus id Sarmata quisque timet.
Nec ſatis extremo tutantur in orbe Britanni,
Quos refluum cingit ſucciduumque fretum.
Quin etiam fama eſt, Aphros penetraſſe Getasque,
Vique ſua vtrumque depopulare polum.
Longius hoc vitium, quam par ſit, creſcere vbique,
Cernitur. E noſtris corpora multa luunt.
Scorram, Galle, vocas a SCOR, quod Graecus oletum
Dicit, et impurum rancidulumque ſonat.
Hic Thimius *f*) dici poſſet, ſi rupta cruorem
Verruca daret: at ſiccior illa ſedet.
Condiloma *g*) foret cangraenaue, grandior his ſed
Puſtula proſerpit, ſed numeroſa minus.
Has a variolis diſtinguit cauſa, quod iſtis
Frigidus humor ineſt, hisque melancolicus.
Fit, quotiens propriis SATVRNVS ab aedibus exit,
Inque IOVIS migrat morbifer ille domos.
Nam tum reliquias *h*) duri ſenis atque maligni
IVPITER expellit, purgat *i*) et euacuat.
Id quod ab octenis luſtris contingere crebro
In terris, vbi ſunt corpora ſicca, ſolet.
Vnde frequens Gallis morbi genus id, vel Iberis
Rariis *k*) apud gentes, frigus et humor vbi.
Non illi Chiron, nec item cum fratre Machaon
Ferre ſalutarem poſſe fatentur opem.
Eſto, aliqui temptent *l*) medicinam adhibere, et inungant
Corpus, et in ſaccum culleolumque ſuant;
Crede mihi, nocuit praeceps medicina frequenter,
Quodque percuſſum eſt, ſcabrius vlcus erit.
Sola iuuat pietas ſuperum et *m*) mora longior atque
Cum Mithridatis ope phlobotomia *n*) frequens.
Menſibus vndenis quosdam contabuiſſe videmus,
Nec tandem ad plenum conualuiſſe tamen.
Multis lepra minor viſum *o*) eſt, Epidimia multis,
Expoſci *p*) atque aliis mors cita ſaepe ſolet.
Sic putor incluſus pungit, premit, vrget, adurens
Inflammat, torquet, prurit et incinerat.
Poſcamus veniam ſuperos ideo, atque per aras
Pacem a coelicolis vota precesque petant,
Vt ſaltem immunem ſeruet pia virgo ſub alis
Magnaminum regem tam placidumque ſuis,
Qui modo ſcorroſos *q*) Lygures agit inter et aegros,
Liber vt hoc morbo Caeſaris arma ferat.
Caeſaris arma, ſimul ſacrum et dyadema reportet
Rex pius, et ſummo dignus honore parens,
Quem cuncti vnanimes CHRISTI de plebe ſequamur *r*),
Vt videant gentes, nos populum eſſe dei.
Voſque, Itali, imprimis regem obſeruare *s*) benignum,
Ne vos deterior ſubruat, interimat.
Alea quidem iacta *t*) eſt pernix, Rhamnuſia ludit,
Atque indignatur, nos voluiſſe minus.
Nolite, o virtus Germana et viuida corda,
Deſipere, atque aliis linquere frena et opes.
Eſt aliquid membris, caput orbis habere monarcham,
Quem timeant gentes regnaque cuncta ſoli.
Qualis magnanimus victor modo MAXIMILIANVS,
Qui fulmen belli eſt, pacis amator item.
Principis illius mallem iacuiſſe profecto
Sub pede, quam externi ſceptra tuliſſe viri.
Simus ideo *u*) ciues, capiti (rogo) ſubdita membra.
Sic patruus *x*) nobis manſerit vſque decor.
Egregias animas prauorum *y*) vmbraſque ſequamur
Maiorem *z*) (neque enim degenerare licet)
Qui virtute ſua, ſudore armisque pararunt
Fortibus imperium ſceptrigeram *a*) manum.

Sic

o) *Franzos* 1. *Franczos* 2.

p) 69. 2.

q) CAPINON Br. et ſic etiam paullo poſt. Inſcriptio ap. HENSLER. p. 15. ita eſt. *Ad ornatiſſimum Imperialium Legum interpretem.* IOH. REVCHLIN *alias* CAPNION, *omnis litteraricae tam graecae quam latinae, quoque Hebraicae diſciplinae Profeſſorem acutiſſimum, de peſtilentiali ſcorra, ſiue impetigine Anni XCVI. Eulogium* SEBAST. BRAND.

r) *Nemini* Br. et poſt, *iam.*

s) Deeſt hic et infra redundat.

t) *Ferox* Br. 1. *felix* 2. Primum rectius ſcribitur.

u) *Multiſiam* 1. 2. *et* Guelph. ſed temere mutatum in *multiſonam.*

x) Sic repoſui ex ed. BRANT. ne ſenſus et verſus claudicet.

y) *Detractatque* Br. 1. *detractaq.* 2. Rectius *detrectat.*

z) *Cernimus* 1. 2. Br. Recte.

a) *Nunc* Br.

b) *Compreſcit* 2.

c) *Di prohibete* Br. Recte.

d) *Franſſois.* 2.

e) *Iſtricolasque* 1. 2. et Br. Recte, ob ſcanſionem.

f) *Thymius* 1. Br. *Thimius* 2.

g) *Condyloma* 1. Br. *condil.* 2.

h) *Relliquias* 1.

i) *Burgat* 2.

k) *Rarus* 1. 2. Br. Recte.

l) *Temtent* 1. 2. *temtant* Br. rectius *tentent.*

m) Def. *et* 2.

n) *Phlobot.* 1. *phlebot.* 2. Br.

o) *Viſa* Br.

p) *Expoſiti* 2. *expoſci* Br. et 1.

q) *Scorroſus* Guelph.

r) *Sequantur* 2.

s) *Obſeruate* Br. 1. *obſeruare* 2. Leg. *obſeruate.*

t) Ita et Guelph. et 1. 2. *iacta quidem* Br. Recte ob ſcanſionem.

u) *Io* 1. 2. *ideo* Br.

x) *Patrius* Br.

y) Sic et Guelph. et 1. 2. Rectius *proauorum, maiorum* Br.

z) *Maiorum* 1. 2.

a) *Sceptrigeramque* Guelph. Br. *ſceptrigeram* 1. 2.

Sic Germana deus regna, atque deifera mater
Perpetuo obſeruent Theutunicumque b) decus.

Tractatus de origine peſtilentialis Scorrae ſiue mala de Franzos c), magiſtri Ioseph Grvnpek *d)* De Bvrckhavsen *felici ſidere. Incipit capitulum e) primum de hominum plagis ſeu flagellis, an cuius eſt, naturaliter f) vel ſupernaturaliter ex diuina voluntate proueniant g).*

Solent abditarum rerum et a ſenſu ſecluſarum ſolertiſſimi indagatores humanum corpus variis aduerſae valetudinis incommodis affici fateri, vt id, quod a tam variae et multiplicis qualitatis natura genitum ſit, non valeat, niſi ab eadem etiam demum morbis debilitari, frangi quoque, quum omne id, ex quo connexum eſt, in illud poſtremo diſſoluitur. Abeunt etenim eo omnia, vnde orta ſunt, praeterea *h)* infinitis tum familiaribus domeſticiſque morbis laborare, tum *i)* infeſtis alieniſque turbinibus affligi, vnde et plures admiratione ducti, cernentes, breue hoc tempus *k)*, veluti punctum vitae, tot periculorum generibus, tot morbis *l)*, tot curis, tantoque metu excruciari, auſi ſunt dicere, naturam homini nihil praeſtabilius hoc breui vitae curriculo praeſtitiſſe, quoniam *m)* ſenſus etiam hebeſcunt, membra torquentur *n)*, praemoritur viſus, auditus, dentes, etiam ciborum inſtrumenta, mox, ineunte grandiori aetate, elabuntur. Et tamen hoc tempus vitae annumeretur. Ergo illud apud eos pro miraculo habitum eſt, Xenophilivm muſicum centum et quinque annis ſine vllo corporis incommodo vixiſſe. O miſeram hanc vitam, qua dum crebrius in eius tempeſtatum terribiliſſimis fluctibus et procellis exagitati, totiens etiam naufragium perpeſſi ſumus! Natura ipſa, iniqua nouerca hominis, ne his quidem malis ſatiata eſt, ſed maiores in dies qualibetque hora, et vt ita dixerim, omni momento in miſerum hoc animal, ceterorum ducem, tumultus excitat, ſaeuiuntque in nos iam miſera funeſtaque Martis arma, iam falciferi. Satvrni innumera mala, nunc peſtilentia, nunc fames, magnorum prima malorum ſemper comes. Inſuper nouum genus morbi, naturae inuiſum, minaci *o)* ferocitate, quod e *p)* deorum immortalium olim arce *q)* in Gallos demiſſum fuit, omnes mundi cardines inuadere enititur, pluribus in regionibus atrociſſime etiam incrudeſcens. Et prorſus Praeneſtinae ſorores cuncta in hoc orbe huc illucque verſant, neque iisdem *r)* in veſtigiis perſiſtunt. Hae *s)* procellae, ne cuncta recenſendo longior ſim, quo e fonte ſcaturient, naturali an coeleſtique, an deifico, hoc loco differendum erit. Fatebor autem, partim naturaliter aſtrorumque influxu, partim e diuina voluntate accidere ſolere. Id quo fiat modo *t)*, ex ordine perſequar.

Secundum capitulnm de peſtilentialibus ſagittis, proeliorum famisque atrocitate ac aliarum huiuscemodi rerum incommodis, quomodo u) ſupernaturaliter et e diuina voluntate x) emergunt. Vnde etiam malum de Franzos y) hac ex cauſa oriri videtur.

Vt coeleſtia contemplantium eorumque omnium, qui ſe ſacris litteris dedidere, hominum grauiſſimorum vtar auctoritate, audebo ſedulo fari, ratione conſentiente, tria eſſe telorum genera, quibus dii immortales a mundi origine nefariam audaciam hominum compreſſere, quemadmodum tria recenſentur flagitia inter omnia facile ſecunda, quae ſunt inſolentia, nimia auri cupido, alienis rebus, quae ad ſe minime pertinent, vim afferens, ſcelerata demum libido, quae quidem, tamquam comites, ſemper ſecuta ſunt ea mala; peſtilentia, ſanguinis effuſio, victus penuria, quippe diuini vates hoc teſtantur. Primo Ezech. *z)* *XII. capitulo* inquit. *Relinquam ex eis viros paucos a gladio, a fame et peſtilentia, vt enarrent a) omnia ſcelera eorum in gentibus.* Et rurſum *quinto capitulo. Peſtilentia, fames et ſanguis tranſibunt per te, et gladium in ducam per te.* Tum Hieremias *b)* XXIX. perhibet. *Perſequar omnes in gladio, fame et peſtilentia.* Quis inficias ibit, his tormentis atque flagellis cunctas gentes cruciari? Namque noſtro aeuo crebrius repetuntur, raroque vltra luſtrum latent, priſtinis vero diebus octena luſtra quietius mortales viuebant. Sed ſolet profecto id eſſe cauſa, quoniam praeſto ſunt ea ingentiſſima flagitia omniumque execrabiliſſima, quae *e)* ante id temporis humanitas abhorrebat, et ſuum quisque ſcandalum maximum ducebat, ſi minimum perpetrare perrexit *d)*. Namque ſingulae aetates ſingulis vitiis tam contaminatae cernuntur, vt ne pueritia quidem facinoris crimine careat. Vnde hae etiam, quae ſuperioribus aetatibus latuerunt, plagae horribiliſſimae ingruunt. Quare haud clam eſt, haec flagitia e deifica voluntate in terram ad terrorem hominum demitti. Quam ob rem etiam haec colluuies, quam *malum de Franzos e)* vocant, ex ſuperna vindicta demergi par videri poteſt. Coeunte vero hac cauſa, aſtris ipſis denegata eſt poteſtas iuxta illud Hieremiae *f)* X. *A ſignis coeli nolite timere, quae gentes formidant, quoniam dominus miſit peſtem in Iſrahel.*

Capitulum tertium de praedictis deorum telis peſtiferisque fulminibus, quomodo e natura ipſa ſtellarumque g) configurationibus oriuntur.

Cum naturae ſancta penetralia adire conor, quo contemplanti mihi facilior ratio horum fulminum pateret, quae tam multiformi ambage, more vagantis fortunae, variis curſibus ingrediuntur, multiplicique via humana corpora adoriuntur, furtim reſeratis foribus, cum introiſſem, neque morula minutiſſima commorandi data eſſet, hanc celerrimo curſu ſurripui eorum tormentorum cauſam, quod humanum corpus quatuor ex elementis conflatum eſt, humo, vnda, igne et aere. Terra in carne et oſſibus maxime apparet propter terrenam ſoliditatem, aqua vero in humoribus. Coelum continetur *h)* in pulmone: iccirco ſemper in motu eſt, quia ventilabrum cordis ſe gerit, ne nimio calore conſumatur cor et diſſoluatur. Sedes ignis eſt in corde, ideo inferius eſt latum, ſuperius acutum, quam formam figura ignis retinet. Vnde ex mutatione elementorum ſequitur alteratio corporis. Aliter vero ſe habente *i)* corpore, alteratur et natura eius. Ea ratione praelia obueniunt. Nam, inflammatis *k)* corporibus, quod fieri ſolet, maxima ſiccitate dominante, quando fit congreſſus horum duorum planetarum, Satvrni et Iovis, in ſigno igneo, vrbium et oppidorum euerſiones, regnorum mutationes atque populorum occiſiones *m)* accidunt. Eadem ratione frumentorum penuria laboratur, quemadmodum Aristoteles in eo, qui *de natura elementorum et proprietatibus* liber inſcribitur, inquit: *Anni vbertas et ſterilitas fiunt per ſtellarum mutationem in ſignis diuerſis ſuper climata n) ſeptem, et morta-*

b) Theutonic. 1. 2. Br.
c) Frauſſois 2.
d) Grünpeck 1. *Grunpeck* 2.
e) Inc. cuius eſt 1. *inc. cap.* 2.
f) An naturaſ. 1. *an cuius eſt* 2.
g) Peruenient Guelph.
h) Propterea Guelph.
i) Tamen Guelph. *tum* 1. 2.
k) Atque 1.
l) Et 2.
m) Quam Guelph. *quoniam* 1. 2.
n) Torquent Guelph.
o) Minati 1. 2. Sic etiam noſtra ed. pro *minaci.*
p) Def. *e* 2.
q) Arce 1. *arec* 2. et ſic ed. noſtra. Repoſui *arce.*
r) Isdem 1. 2. Sic et noſtra.
s) Hee 1. 2. et noſtra.
t) Quo modo fiat 2.

u) Quod Guelph. *quomodo* 1. 2.
x) Voluutate 2.
y) Franezos 2.
z) Ezechiel 1. *Ezech.* 2.
a) Enarrant. Sic etiam ed. noſtra.
b) Iheremi. 2.
c) Quam Guelph. *quae* 1. 2.
d) Perrexerit 1. 2.
e) Franczos 2.
f) Iheremiae 2.
g) Stelltrumq. 2.
h) Continet Guelph.
i) Hobente 2.
k) Inflamatis 2.
l) Cum Guelph.
m) Occaſiones 2.
n) Clymata 1. Sic et in noſtra edit. ſcribitur.

mortalitas gentium praeteritarum, atque regna vacua fiunt apud coitum ſtellarum duarum, Satvrni *et* Iovis. Per eorum etenim mutationem de triplicitate *o*) ad triplicitatem accidunt accidentia magna. Praeterea *p*) Martis cum praefatis planetis congreſſus in caſibus eorum ſignificabit terrae ſiccitatem, ſicut Albertvs in libro *de natura et proprietatibus elementorum* perhibet, eueniri effectus ſecundum conuenientiam eorum fortitudinis. Peſtilentia demum ex contaminatione coeli efficitur. Nam cum ſit elementum valde aliter ſe habens et putredini accommodatum, nos quoque *q*) animalia per aerem viuentia, quia ſpiramus, ſicut et alia pulmonem habentia, neceſſe eſt, vt coelum illud putrefactum attractumque interiora corrumpat. Scorra vero peſtilentialis, quomodo latentem cauſam naturae ſecretis euehat, altius repetendum, et ad ſtellarum operationem confugiendum eſt.

Capitulum quartum de peſtilentiali Scorra ſiue malo de Franzos r) dicturus, originem trahens e ſtellarum congreſſu, videtur praemittenda eſſe primogenia coeli formatio.

Cum diuinae maieſtatis cuncti potentisque creatoris ſedem altiſſimam eſſem contemplaturus, quae ſeptem erraticis ſideribus lucidisque aſtris aliis innumeris decorata eſt, ſignifero quoque, tamquam moenibus, cincta exiſtit, id in mentem venit, eundem optimum maximumque deum ab aeterno cum cauſis ſecundis ſtatuiſſe operari. Idcirco *extendi coelum*, vt diuinus vates inquit, *ſicut pellem*, formans librum vniuerſitatis, cuius litteris nemo deeſſet. Et vt Ptolomaei verbis vtar, *ſapientis vultus huius ſeculi ſubiecti ſunt vultibus coeli, vt ſerpens coeleſtis terrenis dominetur, et draco coeleſtis terrenis imperium imponat.* Eſt autem haec mundi machina optimo in ordine perfectiſſimoque creata, quoniam indecens fuiſſet, creatorem quicquam inelaboratum *s*) mortali creaturae reliquiſſe, qua ex re ambiguitas errorque inualuiſſet, vt ne humana quidem ratio de naturalibus rebus iudicare potuiſſet. Hanc igitur primogenitam firmamenti ſeriem, quam *figuram coeli* appellant, litteris mandabo, praeſuppoſita *t*) communi tam theologorum, quam aſtronomorum opinione, mundum creatum eſſe in aequinoctio vernali, ſole exiſtente ſub ariete.

Aſcendit itaque in inceptione mundi primus gradus cancri, in quo confortatur Ivpiter. Arietis vero eundem gradum decima domus tenuit, primum denique capricorni gradum ſeptimum obtinuit domicilium, poſtremo idem gradus Librae angulum terrae ſibi vendicauit, et ea *quatuor domicilia cardinalia* ſeu *angularia* vocitant. Praeterea *u*) domi *x*) ſuccedentes cadentesque peculiares ſignorum gradus ſibi ducunt, ſecunda tertium gradum leonis vndecima vicenis et ſepteno gradus tauri *y*), quinta vigeſimum *z*) ſeptimum ſcorpionis, octaua ternos aquarii. Deinceps tertium domicilium occupauit ternos et vicini *a*) virginis gradus, ſextum ſeptenis ſagittarii, nonum vicem *b*) ternos piſcium, duodecimum ſeptenos geminorum gradus.

Stellarum nunc erraticarum habitationes, in quibus creatae ſunt, conuenit recenſeri. Satvrnvs itaque in aquario, domo ſua propria, conſtitutus fuit in viceni ſinguli *c*) gradibus ſuae exaltationis, Ivpiter deinde in piſcibus in octenis, et viceni gradibus ſuae gloriae, Mars in ſcorpione, domo ſua, viceni et octenis gradibus ſuae exaltationis, Sol in ariete, domo ſua, vndeuigeſimo gradu ſuae exaltationis, Venvs in tauro *d*), domicilio ſuo, ſeptenis et viceni gradibus ſuae gloriae, Mercvrivs in geminis *e*), domo ſua, quindenis gradibus ſuae exaltationis, Lvna in tauro *f*), gradu ſuae exaltationis tertio. Caput draconis in ternis geminorum gradibus, cauda autem draconis in ſagittario, domicilio ſuo, in tertio exaltationis ſuae gradu. Neminem vltimo fugere debet, quod Lvna gradiendo per caput draconis *g*) fiebat *h*) cum Mercvrio in ſigno geminorum, et hic fuit primus illorum duorum ſiderum coitus, deinde aliis planetis iuncta fuit luna, donec applicuit ad ſolem, quod fuit vigeſima ſeptima die ab ipſorum creatione. Licet autem poſſit alia ab illa deſcribi figura coeli, iſta tamen contenti erimus, quae coniecturaliter ab aſtronomis exarata videtur, humanas ſiquidem excedit vires calculatio *i*) haec, niſi quibus diuina reuelatione id patefactum fuit. Nam anni ante diluuium incerti ſunt, neque extant hiſtoriographi *k*), qui de his ſcripſere. Quamobrem iſta reſeruo iudicio et examini peritorum, conferamque calamum ad annos mundi.

Capitulum quintum de annorum ab origine mundi calculatione aetatumque diſtinctione, e quibus coniunctionum planetarum notitia emanat, ex his tandem antedicta aegritudo.

Ne alienae ſcientiae manus iniicere videar, cuius profeſſio minime vel famam, vel commodum adauxit, neue iners barbarorum agreſtiumque hominum iudicium ſubeam, qui per aetatem fieri cuncta cenſent, adoleſcentiam quoque vitio dant, neque bonarum artium ſtudiis praeditam eſſe, pertinaci verborum impudentiſſimorum controuerſia contendunt, quorum etiam plerique graues viri apud imperitum *l*) vulgum expertes diiudicantur, vnde tales ad eos minime praecox attinet ſermo. Hem, pridie is puer tantillus in Burckhauſen ludum litterarum incolebat. Heri gymnaſium vidit, hodie oratorum officinam ingreſſus, illico nouam editionem clariore luce lucubratam emittit. Age, obſecro, pudeat te floridam aetatem vel rerum venerearum illecebris, vel beſtiali crapula triuiſſe. Meritorum *m*) igitur detrahis bene inſtitutae adoleſcentiae, quae nullis laboribus nullisque vigiliis, excubiis quoque parcit, quantum voluptatibus tuis effrenatis libidinique peſtiferae, requiei denique animi et corporis concedis, quam tamen *n*) mihi ſummo *o*) ad honeſtas artes recolendas. Neque ambitionem, qua adoleſcentiam inprimis laborare dicis, mihi obieceris. Namque non tam me ambitio vrget, quantum te edax liuor die noctuque torquet. Neque fatebere, me impiis in diſciplinis, quaſi *p*) aſtronomia, oratoria medicinaque *q*) iuuentutem traducere, quoniam plura ſunt, pace tua dixerim, quae *r*) te ignorare pudor eſt, quamuis in altiſſimo cuiuscunque etiam facultatis faſtigio conſtitutus ſis. Expertibus quippe minorum rerum maiora raro eueniunt, ex quo omnes artes habent quoddam commune vinculum inter ſe, ſuntque ad inuicem colligatae.

Sed ne lectorem taedio afficiam legendi huiuscemodi conuicia, ad rem redeam, cuius cauſa calamum ad ſcribendum impuli, dicturus ſiquidem de annis fluxis ab origine mundi, theologorum mihi vſurpabo auctoritatem, quorum error, ſi a veritate alieni ſunt, me quoque delirare faciat. Conuenit autem diſtinctione aetatum praenotare *s*) quas diuus Avgvstinvs ſex diebus mundanae creationis adaptat, vt prima aetas, tamquam dies vnus, ſit ab Adam vsque ad diluuium, ſecunda inde vsque ad Abraham, non aequalitate temporis, ſed numero generationum, denas quippe habere reputantur, ab Abraham vsque ad David tertia, quarta a David vsque ad trans-migra-

o) *Triplitate* 1.
p) *Propterea* Guelph.
q) *Quod* Guelph. *quoque* 1. 2.
r) *Fraſſois* 2.
s) *Incllab.* 1.
t) *Praeſupoſ.* 1.
u) *Propterea* Guelph.
x) *Domus* 2.
y) *Thauri* 1. 2. ſic et noſtra.
z) *Viceſimum* 2.
a) *Viceni* 1. *vicini* 2.
b) *Viceni* 1. 2.
c) *Singulis* 1. *ſinguli* 2.
d) *Thauro* 1. 2. ſic ſemper noſtra ed.
e) Ed. noſtra male, *geminis*.
f) *Tauro* 2.
g) *Droconis* 2.
h) *Coibat* 1. 2.
i) Corrupte ſcrib. *calcucatio*.
k) *Hyſtoriogr.* 1. 2. et ſic etiam noſtra edit.
l) *Imperitum* 1. *imperium* 2. ſic etiam ed. noſtra.
m) *Merito* 1. 2.
n) *Opem tuam* Guelph. *tpm tantum* 1. 2.
o) *Summo* 1. 2. Leg. *tantum mihi ſumo*.
p) *Scilicet* Guelph. *quia* 1. 2.
q) *Iuuentute* Guelph.
r) *Quod* Guelph.
s) *Pernotare* Guelph.

migrationem Babylonis, quinta inde vſque ad CHRISTI carnalem natiuitatem.

Sexta nunc agitur t) generatio, nullo numero metienda, propter id, quod dictum eſt, *non eſt veſtrum noſſe tempora vel momenta, quae pater poſuit in ſua poteſtate.* De illis ſex aetatibus tractauerunt omnes chronicarum u) ſcriptores, primi vero annorum rationem habuere x) ſeptuaginta interpretes, deinde IOSEPHVS, OROSIVS, EVSEBIVS, HIERONYMVS, BEDA, qui quidem non parum habent inter ſe diſcriminis, cuius rei cauſa exiſtit. Nam ſumunt y) partem pro toto, quinque etiam annos incompletos pro annis integris, quoniam z) praetereunt annorum fractiones, dies, menſes, horas, minuta ſecunda, tertia etc. Elapſi fuerunt igitur a principio mundi vſque ad diluuium NOAE duo millia C. C. a) quadrageni et bini anni. Deinde a diluuio vſque ad natiuitatem ABRAAE b) fluxerunt nongenti c), quadrageni et bini anni. A natiuitate ABRAAE vſque ad DAVIDEM d) regem fuerunt noningenti et quadraginti e) anni. Et rurſum a DAVID vſque ad transmigrationem Babylonis tranſiere quadringenti octogeni et quini anni. Poſtremo a transmigratione Babylonis vſque ad CHRISTVM praeterierunt quingenti nonaginta anni. Addendo eos annos omnes ſimul reſultant ab ADAM vſque ad CHRISTVM quinque millia f), centum et nonaginta nouem anni. Praeciſiorem calculationem ALFONSI taciturnitate pertranſeo. Sermonem nunc vertam ad coniunctiones maximas SATVRNI et IOVIS, quas ſequitur maior rerum alteratio.

Capitulum ſextum de coniunctionibus maximis SATVRNI *et* IOVIS, *quae fluxerunt a mundi exordio, quas ſemper ſecutae ſunt maximae transmutationes.*

Altitonans pater, formans aſtra ab initio, eisdem commiſit aedes inferiores, tamquam pater familias. Sedulo agentibus familiaribus curam rei domeſticae abiturus tradit, vt easdem gubernarent diſponerentque benigno, vt ſalutari ipſorum influxit g), quo cunctae, quae hanc incolet mundi domum, creaturae conſultum ac prouiſum foret, conſtituitque MARTEM iudicem, SATVRNVM quoque iuſtitiae executorem, alios praeterea h) planetas iudicii praeſides et quaſi mediatores, qui ſeueri iudicis iram demulcerent. Vnde permiſit ex eorum congreſſibus et configurationibus mirabiles in hoc mundo alterationes accidere, praeſertim ex trium ſuperiorum SATVRNI, IOVIS et MARTIS, propter lentum motum eorum. Coitus vero eorum eſt quadruplex, maximus, qui eſt trium nominatorum planetarum i), ſignificatque res maximas maximeque mirandas. SATVRNI tamen et IOVIS congreſſus ſimpliciter dicitur maximus, quotiens fit in principio arietis, propter effectuum, quos ſignificat, magnitudinem. Quomodo autem quadrifarie partitur haec coniunctio, exequar.

Nam SATVRNVS et IVPITER in XX. quoque anno ſemel coniunguntur k), et hanc appellant *coniunctionem minorem*, IVPITER ſiquidem perficit curſum ſuum in duodenis annis, SATVRNVS l) vero in vicenis. Vnde fit, vt poſt vicenos annos congrediunt m) in nono ſigno ab eo, in quo prius iuncti fuerant. Deinceps poſt alios vicenos in quinto a primo, et poſt tertios annos vicenos rurſum coeunt in primo ſigno. Et hunc *coitum* ſolent vocare *magnum*, qui coniungit in ſexagenis annis. Diciturque ſignificare pluries ſuper ſublimationem regum et potentum, ſuper quoque n) grauitatem annonae et ortus vatum. Poſteaquam itaque in iſta triplicitate totiens iuncti fuerint, vt ad aliam migrent coeantque o), vocatur *congreſſus maior*, qui fit in ducentis et p) quadragenis annis, ſignificatque ſuper mutatione ſectae in aliquibus regionibus. Sed quum iſta migratio fit q) de vna triplicitate in aliam, vt de calce cancri in principium arietis, demum dicitur *congreſſus maximus*, propter reuolutionem SATVRNI trigenis et binis vicibus. fitque in noningentis quibusque annis et ſexagenis, ſignificat quoque ſuper mutatione imperiorum atque regnorum, ſuperque ignitas impreſſiones in aere, diluuium et terrae motum, ſuper grauitatem poſtremo annonae. Primus igitur *coitus maximus* SATVRNI et IOVIS in principio arietis, ſecundum communem opinionem calculationemque non praeciſam et adaequatam, ſed veritati propinquam, fuit anno a principio mundi tricenteſimo et triceno; quod confirmatur r) per congreſſus minores, quorum ſenidem fluxerunt a mundi origine vſque ad hunc planetarum conuentum maximum, qui hos tricentos et tricenos continent annos, quoniam vnusquisque contingit in vicenis annis. Addiiciendo autem s) antedictum coitum maximum noningentos et ſexagenos annos effluit ſecundus, qui fuit anno mundi 1289. quoniam, vt dictum eſt, accidit ſemper in noningentis et ſexagenis annis. Praeſuppoſito u) igitur illo primo, per additionem iungitur x) noningentorum et ſexagenorum annorum emanant omnes reliqui. Tertius *congreſſus* SATVRNI et IOVIS *maximus* in ariete fuit anno a principio mundi 2240. quartus anno mundi 3200. quintus 4160. a diluuio 1918. Sextus fluxit anno ab initio mundi 5120. a diluuio 2878. Septimus fuit anno mundi 6080. a diluuio 3838. vel circiter, poſt incarnationem CHRISTI 735. Sic in ſumma, vsque mundus ſtetit, tranſierunt ſeptem coniunctiones maximae, circa quas ſemper magna monſtra, portenta et prophana oſtenta accidere, quibus omnes hiſtoriae refertae ſunt, quoniam ab omnibus hiſtoriographis y) accurate litteris prodita conſpicimus. Octauus *conuentus maximus* SATVRNI et IOVIS in ariete erit anno mundi, ſi deus voluerit, 7040. a diluuio 4798. a CHRISTI incarnatione 1693. vel circiter. Quid autem futurum ſit, deus optimus maximusque nouit, qui exorandus eſt, vt nos conſeruet hic feruentes ſecunda valetudine, poſt mortem vero aeterno beatitudinis gaudio. Has poſtremo maximas coniunctiones eam ob rem notare volui, vt facilior pateat origo huius acutiſſimae aegritudinis, quam *aſtrologicis* z) *ex cauſis* conor hic inquirere, ſermonem nunc vertendo ad coniunctiones maiores.

Capitulum ſeptimum de congreſſibus maioribus planetarum, qui ſunt principales huius elluuionis, quam mala Franzos a) appellant, cauſa.

Cunctarum aegritudinum vel mediocrium, vel accuratiſſimarum coitus infortunatorum planetarum cauſa eſſe poterit. Namque SATVRNVS, qui frigidus et ſiccus exiſtit, habet rationem atrae bilis, illamque generat atque augmentat. Vnde etiam continet ſplenem, manſionem eius. MARS vero calidus et ſiccus bilem intuetur, illamque creat et auget, vendicat ſibi quoque fel, domicilium eiusdem. Quapropter MARS excitator bellorum dicitur. In congreſſu igitur molitur b) quisque ſuam malitiam proferre, ne inferior ſit. SATVRNVS longorum morborum, ex atra bili c) orientium, facile parens habetur. MARS rurſum acutiſſimarum aegritudinum, ex bili flamma inextinguibili profluentium, princeps exiſtit. Vnde et illius *mali de Franzos* d) originem ſibi peculiare ducunt,

quod

t) *Agit* Guelph.
u) *Cronicarum* 1. 2. ſic. et edit. noſtra.
x) *Habent* Guelph. *habere* 1. 2. Noſtra ed. *habe*, repoſui ergo *habuere*.
y) *Summunt* 1. Noſtra ed. *ſunuut*.
z) *Quam* Guelph.
a) *Milia ducenti* 1. *milia CC.* 2.
b) *Abrahe* 1. 2. Noſtra ed. *abrae* 1. 2.
c) *Noningenti* 1. 2. et ſic infra.
d) *David* 1. Noſtra ed.
e) *Quadraginta* 1. *quadraginti* 2.
f) *Milia* 1. 2. Sic et noſtra edit.
g) *Influxu* Guelph. *influxit* 1. 2.
h) *Propterea* Guelph.
i) *Planatarum* 2.
k) *Coniungunt* Guelph.
l) *Satornus.* Sic ed. noſtra.

m) *Congrediuntur* 1. 2. et recte.
n) *Quod* Guelph *quoque* 1. 2.
o) *Coeuntq.* 1. *ad aliam coeuntq.* 2.
p) *Vel* 2.
q) *Sed cum ſit de vna* 2.
r) *Confirmat* Guelph. 2.
s) Add. *ad* 1. *autem* 2.
t) 1280. 1. 2.
u) *Praeſupoſ.* 1.
x) *Iungit* Guelph. *iugiter* 1, *iugit* 2. Leg. *iugiter.*
y) *Hyſtoriogr.* 2. Sic et noſtra. ed.
z) *Aſtroloicis* 1. 2. et ed. noſtra
a) *Franſſois* 2.
b) *Mollitur;* 1. 2. Sic et noſtra edit.
c) *Bili* 1. 2. Et ſic paullo poſt.
d) *Franſſois* 2.

quod ex corruptis humoribus generari videtur, quos ad ſe, tamquam natos, quos generarunt, pertinere arbitrantur, ex coitus eorum configuratione atque dominii fortitudine. Id vero, quo fiat pacto, coniunctionum maiorum enumeratio illuſtrabit.

Neque enim clam eſt me *e*), inter duos maximos SATVRNI et IOVIS *f*) ternos ad minus maiores congreſſus fieri in ducentis quadragenis annis, et multo plures minores, SATVRNI et MARTIS in tricenis *g*). Et rurſum plures aliae contingunt, de quibus PTOLOMAEVS in *Centiloquio verbo quinquageſimo primo* inquit. *Ne obliuiſcaris centum viginti coniunctionum, quae fiunt in ſtellis erraticis. In illis enim eſt maior ſcientia eorum, quae fiunt in hoc mundo.* Quinimo inter quaslibet duas coniunctiones maximas eſt ad minus vna reuolutio orbis, id eſt, octauae ſphaerae *h*) in ſexingentis quadragenis annis, et etiam plures reuolutiones magni orbis in trecentis ſexagenis annis. Fiunt inſuper plures reuolutiones SATVRNI, quae quidem cuncta non parum habent ſignificationis in permutationibus ſaeuarum regnorum ingentiumque aegritudinum, et aliorum magnorum effectuum, ſecundum doctrinam excellentiſſimorum aſtronomorum. Quam ob rem quando earum configurationum plures incidunt in vnum annum, ſequuntur varia miracula, quae omnibus mortalibus ſtupori et admirationi exiſtunt. *Euenit* autem, *paucis exactis annis, ſaeuus* SATVRNI *et* IOVIS *coitus, qui huius mali de Franzos i*), *quod iam miſere ingruit, cauſa exiſtit*, quem quidem pluribus verbis complectar.

Capitulum octauum de prima cauſa huius peſtilentialis Scorrae ſiue mali de Franzos fluens ex coeleſti conſtellatione.

Proximis idibus Nouembribus Aegyptiacum quendam riuolum *k*), ſcaturientem e medio, vt aiunt, philoſophorum fonte, celeri curſu traiicere conabar. Nam et aſſidue curſitando, cum philoſophos atque medicos, tum omnes etiam ſapientes conſulendo, ſedulo inquirendo intentiſſimeque cogitando, quidnam id mali eſſet, quod tam miſere premit, vrget, inflammat, torquet, prurit incaleſcitque mortalium corpora, ſudorifero nimio labore vsque ſopore profligatus fueram. Quum autem vnusquisque ſe illius *rei originem ignorare* fateretur, illico ſtatui Aegyptiorum gymnaſia adire, cumque pauiſſem oculos in criſtellina *l*) illius fluuii amoeniſſimi vnda, intuererque maiores natu viros illic ſeſe recreantes, qui rurſum amicabiliſſimos vultus in me coniicerent, conſedi confabulauique. Auidus vero ſciendi, quos ſe gererent, tum vnus, qui aderat, dexteram in aurem mihi ſuſurrebat, eosdem eſſe HYPOCRATEM, GALIENVM *m*), AVICENNAM, PLATONEM, ARISTOTILEM *n*), PTOLOMAEVM, aliosque ferme innumeros aſtrologos recenſebat, qui de rerum naturalium coeleſtiumque contemplatione deſererent *o*).

Inter cetera quidam huius *mali de Franzos p*) *cauſam* diſcutere *q*) elaborabant, aſſerentes, id eſſe *plantam noctis*, alii *mentagoram*, alii *leprae r*) *ſpeciem*, eisdem, quibus hae aegritudines ſanantur, remediis mederi. Alii ſicca corpora duntaxat hoc morbo laborare firmabant. Iccirco Galiis crebrius eueniret. Praeterea ex SATVRNI frigiditate, quotiens domo ſua egreſſus fuerit, ad domiciliumque IOVIS migraſſet, quippe tunc IVPITER reliquias *s*) maliuoli ſenis quoque SATVRNI expelleret, in quadraginta annis crebrius fieri ſolet. Poſtremi dictum hoc partim affirmabant, partim vero negabant, licet etenim ſiccioribus corporibus, vt Gallorum aliorumque id generis, frequentius contingat. Quapropter etiam *Francigenarum nomen* proprium ſibi vindicauit. Namque *malum de Franzos t*) vocitari conſuenit, non autem a Germanis, Italis, Britannis *u*), Anglicis, Sarmacis *x*) aliisue gentibus nomen ſibi inditum accepit, ſed Gallica de gente, quae ſui nominis monumentum peculiare ac perpetuum ſibi iuſſit, quod nullam vnquam paſſurum eſt lituram. Hac vero tempeſtate repſit non ſolum per Latium, ſed ſerpit quoque per Germaniam, Sarmaciam, Bohemiam, Thraciam, Britaniam *y*), et prorſus omnes mundi cardines vsque occupauit, quod priscis *z*) temporibus numquam eſt auditum *a*).

Priorem igitur rationem ſedulo inficiabantur. Namque quomodo fieri potuit, vt idem morbus de Gallis ad tot gentes tranſueheretur, quum *eo antehac Franciginae ſaepius laborarint b*), numquam tamen moenibus vrbium preſſi fuerunt, vt alia regna petere prohiberentur? Quinimo per orbis regiones ſicut iam diſſeminati fuerunt, *haud* tamen *id malum in alios homines miſerunt*, quod iam ab altero in alterum, tanquam ſagitta, torquetur. Quamobrem aſtrorum peritiſſimi, latentem huius aegritudinis cauſam acutius inueſtigantes, plura ſcripta *c*) digna protulere, quae hic non eſt recenſendi locus. Illud ſatis eſt commemoraſſe redegiſſeque in memoriam, Galliam a IOVE regi, SATVRNVM ſupra Angliam, MARTEM vero Alemaniam dominari. Vnde quum poſtremo, vt mos eſt feruentis nouitatumque auidae adoleſcentiae, verba premere propria nequirem, in eum prorupi *planetarum coitum, qui, paucis exactis annis, fluxit, eundem eſſe huius morbi propriiſſimam cauſam*, variis argumentationibus oſtendens. A ſingulis mihi aſſenſum fuit. Interim abire *d*) coacti ſunt. Namque ſeſe ab inferis ab immortali IOVE in fluuiolum hunc miſſos fuiſſe ad hominum ſalutem fatebantur, ea, quae ſummo conſilio concluſiſſent, obſignata charta, mihi tradidere, quo *e*) per orbem terrarum diſſeminarem. Sic e conſpectu meo euanuerunt, magno edito gemitu. Ego, veluti ſtupefactus, in vrbem redii *f*), hancque ſubiunxi huius *mali de Franzos g*) *cauſam*, *quae ſequitur.*

Capitulum nonum de mala Franzos h), *quod manauit e maiore duorum planetarum* SATVRNI *et* IOVIS *congreſſu exque ſolis radiorum amiſſione.*

In tanto huius horribilis terribiliſſimique portenti, omnibus mortalibus inauditi, inuiſi atque penitus incogniti cauſam varie differentium conuicio diu mecum multumque cogitaui, quid factu optimum foret, an populare iudicium ſubirem? an calamum ab omni ſcribendi officio comprimerem? Quum ſic haeſitarem, id mihi forte incidit, eum mentibus hominum errorem inculcatum eſſe, vt omnium rerum apud ſemet ipſos acerrimi cenſores eſſe videantur, clariſſimorumque virorum ſcripta apud plerosque ignorantes vitio dari, quae tamen ſine *i*) omni menda in lucem prodidere. Iccirco ſi meam operam minus probent, haud propterea infamia dignus ſum cenſendus, cum digniſſimi viri, omni virtute, ſapientia atque doctrina praediti, petulantiſſimam obtrectatorum linguam effugiant. Teſtis eſt VALERIVS, qui *nullam* ait *eſſe tantam felicitatem, quae k*) *malignitatis dentes vitare l*) *poſſit*. Quamobrem dilaceretur afficiaturque omni ignominia fama mea ab indignis. Non pudor eſt, ſcripſiſſe, ſed adoleſcentiam ignauia, luxu quoque inerti ſine bonis litteris traduxiſſe. Obſecro, aequum te praebeas iudicem, qui hanc primam *m*) adoleſcentiae

e) *Clam me eſt* 1. *clam eſt me*: 2.
f) *Coitus* 1. deeſt in 2.
g) *Triceni* 2.
h) *Spere* 1. 2. Sic et noſtra ed.
i) *Franſſois* 2.
k) *Riuulum* 1. *riuolum* 2.
l) *Criſtallina* 1. 2. Recte.
m) *Hypp. Galien.* 1. 2.
n) *Ariſtatel.* 2.
o) *Differerent* 1. 2. Haec rectius.
p) *Franſſois* 2.
q) *Diſcuttere* 2.
r) *Lepri* 2.
s) *Relliquias* 1. *reliq.* 2.
t) *Franſſois* 2.
u) *Brittannis* 1. *Britan.* 2.
x) *Sarmatis* 1. 2.
y) *Brittanniam* 1. *Britaniam.* 2.
z) *Priſtis* 1. 2. Sic et noſtra ed.
a) *Audit. eſt.* 2.
b) *Laborarit* 2.
c) *Scriptu* 1. *ſcripta* 2. Mallem *legere ſcriptu digna*.
d) Def. *abire* in 2.
e) *Quod* Guelph. *quo* 1. 2.
f) *Redii* 1. 2. Noſtra ed. habet *tedii* ſine ſenſu, eſt ergo legendum *redii*.
g) *Franſſois* 2.
h) *Franſſois* 2.
i) *Sine* 1.
k) Noſtra ed. *q*.
l) *Vitari* 2.
m) *Primum* 2.

tiae meae editionem legis, ſi humanitate ipſa ductus fuerim *n)* ad aliquem errorem, eundem pietate tua corriges, ne me futura ſcribendi arduiora ſpe priues.

Hanc autem accipe huius *mali de Franzos o)* incultam *cauſam p)*. Accidit quippe *anno* incarnationis dominicae *milleſimo quadringenteſimo octogeſimo quarto* expaueſcendus SATVRNI et IOVIS *coitus q)*, die vigeſima *r)* quinta Nouembris, hora ſexta, minuto quarto, poſt meridiem, horoſcopante *s)* cancri gradu ſuper oriſontem. Illius horrendi conuentus *t)* ſignum fuit infeliciſſimum Scorpionis, MARTIS domicilium, ternis viceni eius gradibus. Et rigidus ille atque malinolus SATVRNVS eccentrici *u)* ſui *x)* eleuatione ac circuli ſui latitudinis in ſeptemtrione *y)* altitudine et ſublimitate IOVEM benignum oppreſſit *z)*. MARS quoque, coniunctionis domus regia, in domo ac regali ſigno et domicilio proprio conſtitutus, omnem illius congreſſus gubernationem ſibi vendicauit. IVPITER itaque benignus SATVRNI et MARTIS impugnatione ſuis ſubditis natisque nequit ſalutare ferre ſubſidium. Deinde *anno* ſequenti *octogeſimo quinto*, vigeſima *a)* ſexta die Martii, horrenda et ſaeua ſolis eclipſis euenit, cuius teſtimonium magni illius conuentus ſignificationem ingreſſum eſt, malignosque effectus eius peiores reddidit *b)*. Neque malitia iſta hactenus terminata fuit, neque finem imponet, donec ad aliam planetarum arcem migrabit.

Illum congreſſum expaueſcendum infinitae fere *c)* tempeſtates ſecutae ſunt, iam *peſtilentiales fluctus*, qui adhuc ſaeuiunt, iam *bellorum procellae.* Nunc etiam *famis* turbinibus maximis preſſi ſunt miſeri homines. Praeterea inuaſit humanum genus elluuies haec peſtilentialis, hoc eſt, *mala de Franzos d)*, quod quidem haec coniunctio de Gallis in Germanos transuexit, dehinc in alias complures regiones. Eſt namque compertum, quod IVPITER dominatur ſuper Galliam ſeu Franciam, qui eſt calidus et humidus, et ex humoribus vendicat ſibi ſanguinem domiciliumque eiusdem, quod eſt epar *e)*, vnde ſanguinem generat augmentatque *f)*. Virtutem quoque vitalem corroborat: In calido etenim et humido conſeruatur vita. Quamobrem Galli ex natura gaudent optima corporis diſpoſitione, celerius tamen incidunt in morbos, et grauius aegrotant propter viuidi caloris abundantiam *g)* corporumque repletionem. Quae quidem ſaturitas humorumque copia vehementius putredini praeſto ſunt. Et ex quo in praefato SATVRNI *h)* et IOVIS coitu manſuetus ſalutarisque IVPITER per SATVRNVM ferociſſimum ſupprimitur, MARTIS quoque impedimento, qui dominum *i)* ac imperium huius coniunctionis peculiare ſibi ducit, proſtratus iacet, ſequitur caloris et humidi detrimentum *k)*, quippe SATVRNVS atram bilem, quam generat et augmentat, inducit in corpus, quia frigidus et ſiccus exiſtit, naturae infeſtus, recentesque humores *l)* corruptioni credit. MARS deinceps temeritatem ſuam commiſcet, bilem flamma *m)* ignis ardentiorem priori malo adiiciendo, ita profecto, quod hi ſalutiferi humores tam ex ſua primogenia natura migrent, referta vitali arce mortiferis humiditatibus SATVRNI et MARTIS, vt tam foetida, immunda, immunda, groſſa ſordidaque materies congeritur, quam etiam humanitas ipſa abhorret. Foetoris rationem habet SATVRNVS, qui planetam ſordium fetidiſſimarumque rerum principem ſe gerit. Vnde *prima cauſa* apparet eſſe *atra bilis*, quae hanc impuritatem generat, ſecunda *bilis*, quae auget eandem, accenditque eas contritas humiditates: Nam MARS eſt parens omnis inflammationis. Iccirco putor intrinſecus in eo *malo de Franzos n)* videtur ferme eadem laborantes homines aegritudine igne conſumere, tam inflammat, incinerat, torquet premitque, vt *o)* miſerabile ſit dictu: Plures, inquam, ſedari dolorem morte optant. *Illam ſordidiſſimum materiem vi enititur natura expellere, ad naturaliaque hominum*, vbi eſt congreſſus venarum, *demittit.* Nam et ſignum ſcorpionis, in quo conuentus iſte planetarum factus eſt, dominium *p)* illius membri habet. *Neque tamen perfecte contingit eo in loco expulſio, quare ad alias diffunditur corporis nobiliores partes propter ſanguinis corruptionem.*

Fluxit deinde morbus iſte ad Italos, qui videntur participare cum Gallis, tum ad Germanos transuexit MARTIS in illa coniunctione principatus. Manat poſtremo ad Anglicos atque alios SATVRNI miniſtros. Illud tamen neminem fugere velim, omnes IOVIS natos maiori huius aegritudinis formidine vrgeri, quibus deinde ſignum illud congreſſus aſcendit in natiuitate. Eſt *alia* etiam *cauſa* ſaepe fati *morbi reuolutio* SATVRNI *decennialis*, quae anno octogeſimo nono completa fuit, et nunquam ſine aliqua ſingulari mutatione praeteriit. Nunc ad remedia progrediamur.

Capitulum decimum de remediis contra ſagittas huius peſtiferi morbi ſiue proluuiei de Franzos q).

Ex quo ſagittae iſtae ex atrae bilis acuitate *r)* bilisque inflammationibus, dirutis in homine propugnaculis, erumpunt, *ab altero* quoque *in alterum* torqueri videntur, tanquam *peregrinus morbus. Quamobrem etiam cum peſtilentia affinitatem habet.* Idcirco clypeorum opifices deligendi ſunt, qui optime fabricent. Facile autem reſtiteris, vbi, *domicilio* poſt te *relicto, in quo laborantes ſcorra decumbunt*, coelum clarum purumque ante te tuleris, *vbique ab s) horum hominum conſuetudine ſedulo abſtinueris t).* Namque ea

n) *Ferim* 1. 2. Sic et ed. noſtra. Reſtitui *fuerim.*

o) *Franſſois* 2.

p) Noſtra ed. *caſuam*, ſed ſine ſenſu.

q) Accuſat etiam SATVRNVM non per ſe, ſed quatenus in ſignis Geminorum, librae et aquarii eſt, IOANNES ENGEL. (v. Tractat von der peſtilentz IOANNI ENGEL, der freyen kunſten vnd artzney Doctor, auſs der leer der Doctorn der artzney vnd Aſtronomey gezogen — Augſpurg 1518. 4. P. I. c. 1.) Qui cum hoc exemplis confirmare ſtudeat, lubet eius verba ſubiicere: „Vnd das ſoliche vrſach warhafft ſey mag man das mercken bey menſchlicher Gedächtnuſs, do die nächſt vergangen peſtilentz als Saturnus iſt geweſen im Zwiling an hat gehebt im Nidergang der ſonnen, als man zelet hat nach Chriſti geburt M. CCCCC. I. vnd zway jar von ainem landt gangen iſt in ander, biſs in das. VI. do ſy in dem Oſterland geweſen iſt, vñ darnach in dem. VII. jar in Merhern vnd Böhem, vñ in dem. VIII, vnd. IX. jar zu Vngern geweſst iſt, ſo lang ſich verzogen hat daz yetz ſo Saturnus in dem zaichen Wag iſt, ain andere vrſach erhebt hat vnd weyter wird geen, das dann ain vrſach iſt das ſich vil menſch im Oſterlanndt verwundern das die Peſtilentz ſo bald iſt wider kommen. Auch ſo Saturnus iſt geweſen in dem zaichen Waſſerman ſo man zelt hat M. CCCC. XCII. von ainer Gegend in die andern kõmen iſt, als im. XCIIII. jar in Francken geweſst, vnd darnach im. XCV. in Bairn, in dem XCVI. Jahr im Oſterland geweſst, vnd weyter gangen, bis ſich ſolch vrſach vergangen hat. Alſo denck wir wol das yetz bey. XXX. jarn ſo Saturnus in dem zaichen Wag iſt geweſst, auch ain peſtilentz was, von aufgang der ſonnen anhebend biſs in den nidergang der ſonnen. Desgleichen mag Saturnus vnd zu zeiten Mars ain peſtilentz machen, auch andere kranckhait, nicht allain in den obgemelten zaichen, ſonder bey etlichen ſtern; das nit vil ärtzten bekant iſt: vñ doch yüt war ſolche vrſach der kranckhait zu wiſſen„ Similiter MARSILIVS FICINVS (Tractatus ſingularis Doctiſſ. viri Marſilii Ficini de epidimiae morbo, ex Italico in Latinum verſus. Auguſt. Vindel. in Sigiſm. Grim̃ Medici et Marci Vuyrſung offic. excuſoria M. D. XVIII. 4. c. 2.) *ex malignis quibusdam conſtellationibus, praeſertim ex Martis cum Saturno in ſignis humanis coniunctione et ex luminarium eclipſibus. cet.* Fuit vero haec medicorum opinio prima atque communis.

Aphrodiſiac.

r) *Viceſima* 2.

s) *Horoſcoponte* 1.

t) *Canuentus* 2.

u) *Ecentrici* 1. 2. Sic et ed. noſtra.

x) *Suae* 2.

y) *Septendrione.* 2.

z) *Oppreſcit* 2.

a) *Viceſima* 2.

b) Ed. noſtra, *redidit.*

c) *Ferre* 1. 2.

d) *Franſſois* 2.

e) *Epar* 1. 2.

f) *Atque augmentat* 2.

g) *Habundant* 1. 2.

h) SATVRNO 1. 2. Ita et edit. noſtra ſed reſtitui SATVRNI.

i) Noſtra ed. *dominum.* Male.

k) *Hõ: deterim.* 2.

l) Def. *humores* in 2.

m) *Flam̃ina* 1. 2. Noſtra ed. *flãm̃ia.*

n) *Franzois* 2.

o) *et* 2.

p) Male noſtra ed. *dominum.*

q) *Franzois* 2.

r) *A ciuitate* 2.

s) *Ad*, ſed male ed. noſtra.

t) *Abſtinueris* 1. 2. Sic recte. In noſtra ed. leg. *abſtineris.*

ea tela *inficiunt aerem*, qui multiplicatus ad alterum, intoxicat *u*) et eundem ipſum. *Vitare* etiam operae pretium eſt *lauatoria x*) *communia hac y*) *tempeſtate, quoniam z*) *pori patent.* Poſteaquam vero quisquam ſenſerit ventos anni *a*) motu aliquo excitari, his premat rebus cytherae melodia pſallendi arte PYTHAGORAE, conuiuiis interſit ORPHEVS cum AMPHIONE, VENVS tamen cum CERERE ſemoueantur, neque BACCHVS liberaliter calices fecundet. Delectabunt etiam iocundi ſermones de rebus altiſſimis, quae *b*) non moueant memoriam ad cogitandum de aegritudine hac. Stupham ſuffumigent carbones ignei inſtructi myrrha cum albo thure aut granis iuniperi. Praeterea epulae aceto aut agreſta condiantur, rectificetur autem coelum, vt in peſtilentia, primo vniuerſaliter, accendendo *c*) ignem mane et veſperi pluribus diebus, quemadmodum GALIENVS in eo, qui *de commoditatibus d*) *tyriacae* libellus inſcribitur, hanc purificationem commendat, cum inquit: *Quocirca laudo mirabiliſſimum* HIPPOCRATEM *e*), *qui peſtilentiam non aliter curauit, qui apoſtema f*) *ad Elinos attinxit, niſi vertens aerem et alterans, praecipiens, ne attraheretur per reſpirationem aer infectus.* Iuſſit etenim in qualibet vrbe accendi ignem, non ſimplicem materiam ignis habentem, ſed flores et ſerta odorabiliſſima conſulebat eſſe cibum ignis, et inſuper infundens pigmentorum pinguiſſima et odorem bonum habentia. Laudo etiam *g*) ingenium ANTONII CERVISONI, quod mundentur ſtrata *h*) fimo rebusque aliis aerem inficientibus.

Rectificatio deinde aeris ſpecialis hoc pacto fiat. Mane et veſperi optimum eſt, vt, cum homines voluerint ſe credere quieti, ignem pauxillum accendant, quem foueant thure, ligno aloes, carioſolis *i*), maſtice, cypreſſo et aliis rebus id generis. Deligatur dehinc domicilium in aeſtate in locis decliuibus et depreſſis, ab impreſſione coeleſti remotis feneſtris *k*) a parte ſeptentrionali atque orientali, quorum *l*) aſpectus optimus. Poſtremum remedium magis eſt neceſſarium, quod praeſeruat homines ab hac peſtilentiali eluuione *m*). Et eſt *rectificatio corporum*, et hoc contingit bifarie, vno modo *per* debitum *vitae regimen*, alio modo *per debitam euacuationem.*

Ordinatum regimen debet eſſe eo modo, vt omnia genera piſcium effugiantur, fructus deinde dulces, ſimiliter carnes humidae, vt porcorum, agnorum, caſtrorum *n*) omniumque auium aquaticarum. Homines vtantur his carnibus, vt ſunt pulli, gallinae iuuenes, vitelli, hoedi, caprioli, turdi, perdices, faſani, auiculae alpinae potius, quam campeſtres *o*) deligantur. Hae vero carnes cum aceto aut agreſta, ſucco limonum, granatorum aut arantii condiantur, laudanturque eo tempore acetum bonum magis, quam acria, quae non ſic a corruptione praeſeruant, nec ſic humorum et ſpirituum inflammationem extinguunt. Veſcantur inſuper his carnibus, aſſis potius, quam elixis, fercula ſint lenticulae, cum aceto conditae, portulaca, lactuca quoque praeparata aceto. Potus ſit vinum bonum cum *q*) meracum, ſed dilutum, neque dulce, vel aqua permixta aceto, vel agreſta, vel ſucco granatorum. Similiter ſyrupi aceto ſi aqua permixti commendantur, et ſic patet prima corporum purificatio.

Secundo rectificantur *per euacuationem.* Quaedam autem medicinae, his tempeſtatibus adhibendae *r*), ſunt corpus euacuantes a multitudine humorum, et quaedam *s*) corpora alterantes et prohibentes humores a corruptione et venenoſitate. Euacuantes in duplici differentia ſunt. Quaedam enim ſenſibiliter euacuant, vt phlobotomia *t*), farmacia et gargariſmata, et ſimilia, quaedam inſenſibiliter, vt fricationes, pectinationes. Quantum ad primas medicinas, conſilium peritorum in arte hac eſt, vt corpora calida et humida ſanguinea, quae ſunt caloris viuidi, et praeſertim iuuenes, et qui vtuntur carnibus et vino, ſaepius phlobotomia *u*) vtantur, plus tamen *x*) vel minus ſecundum repletionem, vel ſanguinis multitudinem, aetatisque conditionem, quoniam corpora talia maiori ſubiacent periculo, humores ſiquidem eorum putredini magis parati ſunt. Et item crebrius vtantur euacuatione per pharmaciam *y*) cum his pillulis. Recipe aloes ſucultrum *z*) partes duas, croci myrrhae ana partem vnam. Incorporentur cum pauco vino albo odorifero, et formentur pillulae, de quibus robuſta et repleta *a*) aſſumant dragmam vnam, minus vero repleta et facile ſolubilia aſſumant dragmam ß. Hae pillulae humiditates extraneas euacuant, et a putrefactione humores bonos praeſeruant. Euacuatis autem ſuperfluitatibus primae digeſtionis et ſecundae, prouocentur ſternutationes *b*) tres vel quatuor cum veretro pyrethri et cubebarum ana ʒß et miſceantur. Fiant deinde gargariſmata cum aqua frigida et aceto permixta, per nares autem attrahatur aqua roſacea cum pauco aceto et camphora permixta. Euacuationes vero inſenſibiles ſunt fricationes, quae fieri debent per totum corpus, maxime ad dorſum et brachia, antequam de lecto ſurgant. Pectinationes longae fiant, poſtquam ſurrexerint, et ſuperfluitates depoſuerint. Et haec de medicinis corpus alterantibus et euacuantibus. Medicinae vero alterantes et a corruptione praeſeruantes ſunt tyriaca, antidotum ANDROMACHI *c*). Poſtremo fiat hominibus laborantibus hoc *male de Franzos d*) vnguentum ſecundum artem tale *e*). Recipe ceruſae *f*) vncias ij. litargiri auri et argenti ana ʒj. et ß. Maſticis, olibani ana vnciam j. Reſinae pini ℥ij. Aluminis combuſti vncias ij. Argenti viui extincti vnciam ß. Succi malorum citomorum *g*) vnciam i. et ß. Cerae albae, oleum oliuae, quantum ſufficit. Gargariſma deinde taliter fiat. Recipe mellis roſati colati *h*) vncias ij. Diamoron vnciam j. et aquarum roſarum, matris ſiluae, plantaginis, florum ſiliginis rubii *i*), conſolidum minorum ana vncias ij. Miſceantur inſimul. Reliquis in rebus conſulentur digniſſimi medicinae doctores, qui ſanius, quam ego, conſulere poſſunt. Praeterea ad aſtripotentem IESVM CHRISTVM, primarium medicum, confugiamus, ad eiusque genitricem, diuam virginem, MARIAM, quae nos ex hac turba et colluuione ſideream ad ſedem euehi concedat, vbi perfruamur aeuo ſempiterno.

Habes, BERNHARDE DE WALTKIRCH *k*), meo iudicio, licet minus graui, ſed ſimplici ſinceroque et hominis, vt ita dicam, tyronis opuſculum, vtile, lucubratum proximis Nonis Nouembribus, quod *l*) cauſam huius elluuionis *m*), quae iam ingruit, explicare videtur. Nam neque quisquam inficiari poteſt, eam non e ſiderum concurſibus, configurationibus quoque originem expromere, quum a natura ferme aliena ſit, antea-

u) *Introxicat* 2.
x) *Lauatorio* 2.
y) *Ac tēptāte*, in ed. noſtra, leg. *hac tempeſtate.*
z) *Quum* Guelph. *quoniam* 1. 2.
a) *Animi* 1. 2. ed. noſtra, *anni.*
b) *Qui* 1. 2.
c) *Eccendendo* 2.
d) *Comodit.* 1. 2. Sic et noſtra.
e) *Hypp.* 1. *Hyp.* 2. Scrib. et noſtra *Hyp.*
f) *Quae apoema* 1. 2. Sic et noſtra ed.
g) *Otiam* 2.
h) Ed. noſtra *ſtrate a.*
i) Leg. *caryophillis.*
k) *Feneſtrae* 2. *feneſtri* ed. noſtra, leg. *feneſtris.*
l) *Qui* Guelph. *quia* 1. 2.
m) *Elluu.* 1.
n) *Caſtrus* idem, qui *caſtronus* i. e. veruex.
o) *Compeſt.* 1. *conpeſtr.* 2.
p) *Laudaturq.* 1. 2.
q) *Non* 1. 2. Recte.

r) *Adhibēm* 2.
s) *Et quaeda de* 2.
t) *Phlobot. farmatia* 1. *phloboth. farmaſia* 2.
u) *Phlobot.* 1. *phloboth.* 2.
x) *Tamen* 1. 2. Male ed. noſtra *tum.*
y) An *ſuccum?*
z) *Farmat.* 2. *farmac.* 2. et ſic ed. noſtra.
a) *Replata* 1.
b) *Sternitat.* 1.
c) *Andromaci* 1. 2. Sic et ed. noſtra.
d) *Franſſois* 2.
e) *Talem* 2.
f) i. e. *ceruſſae*, et paulo poſt, *lythargyrii.*
g) *Citaniorum* 1. 2. forte *citreorum*, quia citro eſt *malum citrium*, aut ſi mauis, *cydoniorum.*
h) *Calati* 1. 2.
i) *Silignus rub.* 1. *ſiligin. rubii* 2.
k) WALKIRCH 2.
l) *Quae* Guelph. *quod* 1. 2.
m) *Eluuion.* 2.

anteaque inuiſa, incognita atque penitus inaudita hiſce *n*) in regionibus. Si tamen non eſt elaboratum ſubtili artificio, quemadmodum MINERVA PHIDIAE ſeu VENVS APPELLIS, tamen gratum tibi erit amici munus. Nam non poſtulo, vt in archam auream reponas, et tanti facias, quanti PTOLOMAEVS PHILADELPHVS bibliothecam ſuam, omnis generis librorum refertiſſimam, aeſtimauit. neque vt tanto in honore referuandum putes, quanto DARIVS libros HOMERI retinendos *o*) duxit cum ſcrinio capto inter ſpolia, quod erat auro gemmiſque ac margaritis precioſum, cuſtodiae voluminum HOMERI dare praecepit, neque inhibeo, poſteaquam ſedulo perlegeris, vt igni non credas, quum *p*) non ſunt VIRGILII codices, quos diuus AVGVSTVS contra voluntatem eius cremari vetuit. Vale, nobilitatis vnicum ſpecimen. Iterum vale, omnis litteraturae amator *q*).

Querimonia mentagrici r).

Dicite morborum cauſas et ſigna docentes,
Cur mihi mentaſtra pectus et ora tument.
Increſcunt papulae, diſtorto corpore, putres,
Et minuit vires ſemper in ore ſitis.
Horriferum ſwalet s) monſtrum non triſtius illud,
Vt reor, infernus quod cubat ante lacus.
Nulla quies. Totas noctes ſuſpiria duco.
Polluit egrediens proxima quaeque vapor.
Quis fert auxilium? Feret hic perdoctus IOSEPH,
Qui medicam nobis accumulauit opem.

LIBELLVS IOSEPHI GRVNBEBKII *t*) DE MENTVLAGRA ALIAS MORBO GALLICO.

GEORGII GADII exorati ad IOSEPHVM Epigramma.

Saeuit in humanis noua dum veſania membris,
Et dolor, et ſanies corpora tota premunt,
Nec ſcit opem Paeon quiſquam promittere certam,
Ignotique mali pellere contagium.
Expertus morbi furias, medicamina, IOSEPH,
Porrigis, vnde mali ſemina nata, docens.
Naturae reparator ades, das ipſe quod olim
Hippocrates graiis, Muſa quod et latiis.
His igitur telis laeſus, quicunque ſalutem
Ferre ſibi ſi vult, quaerat ab arte tua,
Sanatusque tibi tantos decernat honores,
Hippocrati quantos Graecia cuncta dedit.

ALOYSIVS MARLIANVS Auctori IOSEPHO S. p. dicit.

Non poſſum tibi non debere, cum omnes tibi debeant, dum *ignoti morbi et peregrini*, quo parens hominum et ſaepe nouerca natura non contenta tot damnaſſet malis Europam, cum pene totam afflauit, vnde debere poterant homines potius, quam accurrere, tu miſertus et expertus fontes recludis, cauſas aperis, et tibi conſulendo omnibus conſulis. Iuuabit opus multos, proderit opus multis, cui opto viuere, vt homines viuant. Cum autem ex aequo laudare non poſſim, admiror et laudo tamen, cum ſentio ſolum non poſſe a malis laudari. Quod ſi me homines audient, vt mali videantur, omnes laudabunt. Vale.

CHRISTIANVS VMHAVSER Lectori.

Salue, lector bonarum artium amantiſſime. Cum miſeros mortales quidam *perniciosus et deterrimus morbus noſtro ſaeculo incognitus* inuaſiſſet, et nullus noſtra memoria tanta ingenii ſolertia ornatus fuit, qui ſtrenuum et frugiferum huic morbo (quem iuſte et doctiſſime *mentulagram* auctor nominat) medicamen attuliſſet, ſed plurimorum hominum querelam et grauem corporis offenſam miſeratus IOSEPHVS GRVENBECK, Regius ſecretarius, vir florenti facundia et excultiſſima eruditione praeditus, qui vt pleniori obſequio mereretur cunctos mortales, ea ſordida *contagione infectos*, vnum eruditum opuſculum in lucem edidit, in quo originem morbi eiusque ſubſtantiam, diaetam et perfectiſſima ac ſalutaria remedia mira ſermonis elegantia ſubciſiuis temporibus deſcripſit. Libellus iſte (vt libere mentis affectum fatear) eſt terſus, elegans, iocundus et exquiſito artificio elaboratus, qui in primis hominibus, aegra valetudine oppreſſis, infirmitatis releuamen et vberrimum fructum, ſi diſertiſſimi oratoris IOSEPHI praeceptionibus parebunt, allaturus eſt. Vale.

Prooemium IOSEPHI GRVENPECKII, Germani, in mentulagram, morbum rabidum, ſuperioribus ſeculis incognitum.

Cum exactis temporibus ab omnibus mundi angulis quasdam horribiles calamitates et affectiones obſtrepere, multaque incommoda humano generi inferre vidi, inter ceteras *obrepſit ab occidentali ſinu, gallico tractu*, cuiusdam *infirmitatis tempeſtas*, adeo ſaeua, atra et foeda quod ea nihil quicquam atrocius, terribilius et ſordidius in mortalium regione viſum vel auditum eſt. Collegit autem ſe *primo ſuper Inſubriam* inſtar procelloſae nubis in ingentem aceruum, *deinde per* magnum caeli ſpatium *totam Ligurum prouinciam* vi ventorum ſparſa horridam et peſtiferam veneni procellam *paſſim in Gallorum exercitus* (quos ibi forte CAROLI, eorum regis, ambitio et Italiae ſubigendae libido conſcripſerat) deorſum egit, nonnullosque *milites et* eius loci *accolas*, tanta *foeditatis et putredinis colluuione* trantisque *dolorum cruciatibus percuſſit*, quantos humana lingua haud facile verbis conſequi poteſt. Hinc infectio (contagione duce) *per* totam Liguriam ceterasque Italiae oras, *Germaniam et Hiſpaniam*, *et omnes mundi partes graſſata*, humanum genus mirum in modum afflixit, et hodie diriſſime excruciat. Cum igitur homines hac dira pernicie tam miſere laborantes aſpexi, et nulla admiratione *inſolitum prodigium* ſatis complecti potui: percupidus cognoſcendi *noui mali originem*, quo e fonte emanarit, deorumne diſpoſitio, ſtellarum opus, fatorum machinatio, an fortunae ludibrium exiſteret, ac etiam, quae eius natura foret, et quo nomine appellari, et quibus remediorum virtutibus repelli poſſet, nullam laboribus meis quietem dedi, cum aſtronomorum rationaria de planetarum congreſſibus ſcrutando, tum naturae ſecreta ſacrarumque litterarum myſteria exquirendo, donec aliqualem de his rebus notitiam et intelligentiam attigi, atque inde conſcribens in libellum (cuius titulus eſt *de malo francico*) congeſſi. Verum quidem cum paullo poſt Auguſtenſium in oppido, rogatu quorundam ſodalium et commilitonum meorum, quodam die *conuiuium* inſtituiſſem, cui non ſolum BACHVS et CERES, ſed etiam VENVS intererat, mediae voluptati ſeſe ingeſſit infenſa humanarum peſtium nutrix, *contagio*, innumera iſtius infectionis ſpicula gerens, cuius horrore territi, relictis epulis, omnes afugimus.

Sed vix pedes extra portas Auguſtenſes in agrum emoui, dum terrorem per frigida membra fuſum aliarum rerum obiectis expellere elaborarem, infelix numen me, a tergo ex improuiſo adortum, grauiſſime ſauciauit. Quo vulnere *totus infectus*, *duobus fere annis* a Caeſaris conſuetudine, ſociorum contuberniis et omnium agendarum rerum cura alienus, in lecticula lucubratoria mille cogitationum formas totidemque imaginationum figuras fruſtra cudere coactus fui. Interim eam diuturnitatem temporis, ſolitudinem et graues impenſas, multarum etiam fortunarum (vt fit, cum a domino quis ſuo diſiungitur) negligentiam, et quod prius nominare debebam, *puſtularum moleſtias membrorumque exulcerationem iuncturarum dolores* impatienter ferre coepi et me ipſum ex libello meo, quem paullo ante edideram, ſubleuare nequiui, omnium medicorum pharmaca, (quorum ſaltem copiam habere valui) potiones, eligmata, diapaſmata et catapotia abſorbui et deglutiui, vt ſecundam

n) *Hiſte* I.

o) *Retinendos* 1. 2. *retinendus* ed. noſtra.

p) *Qnoniam* 1. 2.

q) Addit. *Ame* 2.

r) Deficit in 1. et 2. Videtur ergo eſſe ſuperaddita ab editore noſtro. Quis vero ille fuerit, non liquet.

s) Leg. *ſqualet*, et paulo poſt. *infernos*.

t) *Libellus* IOSEPHI GRVNBECKII *de Mentulagra alias Morbo Gallico*, ſ. l. et a. in 4. — In fine prooemii: *Datum in natali ſolo Burckhauſen, tertio nonas Maii. Anno milleſimo quingenteſimo tertio, Regni Maximiliani decimo octauo.* Conſtat 14 plagg. Scribit vero GRVNBECKIVS imaginem morbi, vt artifex, propria labe cautior factus, et iubet remedia, quae in ſe ipſo expertus fuerat, hinc teſtis, ſi quis alius, idoneus.

dam valetudinem ocius, quam poſſem, recuperarem. At cum nec illorum induſtriae radio, nec vlla medicinarum virtute priſtinas vires recolligerem, et *tabem ipſum pedetentim ſenſi iſtis membris vim afferre, ſine quorum miniſterio mortalium viuere poteſt nemo*, ex quadam deſperatione a medicis et eorum medicamentis ad chirurgorum immanitatem deficio, et lucrionum, qui iam hinc inde ex omnibus ſordidiſſimis officinis (licentia magiſtratuum) ad perdendos homines prouinciatim, oppidatim et domeſticatim diſcurrentes, apud aegrotos pro turpi queſtu certant, imperitiam, incerta et difficilia eorum experimenta appellaui. Vbi me et apud iſtos nihil aliud, quam graues dolores trutinare, et vacuam ſtipulam atque (vt ita dicam) ſtramina triturare animaduerti, reiecta omnium praeſumtione, propriam ſolertiam meam contra deterrimum hoſtem armaui, et ad pugnam progrediens, id prae omnibus exacta et accurata exploratione edidici, eundem ipſum fatalem inimicum eſſe *pernicioſum* SATVRNI et MARTIS *opus*, clandeſtine et inſenſibiliter in corpora humana deuolare, *incipiensque primo in hepate* peſtiferam ditionem ſuam exercere, ſanguinem prorſus adurendo, deinde vicina loca cordis, pulmonis, ſplenis et teſticulorum repetendo, bilem, pituitam et atram bilem ex naturali diſpoſitione prorſus deiicere, tum huiusmodi infectorum humorum veneno non ceſſare venas, arterias, neruos, iuncturas et carnem perſequi, donec totam ſedem animae ſuae intolerabili ſeruituti ſubiecerit, poſtremo cum omnia interna parent, venenoſitatis excrementa, hoc eſt, *puſtulas* et *verrucas ad cutis ſuperficiem* elidere, et hoc modo, quando non rite reſiſtitur, toti corpori dominari.

Quamobrem cum eius aduentum, diſpoſitionem, naturam, conditiones, genus et ſpecies, vim et potentiam, partim in me ipſo, partim in ſodalium meorum diuerſarum conſtitutionum corporibus, *quos ad vltimam fere tabem redegerat*, ſuperabunde cognoui, ſenſi, liquido notaui atque intellexi, implorato diuino auxilio, hepar ipſum, in quo plus virium habet, prae omnibus ſcalpris aggreſſus ſum, venas, quas hepaticas vocitant, incidi, et magnam aduſti ſanguinis partem emiſi. Poſtea coepi eum in oppugnationum propugnaculis calidis, videlicet *ſtuphis*, aliquarum potionum illecebris, *ad cutis extremitatem euocare*, et interim in viſcera multa pilularum et medicinalium potionum genera intorquere, quibus eius relliquias prorſus exterminaui, neque ipſum hoc ingenio et ſtratagemate ab aduerſario redemi.

Cum victoria igitur ad me ipſum laetus reuerſus, calamum arripui, et omnia ex ordine, multo etiam vberius, dilucidius et vtilius, proprio aegritudinis nomine (vt puto) expreſſo, conſcripſi. Quam quidem lucubratiunculam mentulagrici, hoc eſt, homines *mentulagra* laborantes, (eo etenim nomine iſtum rabidum morbum inſcripſi) ſedulo voluant et reuoluant, imitatione profecto, deo optimo maximo auſpice, omnes eius moleſtias ſuperabunt. Datum in natali ſolo BVRCKHAVSEN tertio Nonas Maii Anno milleſimo quingenteſimo tertio, regni MAXIMILIANI decimo octauo.

Libellus IOSEPHI GRVENPECKII Germani de mentulagra, morbo rabido et incognito.

Cum a iuuentute mea miro deſiderio multa videndi audiendique detentus fuiſſem, volens ſemel appetitui morem gerere, commutato paterno ſolo, in alienas oras ad venandas nouitates transmigrare, pedes primum emoui in Italiam, omnium mirabilium et prodigioſarum rerum veſtigatricem. Vbi quam primum Tiberinas ripas attigi, ex fluuio horribilis vox intonuit: *Abi, fuge, caue! Peſtis hinc exiet, quae totum terrarum orbem perturbabit!* A qua voce non aliter animo conſternatus fui, quam ſi inſperata fulguris vis in me contorta mentem a ratione abalienaſſet. In qua conſternatione, neſcio, a quo genio vmbroſam quamdam ſiluam delatus ſum; Ibi ad triduum multas curas triui. Namque toto ipſo tempore quidam miſerandi clamores formidabileſque lamentationes aures meas ſine interuallo occupauerunt quae terrorem in omnia membra transfuderunt, et omnes in capite capillos diſtraxerunt. Hinc, imploratis omnibus animi et corporis viribus, vt fugae conſulerent, a loco tam longe motus fui, quam lapis a viro proiici poteſt. Hic noui luctus et eiulatus ſudores et lachrimas excuſſerunt. Coepi oculos in omnes partes voluere et reuoluere, an aliquid cernere poſſem, at nihil viui occurrit. Tum, quid ſibi vult haec res, anxiorum cordium conſolator, deus, apud me ipſum cogitaui. Mitte aliquem mortalium, qui me ex hoc turbulento loco ad hominum frequentiam educat, ne hic tam miſere peream. In his mediis cogitationibus horriſonus fragor, vt cum ſecuris ad magnam arborem crebrius impulſa caſum et ſonitum efficit, auribus meis obuenit, cui forte hominum ligna ſecantium auſpicatus praeſentiam appropinquaui, et cum omnes ſenſus ad omnia loca intentos habui, ex improuiſo oculi inciderunt in quandam horridam ſqualidamque belluam, *ſpeciem hominis* prae ſe ferentem, et *innumeris vulneribus* atque *exulcerationibus confoſſam et dilaniatam*, ac etiam ſopore oppreſſam, quae ſub fago arbore decumbebat. A quo aſpectu lumine aliquamdiu caruerunt, donec, reductis a praecordiis ad ſingula loca ſua ſpiritibus, qui animum reuocare, et corpus ad ſolidos labores corroborare ſolent, recens vigor audaciam ad experiendum et perquirendum crudelis fere aduentum, naturam et praeſagium permouit. Igitur matura deliberatione accinctus cum acceſſi, dextramque manum admoui, vix digitum in laceratum corpus ingeſſi, informe animal, ex ſomno ſe colligens, in hunc ſermonem prorupit: Quis inſolitus hoſpes ſe hic offert? Non tulit haec ſolitudo humanum pedem in viginti iam luſtris. Accede, obſecro, ſi homo es, et aliqua pietate imbutus, atque oculos vermiculantibus vulneribus meis accommoda. Sum humanitas ipſa, a qua illud corporeum decus et quicquid eſt in natura tua praeſtans, excellens ingenium, exquiſitam doctrinam, egregiam rerum perſpicientiam et alia innumera mutuaſti. Hic (vt cernis) multis calamitatum et afflictionum ſpiculis transfoſſa iaceo, et longe iam ſaeuiora cruciatuum et anxietatum iacula in ſuperna arce parantur quae atrox SATVRNVS, creatoris fortaſſe nutu fretus, propediem in me vibrabit. Namque hic naturae et omnium creaturarum inimicus paullo ante *ipſo anno quarto et octogeſimo ſupra quadringenteſimum et milleſimum* IOVEM in ſcorpione, MARTIS domicilio, gradientem, clandeſtine ſupergreſſus, dummodo cum eo coiuit, imque oppreſſit quod is nullo me ſalutari radio iam afficere poteſt Id enim a ſeptingentis et ſex millibus annis in conſuetudinem deductum eſt quod quicquid ſuperi indignationis concipiunt, vel contrrarietatis inter ſe agitant, id totum ſuo tempore in me miſeram tundunt. Vnde et hic expaueſcendus ſuperiorum *ſiderum congreſſus* ſtigma mihi inuret, quod nulla temporum breuitas extinguere poterit. Hoc, inquam, ipſum cor mihi praeſagit mali, quo nihil vnquam peius, terribilius et crudelius ſenſerim.

Vix ſermonem finiuit, et ecce, fatalis hoſtis praeſto inſenſibiliter ſineque ſtridore in corpus eius delapſus, hoſtilia ſigna eiecit, *in media fronte cornu* excreuit, *e quo, tanquam purulento apoſtemate*, paullo ante inciſo, *putidus humor aſſidue effluxit*. Inde, peregrinante ſtupore, et oculorum laſciuia, ad reliqua membra, *in mentulam*, contemplationis aciem intorſi, *quae tota fuit duriſſimo quodam cortice*, tanquam ſubligaculo, *contecta*, et cum nullo ingenii radio inſoliti et nauſeoſi prodigii intelligentiam ac interpretationem complecti potui, inualeſcente paulatim nimia affectatione noſcendi ediſcendique miraculi diſpoſitionem et morbi varietatem atque naturam, pedes ad velocem curſum inuitaui, qui officio ſuo impigre functi, omnes ſollicitudinis nubes breui diſcuſſerunt.

Ex ſilua equidem in duabus fere horis ad Hetruſcorum agros, praecipuos nouitatum cultores, peruolaui. Ibi fama obuiam, duos potentiſſimos *exercitus* non procul ab hoc loco pro Italiae libertate pugnaturos nunciauit. Repetens autem memoria alieni populi aduentum in aliquam prouinciam, cum praeſertim id belli cauſſa fit, non ſolum terrorem, agrorum vaſtationem, famem, ignem, clades et alias calamitates inferre, ſed peculiaria etiam damna, inſolitos et inuiſos morbos poſt ſe relinquere, in mentem venit ad caſtra hoſtium mox feſtinandum eſſe, ſi et iſta *foeda lues* militum comes foret, ex cuius euentu coniecturari poſſet, vniuerſum genus humanum eius foeditati obnoxium fore, et per eam illud vaticinium expleri, quod ex Tiberino flumine paulo ante euenerat. Incidente interim clangore tubarum et equorum ſtrepitu, curſum proxime valla et aggeres, quibus turmae et cohortes

hortes circumſeptae fuerant, deflexi. Tunc forte induciae, celebratae, hoſtes vtrimque hinc ex Caroli, Gallorum regis, legionibus, qui Italiam ſuae ditioni ſubiugare conabantur, illinc vero ex Diui Maximiliani, Caeſaris et Inſubrium Principis, exercitibus, qui Francorum inſultus a libertatis Italiae ceruice propulſare laborabant, ad colloquii, victus aliorumque commerciorum facultatem admiſerunt. Quo iure et ipſe fretus, vnaque familiaribus et notis aſſociatus, ad ſpeculandos caſtrenſes labores, miſerias et aerumnas, inquirendumque iſtum *incognitum et fatalem morbum*, nullum in caſtris angulum nullumque locum praeterii, quem non diligenti inueſtigatione examinaſſem, donec (proh dolor!) pernicioſiſſimum hoſtem, qui miſeram mortalitatem afflicturus, et omni genere cruciatus diſcerpturus eſt, offendi.

O quid vnquam terribilius et abominabilius humanis ſenſibus occurrit! Difficile eſt dictu, creditu fere impoſſibile, quanta foeditatis, putredinis et ſordium colluuione, quantisque *dolorum* anxietatibus nonnullorum *militum corpora* inuoluerit! *Aliqui* etenim *a vertice ad vſque genua quodam horrido, ſqualido, continuo, foedo et nigro ſcabiei genere, nulla parte faciei, (ſolis oculis exemtis) nec colli, ceruicis, pectoris vel pubis immuni relicta. perculſi, ita ſordidi abominabilesque effecti ſunt, quod ab omnibus commilitonibus derelicti, ac etiam in plano et nudo campo ſub dio emarceſcentes, nihil magis, quam mortem expetiuerunt. Alii hanc ſcabiem per interualla, ſed multo duriorem, arborum cortice vel, ſincipitio, fronti, collo, pectori, vel occipitio, natibus et aliis corporis partibus ingeſtam, vnguibus prae nimio dolore euellere moliti ſunt. Ceteri tanta verrucarum et puſtularum frequentia in omnibus corporum membris deſcatuerunt, quod earum numerus nulla certitudine complecti potuit. Ex plurimorum tamen faciebus, auribus et naribus quaedam craſſae et ſcabrae puſtulae in longum inſtar ducillorum vel potius corniculorum porrectae, peſtiferoque putore fluide erumpentes, exſertorum dentium ſimilitudinem exhibuerunt.* Hi, cum incommodi ſui miſereri debebant, riſum et ludibrium in propriam perniciem exercuerunt. *Alii* contra non nimium vel riſu, vel loco laſciuierunt, ſed gemitu, luctu et miſerandis clamoribus *miſeriam ſuam propter membri naturalis exulcerationem perſecuti*, commiſerationem agreſtium et ſimplicium hominum (ceteris omnibus, quibus ſolertiae lumen inerat, hoc dirum ſpectaculum abhorrentibus vel ſordidos labores fugientibus) in ſe commouerunt, qui, relictis aratris, cum herbarum manipulis ex agris affluxerunt, atque earum ſuccos *in languida et verrucoſa membra* impreſſerunt, plerique barbari ſutorium atramentum et alia pro ſua quisque induſtriola, quae fructum afferre et ſanitatem promouere arbitratus eſt, applicuerunt.

At his omnibus nihil vel parum proficientibus, et morbo ipſo non contento hoc hominum numero, vt eos ſolos tantis paſſionum cruciatibus afficeret, *venenum contagioſum* in multos ſpectantes Italos, Teutones, Heluetios, Vindelicos, Retos, Noricos, Batauos, Morinos, Anglicos, Hiſpanos et alios, quos belli occaſio in copias conſcripſerat, transfudit. *Chirurgi*, quos praeſumtio potius, quam rerum experientia expertos efficere ſolet, hinc vel laudem, vel lucrum ſperantes, *balneorum vſu, ſudorum prouocatione, ſingulorum membrorum inunctionibus, aquis, alumine, vitriolo albo aliisque acutis rebus coctis iſtam tabem repellere nitentes, aegrotos in ſaeuiores debilitatis et dolorum procellas coniecerunt*, atque ita coniecerunt, vt nemo vnquam his omnibus miſerior et aerumnoſior inuentus ſit. Poſtquam vero *infectio* ab illis non ſolum *ad vicina loca, ſed omnes fere terrarum regiones perrepſit, et ea proceres et magnates, reges et principes laborare coeperunt*, popularium medicorum auaritia, quae omnes humani corporis defectus fallaci vrinae iudicio complectitur, et pecuniarum multitudine abigit iſtam peſtiferam calamitatem primum his medicinis ex vitalium ſpirituum arce expellere ſanitatemque ex ſanguinis conceptaculis euocare conata eſt, quibus communis et aduerſae valetudinis tempeſtates ſedari ſanitatisque vigor recuperari ſolet. Aſt opitulamine iſthoc multo minus, quam priorum caecitate proficiente, ad alia medicamentorum genera ingenium ſolertiaque conuertitur, in quibus inueniendis et excogitandis totum contemplationis acumen amiſit, vnde deſidia et ignauia torpeſcere coacta, multo minus fructus et vtilitatis in medium attulit, quam agreſtium diligentia vel chirurgorum ambitio.

Interea temporis per clandeſtinam Gallorum ambitionem exercitus fuerunt diſſoluti. Ipſe cum nonnullis negotiatoribus in Pannoniam, deinde in Sarmatiam profectus ſum, ex quo loco patrios lares rurſum repetii, vbi Caeſaris familiaritatem aucupatus, nihil charius et iucundius vnquam obtinui, cum propter clementiſſimi Principis multarum diſciplinarum notitiam, tum etiam peregrinationem, quam ob id praecipua veneratione proſequitur, quod dux et venatrix eſſe ſolet ingenuae eruditionis, elegantium morum, doctrinae, diuinae ſapientiae, prudentiae et modeſtiae, ac omnium aliarum virtutum. Domi etenim inter parentum amplexus et oſcula nihil horum inuenias. Ideoque Caeſar ille noſter, niſi principatus aut longae et latae ditionis grandiſſimis negotiis ab ea peragenda remoratus fuerit, raro quieſcit, et cum me fortuna aemulum et commilitionem tanti principis effecerat, minime ſub tectis torpeſcendum, ac etiam poſt tergum eius in natali barbarie perſeuerandum ratus, vt in dies et in horas peregrinis diſciplinis peritior euaderem, ad aliquot annos quocunque locorum profectus eſt, ſtudui eius lateri proximus eſſe.

Quo tempore mihi omnia ſatis proſpere et ex ſententia euenerunt, quoad iſta *foeditas* per totum Germaniae tractum, vrbes, oppida, caſtra, pagos et villas graſſata, me ex improuiſo inter ambulandum Auguſtenſi in agro adorta eſt, et primam venenoſam ſagittam *in glandem priapi defixit, quae ex vulnere tumefacta, vtrisque manibus vix comprehendi potuiſſet.* Quocirca territus moeſtusque ad oppidum in ſolitum hoſpitium redii, vbi incertus, remne amicis detegerem, an ſilentio pertranſirem, aliquamdiu egreſſu in publicum me abſtinui. Adeuntes autem (vt fit) amici et neceſſarii forte *ex coloris mutatione* infirmitatem ſeu aduerſitatem ſuſpicati, impenſiſſime rogauerunt, quid rei me tantopere perturbaret, et cum prae verecundia diuturno tempore latens periculum edicere non audebam, euictus tandem multis precibus, ſub quodam inuolucro ingruentem neceſſitatem aperui, *me a rabido morbo, quem gentes gallicum ſeu francicum appellarent, circumuallatum eſſe.*

Quo verbo vix ex ore emiſſo, mei amantiſſimi non aliter terga verterunt, quam ſi hoſtes nudis armis proxime in ceruices eorum incubuiſſent, nec deinceps vel hoſpitiorum ſocietatis, vel amicitiae iura obſeruauerunt. Quae infidelitas nouum moerorem ex intimis viſceribus excitauit. Tunc, inquam, apud me ipſum vanitatem, dolos, fraudes et perfidiam huius mortalitatis crebris ſuſpiriis hinc inde penſitaui; at cum ex omnibus mundi leuitatibus haud tantum firmitudinis, conſtantiae et ſoliditatis tota conſiderationum mole decerpere potui, quantum in vndae de curſu intelligi poteſt, me ſine moleſtia a ſociorum conſuetudine et omni aulico faſtu auocans, vltro in ſolitudinis carceres conieci.

Verumtamen poſtquam officii exercitio et militiae labore, qui cogitationes a dolorum punctionibus auertere, et omnes aegritudinum moleſtias, vtplurimum refrenare ſolent, carui, *tumor* ipſe *glandis in mille fiſtulas reſolutus eſt, quae quidem putidam ſaniem ad quatuor fere menſes iugiter euomuerunt. Et cum eam ipſam ſuppurationem, quae et in penem et coleos deſcendebat, eosdemque pro magna parte exulcerabat*, nullo medicaminis genere ſiſtere potui, quemdam empiricum, ſolertia et arte perſpicuum, confugi, qui *diapaſmate exulcerationem aggreſſus*, tantum dolorem intulit, quod nullius membri compos fui. Eo tamen inſpergimine, qualecumque fuit, *peſtifera qualitas* in quatuor et viginti horis ad obedientiam redacta, *ex hoc ſuppurato et arcto loco retroceſſit, atque in multis aliis locis verrucas paſſim in cutis ſuperficiem eliſit.* Vbi latiorem ditionem nactus, nulla celebrium et illuſtrium medicorum induſtria nullaque medicinarum virtute opprimi et expelli potuit.

Qua re animaduerſa, lucrionum et circulatorum copias acciui, vt hoſtis pertinaciam, temeritatem et inſolentiam vna vincere elaborarent. Tum vnus e coetu audacior ceteris, qui ſartor quondam fuerat, ac cum non ſatis lucri ex ſuo artificio haberet, medicinae profeſſionem ſibi vendicauerat, monuit, vt bono eſſem animo; Suis enim inter polis ſolus aduerſarium fugare vellet. Huic vitam, ſpe ſanitatis fretus, credidi. Forte aliquo furatus erat *emplaſtrum ex argento viuo*, alumine combuſto, reſina pini, ceruſa, litargiro auri et argenti, maſtice, olibano et cera al-

Aphrodiſiac. R ba,

ba, quod quidem antehac ſummopere abhorrueram, eo, me non conſiderante fraudem, poſt modicam autem temporis intercapedinem liquido notante, *apud calidam fornacem totum cropus meum quotidie bis inunxit.* Nec opinio eum fefellit, quoniam ſeptimo die me prorſus interpolauit, mundum et politum in omnibus membris effecit.

Quod cum factum fuit, e veſtigio equum conſcendi, et Caeſarem, vt prius, ſequi volui. Sed antequam ad eius conſpectum perueni, hoſtiles *relliquias in cruribus* ſenſi, in quibus *dolor* iterum tantopere inualuit, quod neque ephippio incumbere, nec aliis deambulationibus vacare potui. *Eruperunt ſenſim in teretibus crurum quaedam tubera adeo dura, quod ad lapidum duritiam ſimilitudine acceſſerunt.* Hinc demum noui labores, opus multo difficilius perpetuaque curatio emerſit, quoniam quidem *medici*, titulis et doctrina celebres atque honorifici, adoratum ſuum ſolis redolentibus rebus enutritum nullo faetore inficere, nec tactum, multo auro ſemper focillatum, vulnerum ſordibus coinquinare volentes, *operam ſuam in decimum menſem premunt.* Nec pharmacopolae ipſi, omnium rerum notitia affluentes, qui medicinas ſuas in Caucaſo monte et Caſpiis alpibus quaeritant, aut apud Nilum fluuium et Gangem colligunt, a Sauromatis Scythiſue mutuantur, multum temporis paruo aere vendunt. Ita quis talium hominum penuria vel potius inſolentia et nimio pretio prius extabeſceret, quam priſtinae ſanitati reſtitueretur, niſi fortaſſe id apud ſuperos decretum ſit, vt hoc diuinum genus hominum, quod ſibi aliquando in deorum deſpectum nimium diuinitatis vſurpat, debeat hac tempeſtate ingenio decreſcere, et denſiſſimis caecitatis et ignorantiae nubibus irretiri, ne egenti mortalitati in hac aegritudine ſalutem afferat, donec eorum inſolentiae ſcelus tali poena expiatura fuerit.

A quibuſcunque profecto conſilium vel auxilium iam pridem expetiui. Hi ſe vel rem omnino ignorare dixerunt, vel conſiliorum ſuorum varietate et nulla congruentia tantis animum meum ambiguitatibus et erroribus inuoluerunt, *quod ad biennium fere in cruciatuum, tuberculorum et exulcerationum flumine iactatus*, nullo pacto inde in ſanitatis ripas emergere potui. Quare ſi volui priſtinis viribus reſtitui, ex dolorum et anxietatum flumine eripi, operae pretium fuit, vt ex media barbarie (praecipue quia diuinitus ordinatum eſt, quod ſoli ruſtici et barbari hunc morbum curare poſſunt) rudes homines, quicumque hi forent, ſtercorarios, oletarios, pollinctores, ſutores, meſſores vel ſartores, magno aut paruo pretio, conducerem, qui *iſta tubercula, multorum horribilium et inſanabilium vulnerum praenuncia*, ſcalpris reſcinderent, tabemque inde euocarent, aut paſtillis, vnguentis, cerotis vel quibusuis aliis remediis repellerent, et ſane eorum agreſtium et ſimplicium hominum ſtudio, opera et diligentia (licet id magno labore longoque tempore actum ſit) iam ſecundo hac afflictione et diriſſime correptus conualui, ita, quod ſolita *q*) opera iterum exercere, munusque apud regem ſcribendo et equitando perfecte exequi potui, niſi quod hoc ipſum gaudium ad breue tempus durauit.

Qui equidem hunc principem ad omnia loca inſequi voluerit, hic crebrius inconueniens hoſpitium cibosque inſipidos propter varias itinerum frequentationes, viarum anguſtias et aſperitates guſtare debebit, cumque raro poſt tergum eius remanſi, et iſtis eduliis vti compulſus fui, quae natura mea prorſus abhorret, nonnunquam ſolo mulſo in agreſtium caſis aluus impleta, et fatigationem ingens membrorum inflammatio ſaepe ſecuta eſt, nequierunt ſe vires corporis a malis humoribus tueri, quae paullatim labefactae officio meo iam tertio dorſum frangere coeperunt.

Vbi igitur ſenſi aduerſam fortunam ſeu inuida fata in me tantopere excandeſcere, ſuccenſionisque ſuae tela pertendere, morbum recrudeſcere, nec cuiuspiam hominis conſilium vel ſubſidium ſalubre extare, per abſentiam a domino multa negligi, et fortunas omnes diſſipari, grauiter in fatalia numina commotus, omnem laborem, operam et diligentiam meam armaui, armatosque in proprii ingenii penetralia imaginationis et contemplationis conceptacula immiſi, ſi inde remediorum clypeos, quibus hominis aduerſitatibus reſiſteretur, rapere poſſent, et cum impigre in paucis horis omnia memoriae, ſcientiarum et experientiae armamentaria perluſtraſſent, inter diſcurrendum in arcellam quamdam inciderunt, quae multa praeteriti temporis euenta et eorum cauſas continuit. Ex quibus modum conſiderandi eliciendique *originem* iſtius *colluuionis* ſ. quo ex fonte emanarit, deorum ne diſpoſitio, ſtellarum opus, fatorum machinatio, an fortunae ludibrium exiſtat, ac qua via corpora adoritur, et quae membra potius excruciat, quinimo medicinalium mucronum, quibus iratorum numinum vis ab humana fragilitate arceri poteſt, magnum numerum inde expromſerunt.

Quarum rerum certitudini innixus, inprimis fateri audeo, hanc *ſquarroſam peſtem*, *qua iam mortalitas tam dire affligitur*, deorum excandeſcentiam atque vltionem exiſtere, eo, quod probitas vitio, ſcelus laudi, religio ludibrio, iuſtitia poenae, fides violentiae, iusiurandum fraudi, innocentia culpae, fortitudo, temperantia et omnes aliae virtutes contemtui dari ſolent. Id ſolum apud noſtri aeui homines bonum, rectum honeſtumque eſt, quod perpetuo cum bonitate et honeſtate pugnat, nec mortalis caecitas multum formidat iſtas poenarum turbulentias, quas caeleſtis parens tam clementer hactenus propter haec ipſa flagitia, ſibi inflixit.

Nouam igitur perniciem incuſſit, cuius eſt tanta truculentia, vt, ſi ea non reſipiſcat, tetriorque lues ſequatur, de toto mundo actum eſſe iudicari poſſit. At ſi quis hoc inficiari vellet, in promptu habebit argumentum, quo ei occurretur. Superiorum enimuero ſeculorum nullum fuit ita purum, integrum et immaculatum, quod immune remanſiſſet ab aduerſitatum et afflictionum incommodis, et illis tempeſtatibus communes fragilitatis exceſſus; inſolentia, nimia pecuniarum cupiditas, in iuria, liuor, ſingulis poenis vel diluuiis, conflagrationibus, locuſtarum et ichineumonum morſibus vel fame, clade et peſtilentia expiati ſunt. Iam autem noſtra delicta non ſolum his flagellis, quae omnia ſimul vno momento in nos graſſantur, ſed longe ſaeuioribus miſeriis et aerumnis expiantur. Quare neceſſario ſequitur, vt vita noſtra ſit nefandioribus vitiis, quam maiorum noſtrorum commaculata, foedata et deprauata. Propter quam quidem prauitatem hoc dirum malum et omnium horribiliſſimum nobis impreſſum eſt.

Nemo tamen inficias ibit, quod ſecundo inferendum duxi, naturam et ipſa *ſidera in huiusce mali procreatione concurriſſe*, quarum erraticarum ſtellarum congreſſus ſunt ingentium et horribilium opum effectores, cumque exactis annis quaedam inſolitae coniunctiones acciderunt, et humanitas paulo ante in ſilua aſſeruit, ſe Satvrni et Iovis *coitum* in Scorpione timere, plane argumentandum eſt, eandem conſtellationem materiam ad minus praeparaſſe. Haec, inquam, eſt apud omnes aſtrorum peritos trita vulgataque opinio, quod Ivpiter ſit parens, tutor et conſeruator (licet alii Phoebo hoc attribuant) ſanguinis et omnis vitalis virtutis, Satvrnvs vero illum infeſtum et nociuum humorem, quem atram bilem ſiue melancoliam vocitant, generat defendit et conſeruat, Mars bilem ſiue coleram, et ex quo frigidus et ſiccus Satvrnvs eleuationem ſui eccentrici Jovem in regno Martis oppreſſit, et Mars, tanquam dux et gubernator illius pugnae, Iovem deferens, Satvrno opem tulit, vna admiſcuerunt ſuas peſtiferas qualitates ſalubribus Jovis humoribus, in quibus animantium vita conſiſtit, eosque penitus ex ſua primogenia natura deiicientes ad inflammationem, corruptionem, putrefactionem et exitiale venenum vendicauerunt. Vnus hic eſt ille fatalis hoſtis, quem totiens nominaui, Satvrni et Martis pernicioſum opus, qui primum in iouialia corpora, qualia *Gallorum* cenſentur, (*hi* enim *ante omnes fere mortales hunc morbum ſenſiſſe videntur, ob quod et morbus gallicus a gentis nomine appellari coeperat*) demiſſus eſt, anteque omnia poſſeſſionem hepatis ſine tumultu, ſtrepitu et moleſtia capeſſit. Eſt certe eius naturae, quod laeſionem membris non ſolet repente, ſed *poſt* ſpatium trium menſium (tanto equidem tempore quartum menſem inſidiis opportunum expectans, ad aggredienda cum impetu cetera membra ſe parat) ingerere, et quoniam iam in ea capitali arce totius regionis corporis prorſus concaluit, ac tuta praeſidia contra omnem vim ſibi parauit, virus tormenta cum ſumma importunitate et ſaeuitia in vicina loca cordis, pulmonis, ſple-
nis

q) Sic leg. pro *ſolita*.

nis atque teſticulorum domicilia torquet. Quibus infectis, in remotiora caſtella, quibus ratio praeſidet, tormentorum atrocitatem dirigit, non ceſſat venas, arterias, neruos, artus, muſculos, articulos, oſſa et carnem infectione perſequi, donec totam ditionem animae ſuae intolerabili ſeruitute ſubigit. Quod cum factum eſt, interna omnia hoſti parent, exterioribus membrorum tractibus inſidiae ſtruuntur. Indicit etenim medicis bellum, exponens *in cutis ſuperficiem* odii et diſſenſionis vexillum, *vnam verruculam, quae lunaris curſus homini in grandem puſtulam excreſcit, duobusque vel ternis menſibus in aliqua corporis parte perſiſtens venenoſam humiditatem ſemper emittit.* Quo ſigno laceſſiti medici, cum itidem oppugnantes magnamque vim medicamentorum impellentes vel eripere, vel ſupprimere conantur; At nihil nocumenti inferre poſſunt. Turpem pactionem cum hoc ipſo hoſte inire coguntur, quod ipſum videlicet libere et ſine impedimento velint permittere *ad vnum luſtrum tyrannidem* ſuam in miſellam humanitatem *exercere*, eandem confodere, examinare et infringere. Quod foedus inter eos ita firmum remanet, quod nihil vnquam ſtabilius et conſtantius audierim vel viderim, profecto *in decennium fere* ita *laboratur* hoc morbo, quod conſtanti ſalubrique medicina nunquam ſuccurſum eſt. Interim *cum haec prima puſtula amolitur, vel per ſemetipſam euaneſcit, aliae innumerae per totum corpus in cutis ſummitate erumpunt*, in ea pene *multiplici ſpecie*, qua Gallos ſuperius occupatos fuiſſe recenſui. *in melancolicis* quidem nemo ambigit, *grandiores putridiores foetidioresque* enaſci, quae et prorſus *nigrae* et *ſcabrae* exiſtunt propter atrum humorem, qui alta congerie putrefacti ſanguinis inflammataeque colerae ad tantam illuuiem a natura ex vitae domiciliis ad exteriora pulſus exſurgit. Nec multam *minores in hominibus bilioſis* cernuntur, quippe *ad diſcorum quantitatem aliquam accedunt*, niſi quod hae *duriores* ſunt, *ſubnigrae* et *ſiccae, cutem* mirum in modum *artantes* propter nimiam caloris abundantiam, colerae videlicet in qualitate exceſſum, quae putridum ſanguinem ita torrefacit, quod ipſa toſta ſcabricies nihil humiditatis reddere poteſt. Ob id patientes *magnis cruciatibus non aliter, quam ſi torris cuti admotus eſſet, afficiuntur.* Aſt iſte *vuide ſubuculas* vel quo alio nomine vocantur, *linea indumenta immundo, tenaci et viſcoſo liquore crebro humectant, ſicut omnis ſudor, quem his morbi ſpeciebus infecti emittunt, glutinio proxime aſſimilatur.* In qua re hae ipſae ſpecies omnes conueniunt, et in eo, quod omnis *pſora*, quam natura hoc modo etiam in pituitoſis et ſanguineis ad corporis extremitates egerit, *in capite ad nigredinem atque duritiem* vergit, licet *in plerisque albeſcat, mollemque cutem* forti tactui offerat. Tamen id raro contingit.

Differunt autem ſecundum corporum conſtitutiones, humorum varietatem, quantitatem, qualitatem, immanitatem et lenitatem, quia *phlegmatici* multo lenius et clementius a ſcabie moleſtantur, quae in eis non eſt tam grandis, crebra vel aſpera, neque tam ſordido liquore lintea et veſtimenta inficit, Digitis certe pauxillulum compreſſa propter pituitae affluentiam humorem candidum expuit, qui neque patientibus, neque aliis viſentibus magnum horrorem iniicit. Sic *ſanguinei* ſuam molem patientius ferunt, ſe ipſos rident ſubſannantque, cum in conuiuiis *ex madentibus verrucis, ſaniem ſua ſponte effundentibus*, in menſas colligere ſolent. Hoc ſolum moleſtiam affert, quod *veſtimenta diu noctuque hoc ipſo ſanioſo humore madent.*

Ex quibus liquet, illud *ſaeuum genus morbi in quatuor peculiares ſpecies, quae in quantitate et omni qualitatum diſpoſitione a ceteris puſtularum, verrucarum et ſcabiei ſpeciebus diſcrepare*, ſicut et inter ſe diſtare videntur, partitas eſſe, et in ſingulis plures humores ſimiliter errare ſolitaeque et debitae actionis callem exire, propter quod et *cauſae incognitae*, et *medicinae difficiles* hactenus fuerunt. Id certe proprio in corpore expertus ſum, dum aeſtuanti hepati *refrigerantibus rebus* ſuccurrere volui, *ingentes capitis dolores* promoui; rurſum cum nimiam cerebri humiditatem *ſiccis medicamentis* refraenare molitus ſum, *inteſtina* magis atque magis *arſerunt*, donec per me ipſum omnia aegritudinis momenta diligenti conſideratione diſcuſſi, et poſt multas afflictiones rerumque mearum diſcrimina ſanitati meae acutius et circumſpectius conſulere coepi.

Longe (mihi crede) grauior eſt iſte morbus, quam putaram. Namque ex eo *ſordium flumine*, quod tertio loco pro ſecundo incommodo ponendum putaui, cum iam vetuſtas, natura vel medicinalis virtus omnem ſqualorem ab extra abſumpſit, et ſe quiſque iam a tyrannide liberatum autumat, noui *dolorum* riuuli emergunt, qui in venulas, arterias, *artus* et *iuncturas membrorum* colliguntur, et *in nonnullis tantos cruciatus excitant, qui quadraginta, ſexaginta centumue noctes prorſus inſomnes ducunt. Aliqui totis diebus et noctibus, omni ſomno abacto, caput dolent. Alii ineffabiles punctiones grauedinemque in ſcapulis ſentiunt, ceteri in cubitis, genubus vel crurum teretibus, poſtremi in iſtis omnibus membris ſimul. Hi nec ſtare, nec ingredi, nec quidquam operis humani perficere poſſunt.* Et id eſt cauſae, dum iſtud venenum hoc modo, vt enumeraui, in corpus ingruit, et natura magnam nociuae materiae partem ad extremitates excuſſit, atque in reliquiis abſumendis deſudat, in ipſo opere, quod ciborum digeſtione accommodari deberet, tota inteſtina regio multis malis vaporibus impletur, quoniam quidem a calida et ſicca ſqualorum alluuie leues et acutae exhalationes in altum exſurgunt, a putrida vero craſſae nebulae (vt ex locis paludinoſis effumari ſolent) aſcendunt *ad caput*, ipſumque per frequentiam *ad certos dies ferme diſrumpere videntur, praeſertim poſteriorem partem*, quae infumibulis ſiue feneſtris omnino caret. Vnde natura ſe in eo loco haud tantopere a malis qualitatibus, vt in ſincipitio, vbi per narium foramina pleraque contraria eiicit, defenſare poteſt. *Ipſum* ergo *occiput prorſus infractum apparet.* In hac crebra exhalationum incuſſione et repercuſſione quicquid phlegmatis in capitis teſtudine inhaeret, id ſenſim inde deſcenditur x), proximasque venas vna cum ſubtili vapore *ad ceruicem* petit, quam aliquamdiu nec flecti, nec erigi ſinit. Poſtea *ad ſcapulas*, decidens tantam grauedinem infert, quod ſe quis molarem in humeris ferre exiſtimat, donec calor obuius viſcoſam molem reſoluit, et id, quod eſt ſubtilius, ad tenuiores arterias et neruos, groſſius vero *ad* ampliores venas et *iuncturas* admittit. *Illud in cubitis et genubus inflationes, et in crurum ſcalis*, vbi materies gradibus contineri poteſt, *tubercula edit.* Iſtud calidum et acutum, in eisdem locis ad viuidam ſubſtantiam penetrans, praefatos *cruciatus generat, qui propter gelu nocturno tempore potius, quam diurno vrgent*, quoniam per antipariſtaſin calidum et acutum calidius et acutius redditur. Quam incommoditatem tertium periculum *exulceratio* in veſtigiis inſequi ſolet. Enimuero *tubera* vel per ſemet ipſum *rumpuntur*. Et tunc longo temporis decurſu induratus humor reſoluitur, et ille, qui eſt acutus et corroſiuus, circumferentiam eius loci, per quem erumpit, aſſidue corrodit, quod *ingentia, horribilia et inſanabilia vulnera* inde effodiuntur, *quae ad biennium, triennium vel quinquennium aliquando durant, et in pluribus omnia oſſa denudant*, vel per ſanniones, linarios, tonſores, bractearios, vitrarios, pelliones, clauſtrarios, ſutores, ſartores et alios omnis generis leues homines, qui ex ſordidiſſimis officinis, popinis, tabernis et proſtibulis ad profeſſionem curae iſtius aegritudinis egreſſi, cum vnguentorum et cataplaſmatum pilis atque telis hoſtem expugnare conantur, *in fluida ſordidaque vlcera, quae perpetuo excruciant*, rediguntur. Aegroti enim deſperati cum clinicos ſeu lecticularios medicos concordiam cum morbo ſanxiſſe conſiderant, ampliſſima ſtipendia volentibus curare ſtatuerunt. Quibus integri exercitus hominum opificum et lictorum, veſpillonum ſcurrarum et paraſitorum allecti confluunt, inexercitatasque in arte medendi manus laceris corporibus accommodant. Quorum imperitia tantas anxietates affert, quantas humana lingua haud facile verbis conſequi, quin imo vix quiſpiam ſumma cogitationum copia apprehendere poteſt. Hoc, inquam, profiteri audeo, *iſtud cruciatuum genus, quod iſti deceptores in exſiccandis puſtulis, tergendis vulneribus, exhaurienda ſanie fingendaque ſanitate inferunt, vltimam in hac vindicta et peculiarem calamitatem, ac etiam multo truculentiorem ipſa tabe exiſtere*, ob id eos ipſos humanae vitae praedones et depopulatores gladio, cruce, conflagratione, ſubmerſione, afficiendos, et a ciuitatibus, pagis et arcibus omnibus aliis atrociſſimis poenis deterrendos eſſe.

Verum enimuero, torpeſcente iam principum iuſtitia, et medicinae profeſſorum ſolertia iniurias ſpectante, ſolus paucorum ſapientum ſubſidio fretus, medicinalia arma, quorum pleraque ex proprii ingenii et experientiae ſcriniis deprompta ſunt, aduerſus ſaepe fatum hoſtem exercebo, vt afflictam humanitatem non ſolum ex eius faucibus, ſed etiam ex omnium de-

x) Sic leg. pro *diſcenditur.*

deceptionum et fraudum flumine falſorum medicorum eripiam. Sed antequam pugnam aggrediar, hoſtilia loca certis oppugnationis praeſidiis circumuallanda, et in his partibus validiori munitione firmanda ſunt, quibus plura dolorum pericula incumbunt, quod *circa genitalia*, vbi ſunt venarum confluges, praecipue contingit, cum certe hic ipſe morbus toti corpori, omnibus et ſingulis membris infeſtus eſt. Tum, inquam, genitali membro, quod in viro a probatis auctoribus *mentula* vocitatur, moleſtiſſimus exiſtit, idcirco, quia et Graeci aegritudines ab iis membris, quibus incipiunt, vel laedentes humores copioſius confluunt, frequenter nominauerunt, et mentagram, podagram, chiragram, et *iſta ſcorra crebrius in mentula exoritur, quae longe etiam atrocius, quam cetera membra ab eo torquetur*, non inepte *mentulagram*. hoc eſt, *mentulae dolorem* appellarim. Eſt autem magnum et amplum propugnaculum eo modo conſtituendum, vt totum corpus, in quo morbus atrocitatem ſuam exercet, intra ſe recipiat, ſitque omni parte tectum et integrum, ne vel pluuiae incidere, vel venti inſpirare poſſint, vti *ſudatorium ad hanc rem, ſi praeſertim mediocri calefactione inſtructum fuerit, nihil conuenientius et vtilius eſſe poteſt*, ex quo medicinarum machinae aptiſſime in corpus torqueri poſſunt, neque ſolis calores, neque ventorum flatus aduerſa accidentia admouent.

Poſtquam igitur aegrotus eſt hoc ipſo propugnaculo circumuallatus, *in calido ſudatorio incluſus*, ex diſpoſito inſidiarum ſpicula expromi, et in eam corporis partem immitti debent, vbi aduerſarius fortior et potentior exiſtit: Quod in hepate potiſſimum contingit. Inde equidem omnes eius vires ad cetera membra effluunt. Quamobrem hepatis portae primo ſcalpris infringantur, hoc eſt, *venae* ad hepar attinentes *incidantur*, ex quarum inciſione emiſſus ſanguis multum nociui humoris ſecum egeret, ipſamque inflammationem primariam morbi cauſam pro magna parte minuet. Poſſunt etiam non incommode illae venae in dextro pede (in eo enim latere minutio fieri debet) quae ad magnam et minimam pedicam ingruunt, ferro aperiri, quoniam ea apertione mala qualitas a nobilioribus membris ad inferiores partes, vbi minus periculi inferre valet, diuertitur, et de quanto ocius iſta venarum inciſio perficitur, tanto vberiores fructus affert. In principio, inquam, omne nociuum ſaepe euacuat, *ante* vero *aegritudinis inceptionem frequentata multos a tabe conſeruat*, ſed vt certis temporibus prodeſt, ita nonnunquam *in ſtatu, quando infectio iam conſummata eſt, nocet*. Cum hoc pacto per ſanguinis emiſſionem hoſtis in viſceribus conturbatus eſt, facile poteſt *ad cutis extremitatem* quibusdam potionum generibus *euocari*. Recipiat quis dimidiam libram recentium ficuum, lentum vncias tres, liquiritiae raſae et inciſae vnciam vnam, buliat in quatuor libris aquae ad conſumptionem aliquarum partium; quo potu ſobrie calido, alias frigido, quotiens ſitis appetitus bibendi ſuſcitabulum commouerit, vtatur. Sentiet breui omnem *intrinſecam ſcabiem ad corporis ſuperficiem excuti, cutemque totam ad Jordium et puſtularum alluuiem aſſurgi*. Cum factum eſt, hauriat ſequentem ſyrupum, ſingulis hebdomadis mane, antequam e lecto ſurgat. Capiatur endiuiae, hepaticae, lupulorum, capillorum veneris, bugloſſae, boraginis, acetoſae, vniuscuiusque manipulus dimidius, abſinthii, fumi terrae, ſcabioſae, vniuscuiusque manipulus vnus, florum violarum, roſarum rubearum, boraginis, bugloſſae, ſingulorum dragma vna, ordei mundati, liquiritiae raſae, berberorum, vniuscuiusque vncia dimidia, paſſularum mundatarum vncia vna, ſenae mundatae, epithimi, polipodii quercini, ſingulorum media vncia, ſeminis aniſi, feniculi, petriſelini, vniuscuiusque dragma vna. Quae contuſa ſimulque in octo libris aquae ad conſumptionem tertiae partis decocta, ſtent ad quatuor horas, inde expreſſo liquori addatur vna libra zuicari et mellis, et ſecundo percoquantur, tumque coletur. Depuratus recte et defecatus ſobrieque hauſtus totam hoſtis maieſtatem in inteſtinis conteret, quod eſt omne peſtiferum morbi venenum, digeret, et ad expulſionem praeparabit. Tunc extemplo catapocia ſiue pilulae, quae ipſum omnino ex viſcerum arcibus exterminent, iniiciantur. Sumat pilularum de reubarbaro, pilularum de fumo terrae et de hermodactilis, ſingularum dragmam vnam et dimidiam. Conficiat triginta pilulas, de quibus ſingulis ſeptimanis, ſi aluus facile obedierit, deuoret ſeptem; Si pertinax fuerit et difficulter diſſolubilis, nouem vel vndecim. Vbi perfecto eas ipſas medicinas hebdomadatim (vt dixi) ad duos vel tres menſes continuauerit, obſeruato tamen alias bono vitae regimine a mero et venere ſuperfluaque comeſſatione, praeſertim piſcium, fructuum, carnium humidarum, vt ſunt porcorum, agnorum, caſtrorum, omnium aquaticarum auium abſtinendo, pullis duntaxat gallinarum, vitellis, hoedis, capriolis, turdis, perdicibus, faſanis, alpinis auiculis, aceto, agreſta, ſucco limonum, granatorum aut arantiorum conditis, vino, aqua de fumo terrae, mixto aliquando ſero caprino, cum abſinthio et fumo terrae vtendo, cum glorioſa victoria contra deterrimum inimicum ad optimae valetudinis portum redibit. Sin puſtulae propter groſſitiem longius in corpore perſtiterint, balneis exſiccantibus, permoto prius ſudore per mithridaticum antidotum vel theriacam, quae ſobrie quinque horis ante in vino aqua permixto ſumi debet, abſtergantur. Si vero dolor, iuncturis membrorum inſidens, quieti turbationes intulerit, perfricentur dolentia membra crebro apud calidam fornacem calefactis linteis, vel illinatur hoc vnguentum.. Sumantur ſaluiae, ireos, betonicae, nucis cipreſſi, maſticis, vniuscuiusque duae dragmae, vnguenti martiatonis vncia vna, terbentinae lotae, pinguedinis taſſi, ſingularum vncia dimidia, olei vulpini, olei de coſto ac camomilae, vniuscuiusque vncia vna, bdelii, oppopanacis, vniuscuiusque vna dragma, croci dragma dimidia, mirrhae, ſcrupuli duo, cerae viridis, quantum ſufficit. Haec inunctio indies bis, mane et veſperi, celebrata ſedabit totum dolorum tumultum, niſi corroſiuus humor, qui paulo ante poſſeſſionem iuncturarum capeſſit, inde erumpens carnem et cutem nimia acuitate ſua perfoderit, omniaque vicina loca corrodens oſſa nudare coeperit. Tum eius acuitati infrigidantibus et exſiccantibus emplaſtris reſiſtendum eſt. Recipiantur duae vnciae ceruſae, litargiri auri et argenti, vniuscuiusque dragma vna et dimidia, maſticis, olibani, ſingulorum vnca vna, reſinae pini tres dragmae, aluminis combuſti, duae vnciae, ſucci malorum citoniorum vncia vna et media, cerae albae, olei oliuae, quantum pondus requirit. Nullum erit vulnus tam amplum vel altum, quod eo vnguento non conſolidetur. Carnem certe inſtaurabit, et membra, quae exulcerata fuerant, ad priſtinum ſtatum reducet. Poſſunt et exulcerationes aquis acutis crebro aſpergi, vel exſiccantibus balneis, acetoſa, vitriolo albo, alumine et ſale coctis, irrigari. Verum quidem cum vnus tam tener eſſet, quod nullam medicaminum acrimoniam ferre poſſet, aquas ſolatri ſeu plantaginis, cum inſpergimine litargiri vel auri, vel argenti vulneribus adhibeat. Quam primum ad ſanitatis metam perueniet.

Sed quemadmodum haec medicamenta maturant vulnerum ſanationem, vbi corroſiua materies ſufficienter potionibus, pilulis vel alias bono vitae regimine ex animae ſedibus expulſa eſt, ita videntur eam nonnunquam potius remorari, quam promouere, cum fluxus non eſt intrinſecus per humorum medicinas reiciſus, vel a loco vulnerum auerſus. Nequeunt enim emplaſtrorum vel aquarum virtutes tanti eſſe vigoris, vt fluxum tam ſubtilem et acutum, ſi praeſertim cum impetu in perfoſſam carnem irruerit, ſiſtere et cohibere poſſint. Quam ob rem ſtudeat quisque, qui hac foeditate infectus eſt, aluum primo his medicinis, quas iam pridem recenſui, vel etiam ſimllibus in qualitate et quantitate ſecundum corporis ſui conſtitutionem mundare, deinde *puſtularum ſordem* deſcriptis *balneis*, tum *dolorem iuncturarum* ſuo congruo *vnguento*, poſtremo *exulcerationes* praedicto modo *abſtergere*, ſedare et ſanare. Validior, ſanior et robuſtior erit, quam vnquam antehac fuit.

At ne vltimo caeleſtem medicinam, qua nihil vtilius, ſalubrius et efficacius humanae fragilitati accedere poteſt, ſilentio praeteream, conſulo cunctis mortalibus, non ſolum his, qui huius calamitatis ſordibus coinquinati, ineffabilibusque eius cruciatibus affecti ſunt, ſed illis, qui eiuſce viliſſimae foeditatis amaritudinem nondum guſtauerunt, vt grauem ſcelerum vindicatorem, optimum maximum Deum, qui eam ipſam perniciem egeſtati noſtrae propter iſta turpiſſima flagitia, quibus iam vniuerſa mortalitas ingurgitata eſt, inflixit, deuotis orationibus ſuis euincant, quo vel delictis et morbi incommodis irretitos ex aduerſae valetudinis procellis eripiat, in tranquillum tutumque ſanitatis portum reſtituat, vel inſontes et aegritudine vacuos in ſecuritatis et immunitatis littore conſeruet. Hic certe miſerationum princeps, qui ſanitatem non menſurat ſecundum meritorum quantitatem et grauitatem, ſed ſuae diuinae gratiae et

miſe-

miſericordiae magnitudinem atque multitudinem exili deuotionis, poenitentiae et contritionis radio a miſeris pectoribus commonitus, ſalubres medicinas e veſtigio effundet, quae non ſolum humana corpora ab iſta venenoſa tabe conſeruabunt, ſed eam in momento prorſus auferent.

XVII.

ARRESTE DU PARLEMENT DE PARIS PORTANT REGLEMENT SUR LE FAIT DES MALADES DE LA GROSSE VEROLE x).

Aujourd'hui ſixieſme Mars, pourceque en ceſte ville de Paris y avoit pluſieurs malades de certaine maladie contagieuſe nommée *la groſſe verole*, qui pui deux ans en ça a eu grant cours en ce Roiaume, tant de ceſte ville de Paris que d'autres lieux, à l'occaſion de quoi eſtoit à craindre que ſur ce printemps elle multipliaſt, a eſté advìſé qu'il eſtoit expedient y pourvoir.

Pourquoi ont eſté mandez les Officiers du Roi en Chaſtelat, leſquels venus en la Court, ont remonſtrée, qu'ils avoient eſté en la maiſon de l'Eveſque de Paris pour y mettre proviſion, mais n'y eſtoit advìſé parmi le tout pour les difficultez qui ſe trouvoient.

Si leur ardonné la court y pouveoir et pour aſſiſter avec ledit Eveſque a eſte commis M. Martin de Bellefaye et moi Greffier, Pierre de Cerisay en ſa compagnie.

Et aprez ce que en la maiſon dudit Eveſque avont communiqué enſemble, me a eſté ajoint en faire l'Ordonnance, ce que ai fait ſelon les Articles cy aprèz enregiſtrez, laquelle Ordonnance par moi portée en Chaſteler, et delivrée au Prevoſt de Paris, a eſté miſe à execution, et juſques cy bien gardée.

Pour pourveoir aux inconvenients, qui advienent chacun jour pour la frequentation et communication des malades, qui ſont de preſent en grant nombre en ceſte ville de Paris, de certaine maladie contagieuſe nommé *la groſſe verole*, ont eſté adviſez, conclus et deliberez par Reverend Pere en Dieu Monſieur l'Eveſque de Paris, les Officiers du Roi, Prevoſt des Marchands et Eſchevins de Paris et le conſeil et avis de pluſieurs grants et notables Perſonnes de tous eſtats, les Points et les Articles, qui s'enſuivent.

I. Premierement ſera fait cry publique de Par le Roi, que *tous malades de ceſte maladie de groſſe vérole* eſtrangiers, tant hommes, que femmes, qui n'eſtoient demourans et reſidents en ceſte ville de Paris, alors que la dite maladie les a prins, vingt et quatre heures aprez ledit cry fait s'envoiſent et partent hors de ceſte dite Ville de Paris ès pays et lieux, dont ils ſont natifs, ou là où ils faiſoient leur reſidence, quand ceſte maladie les a prins: ou ailleurs où bon leur ſemblera, ſur peine de la hart. Et à ce que plus facilement ils puiſſent partir, ſe retirent ès portes Saint Denys et Saint Jaques, où ils trouvreront gens deputez, leſquels leur delivreront à chacun quatre ſols pariſis, en prenant leur nom par eſcript, et leur faiſant defenſes ſur la peine que deſſus, de non rentrer en ceſte ville juſques à ce qu'ils ſoient entierement garis de ceſte maladie.

II. Item que tous les malades de ceſte maladie eſtant de ceſte ville, ou qui eſtoient reſidents et demourants en ceſte ville, alors que la dite maladie leur a prins, tant hommes que femmes, qui avont puiſſance eulx retirer en maiſons, ſe retirent dedans leſdites vingt et quatre heures ſans plus aller par la ville, de jour ou de nuit, ſur la dite peine de la hart. Et leſquels ainſi retirez en leurſdites maiſons, s'ils ſont povres et indigents, pourront ſe recommander aux Curez et Marregliers des Parroiſſes dont ils ſeront, pour eſtre recommandez, et ſans ce qu'ils partent de leurſdites maiſons, leur ſera pourveu de vivres convenables.

III. Item, tous autres povres malades de ceſte dite ville, hommes qui avont prins icelle maladie, eulx reſidants, demourants ou ſervants en ceſte ville, qui ne avont puiſſance de eulx retirer en maiſon dedans les vingt et quatre heures aprez le cry fait, ſur la dite peine de la hart ſe retirent à Saint Germain des Prez, pour eſter et demourer ès maiſon et lieux, qui

x) Vid. *Aſtruc* de Morb. Vener. I. 14. p. 85. Addidimus eiusdem verſionem latinam, ne qua in re paullo negligentiores fuiſſe vel officio noſtro defuiſſe videamur. Eſt vero haec prima lex, quibus foediſſimae luis propagationem et

XVII.

DECRETVM SENATVS PARISIENSIS DE DISCIPLINA ERGA INFECTOS MAGNA VARIOLA OBSERVANDA.

Hac die ſexta Martii cùm in hac vrbe Lutetia aegri adſint *plurimi morbo quodam affecti*, *qui magna ſeu craſſa variola* appellatur, et qui *duobus abhinc annis* in hoc regno plurimum graſſatus eſt, tum in hac vrbe Lutetia, tum alibi, vnde timendi locus ſit, ne morbus ille hocce vere vehementius ingraueſcat, viſum fuit publicae incolumitati proſpiciendum eſſe.

Quocirca iuſſi ſunt accerſiri Praefecti regii in Caſtelleto, a quibus curiam ingreſſis expoſitum fuit ſe iam in domum Epiſcopi Pariſienſis conueniſſe prouidendi cauſa, negotium tamen nondum penitus confectum eſſe, quippe quod difficultatibus multis premeretur.

Atque iuſſit Curia, vt iam tandem proſpicerent, ac M. Mvrtinvm de Bellefaye et me (Petrvm de Cerisay) Curiae tabellarium delegit, qui conſilio habendo vna cum dicto Epiſcopo intereſſemus.

Porro habita in domo dicti Epiſcopi deliberatione, iuſſus ſum decretum facere iuxta capita infra ſcripta, quod a me delatum ad Caſtellatum, traditumque Pariſienſi Praepoſito, diligenter, hucusque obſeruatum eſt.

Vt cautum ſit infortuniis, quae quotidie contingunt vſu atque conſuetudine cum aegris, qui nunc in vrbe Lutetia numero *plurimi adſunt morbo quodam contagioſo infecti, craſſa* ſiue *magna variola vocato*, a Reuerendo Patre in Deo, Domino Epiſcopo Pariſienſi, Praefectis regiis, Praepoſito Mercatorum et Scabinis Pariſienſibus, conſilio multorum praeſtantium et inſignium virorum cuiuscunque ordinis, conſtituta ſunt capita ſequentia.

I. Primo, Regis nomine per praeconem edicetur, interpoſita mortis poena, vt alienigenae, quicumque hoc morbo *variola craſſa* ſiue *magna* dicto affecti ſunt, tum viri, tum feminae, qui in hac vrbe Lutetia non commorabantur, cum morbo illo correpti ſunt, exeant ex vrbe intra viginti quatuor horas a promulgatione, abeantque ocyus in regiones et vrbes, vbi nati ſunt, vel quas incolebant, quo tempore morbus ille eosdem inuaſit; vel alio, quocunque lubuerit. Et vt commodius in viam ſe dare poſſint, accedant ad portas Sancti Dionysii et Sancti Iacobi quatuor ſolidos Pariſienſes in ſingula capita accepturi a delegatis huic muneri viris, prolato ſcriptoque prius ſingulorum nomine, poenaque mortis ſingulis iterum denunciata, ſi in vrbem audeant regredi, antequam morbo illo abſolute conualuerint.

II. Item, vt morbo eodem affecti, quicunque in hac vrbe nati ſunt, aut ibidem commorabantur, dum morbus inuaſit, viri feminaeque, quibus domus ſuppetit, qua ſe continere poſſint, ſedulo caueant, vt ſe domi ſemotos contineant intra viginti quatuor horas, nec amplius per vrbem noctu aut interdiu audeant diuagari. Sin ſecus, capite plectendi. Quod ſi qui egeni fuerint, indigentiam ſuam parochis aedituisque ſuarum paroeciarum ſignificent, vt cibaria ſibi ceteraque, quibus opus fuerit, ſubminiſtrentur.

III. Item, vt ſub eadem mortis poena ceteri omnes morbo eodem affecti inopes viri, quibus morbus obuenerit in hac vrbe commorantibus vel famulantibus; quibusque domus nulla eſt, qua ſe contineant, intra viginti quatuor horas concedant in ſuburbium Sancti Germani Pratenſis, commoraturi ibidem in domibus deſtinatis ſibique indicandis a viris praepoſitis,

frequentationem arceri ac refrenari voluit regis Gallorum voluntas, indeque colligitur, quo in terrore panico fuerint ciues. Extare dicitur alia lex a 1494. Sed de illa non ſatis liquet.

leur ſeront baillez et delivrez par les gens et deputez à ce faire, auſquel lieux durant ladite maladie leur ſera pourveu de vivres et autres choſes à eulx neceſſaires, et auſquels lon defend ſur la dite peine de la hart de non rentrer en ceſte dite ville de Paris, jusques à ce que ils ſoient entierement garis de la dite maladie.

IIII. Item, que nul ſoit ſi hardi de prendre lesdits quatre ſols pariſis, s'il n'eſt eſtrangier, comme dit, eſt ou qu'il voulſiſt partir de ceſte dite ville ſans plus entrer jusques à ce qu'il ſoit entierement gari.

V. Item, et quant aux femmes malades, leur ſera pourveu de autres maiſons et demourances, eſquelles ils ſeront fournies de vivres et autres choſes à eulx neceſſaires.

VI. Item, a eſté ordonné que pour ſatisfaire audit cry, lesdits malades, qui eſtoient de ceſte ville, ou qui eſtoient demourants en ceſte ville à l'eure qu'ils ont eſté prins de ceſte dite maladie, ſeront mis en la maiſon, qui ja a eſté louée pour ceſte cauſe à Saint Germain des Prez, et où elle ne pourroit fournir, ſeront prins granges et autres lieux eſtant prez d'icelle, afin que plus facilement ils puiſſent eſtre panſez: et en ce cas ſeront ceulx, à qui ſeront lesdites granges et maiſon, remunerez et ſatisfaits de leurs louaiges par ceulx qui ſont commis et deputez à recevoir l'argent cueilli et levé en ceſte ville de Paris pour lesdits malades par l'Ordonnance desdits Eveſque et Officiers du Roi et Prevoſt des Marchands, et à ce ſouffrir ſeront contraints reaument et de fait.

VII. Item, aprez lèdit cry fait ſera pourveu par ceulx, qui ſont commis à recevoir ledit argent, à ce qu'ils mettent deux hommes, c'eſt à ſçavoir ung à la porte Saint Jaques, et l'autre à la porte Saint Denys, pour en la preſence de ceulx, qui ſeront commis par les Officiers du Roi et Prevoſt des Marchands, paier lesdits quatre ſols pariſis et prendre les noms par eſcript de ceulx qui les recevront, et leur faiſants le deffences deſſusdites.

VIII. Item, ſera ordonné par le Prevoſt de Paris aux Examinateurs et Sergents, que ès quartiers dont ils ont la charge, ils ne ſouffrent et permettent aucune d'iceulx malades aller, converſer ou communiquer parmi la ville. Et où ils en trouveront aucuns, ils les mettent hors d'icelle ville, ou les envoient ou manent en priſon pour eſtre pugnis corporellement ſelon la dite Ordonnance.

VIIII. Item, aprez ledit cry mis à execution ſoient ordonnez gens par lesdits Prevoſt et Eſchevins, lequels ſe tiendront aux portes de ceſte ville de Paris, pour garder et deffendre qu'aucuns malades de ceſte ne entrent appertement ou ſecretement en ceſte dite ville de Paris.

X. Item, ſoit pourveu par ceulx qui ſont deputez à recevoir l'argent donné et auſmoſné auſdits malades, a ce que à iceulx retirez èſdites maiſon ſoit pourveu de vivres et autres choſes neceſſaires ſoingneuſement et en diligence. Car autrement ils ne pourroient obeir ausdites Ordonnances.

tis, quo quaecunque ad vſus vitae neceſſaria futura ſunt, conferentur, denunciata iisdem mortis poena, ſi prius in vrbem regrediantur, quam a morbo plane conualuerint.

IIII. Item, audeat nemo ſolidos illos quatuor accipere, niſi aliegena fuerit, velitue ab hac vrbe abire nunquam rediturus, niſi perfecte curatus.

V. Item, feminis eodem morbo infectis alia parabuntur hoſpitia, quibus ſeorſim a viris concludantur, et quo, vt cibaria ceteraque ad vitam ſuſtentandam neceſſaria comportentur, curae futurum eſt.

VI. Item, ſancitum eſt, vt ſecundum denunciationem aegri in hac vrbe nati aut ibidem commorantes, cum morbo illo tentati fuerunt, ſecludantur in domo, quae iam aere conducta eſt, hunc in vſum in ſuburbio Sancti GERMANI Pratenſis, ac ſi tot aegrotis capiendis illa non ſuffecerit, in horreis ceteriſque hoſpitiis proximis, vt commodius curari poſſint. Quo quidem in caſu illorum horreorum hoſpitiorumue dominis locationis pretium numerabitur a Quaeſtoribus pecuniae in horumce aegrotantium vſus in hac vrbe collectae iuſſu dictorum Epiſcopi, Praefectorum regiorum et Praepoſiti mercatorum. Cogentur vero domini, oblato locarii pretio, haut grauate ferre, vt illis hoſpitiis dicti aegrotantes excipiantur.

VII. Item, poſt promulgatam edictionem curabitur a dictis collectitiae pecuniae quaeſtoribus, vt viri duo deligantur, quorum alter portae Sancti JACOBI, alter portae Sancti DIONYSII adſtet, coram delegatis a Praefectis regiis et mercatorum Praepoſito numeraturi abeuntibus in ſingula capita quatuor illos ſolidos, ſingulorum, quibus numerabuntur, nomina ſcripturi, ſingulisque poenas iam ſaepius memoratas denunciaturi.

VIII. Mandabitur a Propoſito Pariſienſi curatoribus apparitorique, vt in vicis, quibus ſinguli praeſunt, caueant diligenter, ne qui morbo illo infecti per vrbem diuagentur. Et ſi quis obuios forte habuerint, vt ex vrbe eiiciant, vel compellant in carcerem, in cute poenam daturos, vt in decreto ſancitum eſt.

VIIII. Item, re in hunc modum compoſita, decernant Propoſitus et Scabini cuſtodias, quae ad vrbis huiusce portas excubent, vetentque, ne vllis morbo illo infectis palam vel clam in vrbem ingredi licitum ſit.

X. Item, procurabitur a Quaeſtoribus pecuniae collectitiae et in ſtipem erogatae, vt aegrotis, qui domibus illis concluſi detinebuntur, cibaria ceteraque, quibus ad vitam opus eſt, diligenter et abunde ſubminiſtrentur, vt qui alioquin edictioni parere non poſſint.

UNE AMENDE DE SOIXANTE LIURES PARISIS, ORDONNEE POUR LES MALADES DE LA GROSSE VEROLE.

Ce jour, Vendredi 5. May, la Court a ordonné la ſomme de 60. Livres Pariſis eſtre baillée et delivrée par M. NICOLE HERBELOT, Receveur des Exploits et Amendes de la Court de ceans, à Sire NICOLES POTIER et autres Commis touchant le faict des Malades de Naples, pour icelle ſomme eſtre emploiée ès et affaires, et neceſſitez desdits Malades. Fait le 5. May.

SEXAGINTA LIBRAE PARISIENSES A SENATV PARISIENSI IN STIPEM EROGATAE AEGROTIS QVI MAGNA VARIOLA INFECTI ERANT.

Hac die Veneris, quinta Maii, anno 1497. iuſſit Curia libras Pariſienſes ſexaginta a M. NICOLAO HERBELOT aeris mulctatitii Coactore in Curia numerari D. NICOLAO POTIER ceterisque, qui praepoſiti ſunt adminiſtrandis negotiis aegrotantium morbo Neapolitano, vt in eorum vſus impendantur. Actum die 5. Maii.

REMONSTRANCES DE L'EVESQVE DE PARIS A LA COURT, POUR FAIRE AUMOSNE AUX MALADES DE LA GROSSE VEROLE.

Aujourd'hui (Samedi 27. May) l'Eveſque de Paris a remonſtré que des malades de la groſſe vérole, qui par Ordonnance de la Court avoient eſté mi ès Fauxbourg de ceſte ville, y en avoit de garis en bien grant

ROGATIO EPISCOPI PARISIENSIS VT CVRIA STIPEM LARGIRI VELIT AEGROTANTIBVS MAGNA VARIOLA.

Hac die Sabbati 27. Maii, anno 1497, Epiſcopus Pariſienſis expoſuit Curiae *ex infectis magna variola*, qui Curiae decreto in ſuburbio huiusce vrbis ſecluſi detinebantur, *plurimos convaluiſſe*, ſed pecuniam deficere

nombre, mais l'argent eſtoit failly, et y faiſoit lon de petites aumoſnes pour le preſent. S'il eſtoit le plaiſir de la Court y faire quelque aumoſne en pitie, elle ſeroit bien emploiée. Et pour ce que des deniers ordonnez par la Court à emploier en oeuvres piteables, ne eſtoit poſſible en recouvrer aucune choſe, remonſtrant à la Court qu'il y avoit en mon Greffe XV. ou XVI. eſcus depuis dix ans avoit, et ne ſavoit lon à qui ils appartenoient, ſi c'eſtoit le plaiſir de la Court ordonner qu'ils fuſſent diſtribuez ès povres Malades, les delivreroit. Cequi a eſté ordonné, et iceulx ai baillez à M. Jean Fournier, Chanoine de Noſtre Dame de Paris, lequel s'en eſt chargé.

ficere, atque eleemoſynas perexiguas iam erogari. Curiam proinde chriſtiane munificam fore, ſi aegrotantibus illis ſtipem largiri velit, vel ideo maxime, quod pecunia, quam pauperum vtilitatibus deſtinauerat, nullo modo potuerit exigi. Quocirca rogauit, vt iuberet Curia numos quindecim vel ſexdecim, qui iam ante annos decem apud ſuum tabularium depoſiti erant, ita, vt, ad quem pertinerent, neſciretur, aegrotantibus illis erogari. Quod facile impetrauit, numique illi M. Joanni Fournier, Canonico Eccleſiae Cathedralis Pariſienſis B. Mariae dicatae numerati ſunt, in aegrotantium illorum vſus conuertendi.

ORDONNANCE DU PREVOST DE PARIS POUR LES MALADES DE LA GROSSE VEROLE.

Combien que par cy-devant ait eſté publié, crié et ordonné a ſon de trompe et cry public par les Carrefours de Paris, à ce qu'aucun n'en peut pretendre cauſe d'ignorance, que touts malades de la groſſe vérole vuidaſſent incontinent hors la ville et s'en allaſſent, les eſtrangiers ès lieux, dont ils ſont natifs, et les autres vuidaſſent hors ladite ville ſur peine de la hart. Neantmoins lesdits malades, en contempnant lesdits crys, ſont retournez de toutes parts, et converſent parmi la ville avec les perſonnes ſaines, qui eſt choſe dangereuſe pour le peuple et la Seigneurie, qui à preſent eſt à Paris.

L'on deffend derechef de par le Roi et Monſieur le Prevoſt de Paris à tous lesdits Malades de la dite Maladie, tant hommes que femmes, que incontinent aprez ce preſent ils vuident et ſe departent de la dite Ville et Forsbourgs de Paris, et s'envoiſſent. ſçavoir lesdits forains faire leur reſidence ès pais et lieux, dont ils ſont natifs, et les autres hors ladite Ville et Forsbourg. ſur peine d'eſtre jectez en la riviere, s'ils y ſont peins le jourd'huy paſſé. Enjoint lon à touts Commiſſaires, Quarteniers et Sergents prendre ou faire prendre ceux, qui ſeront trouvez pour en faire execution. Fait le Lundi 25. jour de Juin, l'an mil quatre cent quatre-vingt-dix-huit.

EDICTIO PRAEPOSITI PARISIENSIS IN ILLOS QVI MAGNA VARIOLA INFECTI SVNT.

Quanquam iam ante edictum promulgatum et denunciatum fuerit tuba et praeconis voce, ne quis ignorationem cauſari poſſit, vt interpoſita capitis poena, *quicunque magna ſiue craſſa variola aegrotarent*, abirent ocyus ex vrbe, alienigenae quidem in eas vrbes, in quibus nati ſunt, ceteri vero extra vrbis pomoeria. Nihilominus tamen aegrotantes iſtiusmodi, ſpreta denunciatione, vndique regreſſi per vrbem vagantur, et vtuntur cum ſanis, vnde maximum impendet periculum tum plebi, tum optimatibus, qui nunc Lutetiae adſunt.

Quapropter iubentur iterum nomine Regis et Praepoſiti Pariſienſis, quicunque morbo illo infecti ſunt, vt poſt promulgatam hanc alteram edictionem ex vrbe vrbisque ſuburbiis decedant, abeantque alienigenae in vrbes, vbi nati ſunt, ceterique extra vrbis ſuburbia. Sin ſecus faxint, praecipites in amnem agendi, quoscunque ab hodierna die comprehendi contigerit. Mandatur ſimul Curatoribus Praefectisque vicanis et apparitoribus, vt quoſcunque obuios habuerint, prehendant vel prehendi iubeant, denunciatas poenas daturos. Actum die Lunae 25. Junii anni 1498.

XVIII.

PROCLAMATION OF KING IAMES IIII y).

It is our Souverane Lords will and the Commend of the Lordis of his Counſale, ſend to the Proveſt and Baillies within this burt, that his Proclamation followand be put till execution, for the eſcheving *of the greit appearand danger of the infection of his Leiges fra this contagious ſicknes, callit the Grandgor*, and the greit uther Skayth, that may occur to his Leiges and inhabitans within this burt, that is to ſay, we charge ſtraitly and commands be the Authority above writtin, that all manner of perſonis, being within the freedom of this burt, *quilks are infectit or hes been infectit uncurit with this ſaid contagious plage, callit the Grandgor*, devoyd, red and paſs furt of this Town and compeir apon the ſandis af Leith, at then ours before none; and thair ſall thai have and fynd Botis reddie in the havin ordanit to them be the Officeris of this burt, reddely furneiſt with victuals, to have thame tho the Inche, and thair to remane quhilll God proviyd for their Health. And that all uther perſonis, the quilks taks upon thame to hale the ſaid contagious infirmity and taks the cure thairof, that they devoyd and paſs with thame ſua that nane of thair perſonis, quhilks taks ſic cure upon thame, uſe the ſamyn cure within this burt in pus nor peirt any manner of way. And wha ſa beis, foundin infectit and not paſſand to the Inche, as ſaid is be *Mononday* at the Sone ganging to, and in lykways the ſaid perſonis, that takis the ſaid Cure of Sanitie upon thame gif they will uſe the ſamyn thai and ilk ane of thame, ſalle be brynt on the cheik with the marking Irne, that thai may be kennit in tym to cum and thairafter gif any of tam remanis, that thai ſall be baniſt but favors.

XVIIII.

IOANNES SCIPHOVER DE MEPPIS z).

Peſtis miſeranda et *lugubris* illo tempore incepit, quae primo in Weſtphalia, Oſenbrugenſi in ciuitate anni 1494. et Bremis ac Hamborg incipiens, paſſimque iterum per prouincias irrepens: Et hoc 1495. in Stadis, Lubeck, Wismaria, Roſtock, Sundis, Gripeswaldis, Anclam, in Daciam, Pomeraniam, Pruſſiam, Saxoniam et omnes gentes adeo deſaeuiit, et quidem ita inclementer, vt horreſcat calamus liem huiusmodi depingere, quae plurimos iuuenes ſtrauit innumerosque ciues exſtinxit. Nec aliud video, quam multos timore pauoreque contabeſcere. Jam peſtifer annus nobis incubuit, mortique fauit denſiſſimus aer, multus vndique dolor, multi lugubres eiulatus. Quid multa dicam? En lacrymis defleuimus, moerore deficimur, dolore vexamur acerbo, et hoc noſtra propter peccata. Propter iſtam peſtem ego terrore concuſſus, veluti amens, monaſterium Tangeklemenſe deſerui, et in Paſewalkenſi ciuitate — moram traxi.

 XX.

y) In the Records of the Town-Cuncil of Edinburgh. 22. Sept. 1497. v. Philoſ. Transact. Vol. 42. p. 420. Neque minus hoc edictum Regis Angliae argumento eſt, quantopere vbique terrarum hunc contagioſum morbum abhorruerint homines, et quam legum ſeueritatem morbo nouo putarint opponendam.

z) *Chronic. Archicomit. Oldenburg.* in *Meibom.* Script. Rer. German. T. II. p. 188. Fuit *monachus Auguſtinus Eremitas vir pro ſeculo doctus*, 1497. *vt ipſe refert*, *miſſus deffinitori, loco ex parte prouinciae Saxoniae ad Generale Capitulum quod tunc Romae celebratum eſt.* Hensler.

XX.

BARTHOLOMAEVS STEBER a).

A MALA FRANCZOS MORBO GALLORVM PRAESERVATIO AC CVRA A BARTHOLOMAEO STEBER VIENNENSI ARTIVM ET MEDICINAE DOCTORE NVPER EDITA.

HIERONYMI BALBI AD LECTOREM *Epigramma.*

Tanquam pauca forent volucris diſcrimina vitae,
En noua iam toto ſerpit in orc lues!
Membra tument ſanie, tumet atro puſtula virus,
Foedaque tabeſcens vlcera corpus arant.
Sed bene, quod chiron noſtroque Epidaurius aeuo
Attulit optatam Bartholomaeus *opem,*

Bartholomaevs Steber, Viennenſis Pannoniae, artium et medicinae doctor Briccio, praepoſito Ciliaco, artium ſacraeque theologiae profeſſori incliti gymnaſii Viennenſis Rectori magnifico

Salutem.

Rogatus a quibusdam mei amantiſſimis, Rector Magnifice, *de morbo, quem gallicum dicunt,* meam afferre ſententiam, nouitate rei ac magnitudine perterritus, (diuini enim aliquid non immerito huic aetati noſtrae inaudito ineſſe putabam) ſupra vires ingenii mei de illo aliquid audere exiſtimans, virosque clariſſios rerum cauſas, quantum homini de ſuperis ſcire datum ſit, ad vnguem percallentes, neque muſſitare aliquid de ea re videns, et ſi aliquando parum ſentire cepiſſem, pedem referens, potius prudenter tacere, quod temeritate quadam me ridiculoſum exponere, magis conſultum putabam, niſi perditiſſimorum quorundam, vilium abiectorumque hominum audacia, vt ad coeptum redirem, mihi occaſionem dediſſet. Qui nedum philoſophiae primá rudimenta ignorantes, verum primprum, quae praerequiſita ſunt, elementorum expertes, non hominum ſalutis, ſed aeris congerendi explendique ventris gratia, miſeris hoc morbo gallico afflictis vnico antidoto de medicis (forte alicubi furtim acquiſito,) mederi praeſumunt b), vane iactantes, ſe quid ſecreti habere ad hanc propulſandam foedam aegritudinem, medicis, quoad cauſam, prorſus incognitam. Nec vllam nos opem hac aegritudine laborantibus ferre poſſe, audacter nequiſſimi clamant. Tantam medicae artis profeſſoribus ex ſpurciſſimis hominibus tam iniquam fieri infamiam, (vt par erat) plurimum dolens, in re coepta pergere ſtatui. Tuae autem magnificentiae innumera in me beneficia ſingularemque beniuolentiam, qua me ſemper humaniſſime proſecutus es, Tuam denique ampliſſimam dignitatem animo complectens, has meas primitias Tibi, moderatori noſtro, dedicare certum erat. Rem tibi offero paruam (magna enim humeris c) meis minime aequa ſunt) cuius plurimum rogo index et cenſor eſſe velis, male erratorum caſtigator. Penes te ſit, in publicum prodeat, aut priuatum deliteſcat, quo mihi, tuo Bartholomaeo, non parum gratificaberis, donec vixero, tuae magnificentiae officioſiſſimo. Vale, noſtri gymnaſii decus.

Probatio, non eſſe lepram.

Aristotelis conſuetudinem imitari volens, prius quaedam confutare conſtitui, tandem, quod rectius viſum fuerit, dicturus. Longe *hunc morbum a lepra* eſſe *alienum,* facile probatur, cum nedum cutis, verum quae penitiora ſunt, epar, cerebrum, praeſertim cordis radicalem humiditatem, *foedus hic morbus* complectitur, adeo, vt in fine hominis membra diſſolui videantur et ferme incinerari, humidi, (quod inſtar glutinis erat) priuatione. Teſtem recipiamus Avicennam *tertia quarti tractatu tertio* in haec verba ſcribentem: *Lepra eſt infirmitas mala proueniens ex ſparſione colerae nigrae in corpore toto, quare corrumpitur complexio membrorum, et forma, et figura ipſorum, et fortaſſe corrumpitur in fine eius ipſorum continuitas, ita, vt corrodantur membra, et cadant caſu, qui fit ab vlceratione.* Item Averrois *tertio Colliget* dicit, *primam leprae i fectionem eſſe in corde,* ideo ab eo genitus eſt leproſus; quia paſſiones cordis, quae ſunt in generantis corde actiue vel paſſiue, tandem ſunt in generato. Si alia ſigna ab auctoribus ſcripta obſeruauerimus, manifeſtum erit, horum *nullam* eſſe *communicationem cum hoc, morbo gallico.*

Quod non morphaea.

Facile quorundam ſententia propulſatur, hunc morbum morphaeam aut baras eſſe concertantium. Offeratur nobis *Fen ſeptima quarti canonis tractatu ſecundo* noſtri Abolai, inquientis, morphaeae cauſam eſſe debilitatem operationis alteratiuae, quoniam non aſſimilat aſſimilatione integra, quod intelligendum, morpheam eſſe ex mala complexione totius cutis interioris ob ſparſum flegma aut nigram coleram, quae principio quidem ob imbeccillitatem epatis ad cutem expulſa, tandem longiore mora, cutem fere alienam a radicata ſua complexione fecerunt, ſuccedentem tandem ſanguinem, vt nutrinentum, inficiunt et peregrinum reddunt. Longe aliter patentibus oculis cernimus, *hunc morbum exteriorem occupare cutem,* ſine forti inpreſſione aliquantulum quidem *vlcerantem,* ſed complexionem non corrumpentem, eumque *punctatim, non totam cutem comprehendere* videmus.

Quod non phlegmon.

Nec laborioſum eſt conuincere, *has* in corporibus nunc *puſtulas neutiquam de horum apoſtematum eſſe natura,* de quibus Avicenna diſtinctionem fecit *tertia quarti tractatu primo,* partim calidis, vt flegmonibus, heriſipilis, partim frigidis, vt glandulis, vndimiis, ſephiris. Non flegmonen quis dicet, quia parum ſaltem phiſice poterit ratiocinari eius inſeparabilia accidentia, *tertio decimo therapeutice* colligens, inflammationem videlicet fortem, nedum in loco apoſtematis, verum in toto corpore, vt tangens calorem fere igneum manu ferre non poſſit, cum febre quadam continua, cum tenſione quadam doloroſa, ruborem videbit abundantem, tumorem cum quadam duritie, et vt plurimum tendere ad ſaniem, *quae omnia in morbo iſto abeſſe videmus.*

Quod non heriſipila.

Heriſipilam eſſe, nemo aſtruet, quam apoſtema dicimus colericum ex colera naturali ſeparata a ſanguine, cuius gratia colera plus effrenis ad membrum aliquod expulſa ruborem afferet cum quadam claritate et intenſa inflammatione. Nec locus excelliue tumet, ſed modica eleuatio cum quadam duritie et rubore apparet. Nec febris deeſt. Nihil horum hic comperies.

Quod non ignis perſicus.

Ignem perſicum, quem et *ſacrum ignem, carbonem, prunam,* medicorum coetus nominat; nemo, niſi temere, *hunc morbum eſſe* dicet, ſi peritiſſimorum ſaltem

a) *A Mala franczos morbo galloz. preſernatio ac Cura a Bartholomeo Stěbĕr Viennenſi artium et medicinae doctore nuper edita,* ſ. l. et a. et pagg. in 4. ſub finem: *Impreſſum Vienne p Io. w.* Conſtat octo plagulis. In fronte cernitur imago viri et feminae egregie puſtulatae et velut interſtinctae, praeter haec forma medici et chirurgi. Liber nuncupatus eſt Briccio, *incliti gymnaſii. Vieneñ. Rectori magnifico.* Ille vero ſub auctore ac teſte *P. Schier* (Comment. de primis Vindobon. typograph. p. 17.) *a.* 1497. *die S. Colomanni vltimum electus, vſque ad diem S. Tiburtii ſequentis anni guberninm tenuit,* ideoque ſecundum Venerab. Denisivm (Wiens Buchdruckergeſchichte B. I. S. 298.) inde ab m. Octobr. 1497. vſque ad menſ. April. 1498. libellus in lucem editus eſſe debuit. Quod vero ad Steberum attinet, fuit iam a. 1490. Vniverſitatis Rector, et inde ab a. 1492. ſexies Decanus Facultatis medicae, denatus 1506. Epitaphium extat in aede S. Stephani, cuius inſcriptionem Locher. (Specul. Acad. p. 398.) repetiit.

b) *Conſummunt* St. eb.

c) *Humoris* St. Sed male.

ſaltem medicorum ſigna perſpexerit. Non enim comeſtiuus eſt, non ebulliens, nec virus in eo ad nigrorem accedit. Ignis enim perſici natura eſt, carni ſe immergere, in quam ſe abſcondens, carnem perinde, vt cauterium, conſumit. Vnde locus redditur niger, plumbeus. Nec mora eſt, quin ſubito in membrum imprimat. Cuius cauſa eſt, teſte Galieno *de apoſtematibus* et Rabi Moyse *vigeſima tertia particula*, ex ſanguine, cui accidit ebullitio, adeo, quod cutem comburit. Subtili enim ſanguine colerico inflammato et putrido, ſubtile tranſit in coleram, quod ſuperſit, in melancoliam. Quibus aggregatis et in ſingulare membrum proiectis, fit hic *carbo* vel *perſicus ignis*. Ex hoc differentiam *a cancro* accipimus, qui, ſolo cinere melancoliae vel colerae relicto, prius reſoluto ſubtiliori parte, vix curandum vel apoſtema, vel vlcus afferre ſolet. Horum neque ignis perſici, neque cancri ſaeuitiem hunc morbum inferre, certum eſt.

Quod non cancrena.

Quis erit, niſi mentis inops, qui *hunc morbum cancrenam aut eſtiomenum* eſſe contenderet. Non enim accidit cancrena, niſi ad eam ebullitionem ſanguis perueniat, vt portio tandem melancholiae minus groſſa putreſiat. Quae cum ſit in fieri, *cancrena* in promtu adeſt. Si perrexerit ad putrefactum, eſſe *eſtiomenus* dicitur, membrum perdens et mortificans.

Quod non antrax.

Ex iam firmato ſequela eſt, *neque hunc morbum antracem ſiue althoin* ex aliquo *nominari poſſe*, cum antrax apoſtema ſit ex ſanguine ebulliente, cuius groſſior portio melancholiae eſt putrida, non aduſta; qua putredine materia melancholica quandam eſt nacta venenoſitatem, vnde vapores ſubtiliati per arterias, regionem cordis attingentes, citam mortem inducunt.

Quod non glandulae.

Vndimias, glandulas, nodos, quis crediderat? cum ſint de genere materiei durae, melancholiae, non vlcerantis, ſecus hic videmus. Nihil denique eſt, quod *ſaphati hunc morbum* nos cogeret appellare, cum, volentibus vna ſententia omnibus medicis, tantum faciem et caput ſaphati occupare, *nec* ipſum *impetiginem* dices, quae ſicca eſt, non virulenta. *Non vulgarem ſcabiem* nuncupabis. Quam verum ſit, in propatulo eſt, ſi accidentia contemplari velis.

Propria hic dicitur ſententia.

Poſt priorum confutationem nunc reſtat, *quid de gallico ſentiam morbo*, et hoc ſit indicium meum. *Puſtulas, quibus homines nunc male torquentur, ſordidas et vlcerantes* ex plurium humorum, non vnius corruptione emergere, comitante quadam aduſtione et nitroſitate, ſed materiae diuerſitas ex accidentium varietate dinoſcitur. Puſtulas plures ſanguini, has flegmati, alteras melancoliae priores eſſe non dubitandum eſt. Illa tamen varia humorum genera ob infuſam quandam incinerationem ſeu aduſtionem aliquantulam confecuta ſunt acuitatem igneam. Hinc eſt, quod humores hi exſpoliati ſunt ab ea potentia, qua in reintegrationem eſſent in ceſſantis reſolutionis humidi nutrimentalis et radicalis, factae a calore noſtro, qui compoſitus, partim caeleſtis et ſuauis, partim igneus eſt. Inutiles itaque illos humores natura praeſentiens, nititur eos expellere a membris dignioribus ad loca ignobilia, ne intus latentes nocui hominem perdant. Sagax autem natura conuenientem expulſioni regionem cutem ordinauit, probante illud Haly Abbate *ſecundo Theoricae* in haec verba: *Hominis cutis ceteris animalium coriis debilior eſt, quoniam ſimul cum his, quae praepoſita ſunt in ea, propoſuit, vt receptiua eſſet ſuperfluitatum ad ipſam defluentium, quas repellunt illa vicina membra.*

Sed grandis videtur in his *puſtulis diuerſitas, in figura, mollitie, duritie, virulentia, colore, ardore, dolore* et *vlceratione*, hic plus, alibi minus imprimente.

Varietatis cauſam ſic contemplemur. Si fortaſſe ſanguinis naturam puſtulae plus acceſſerint, videntur rubeſcere cum quadam obfuſcatione, et ſub nigredine aliquantula, mediocri groſſitie et tumore.

Cauſam hic dico ſanguinem, humore quodam melancholico modicum aduſto infectum, ea tamen aduſtione, non ducente melancholiam extra ſuae naturae latitudinem. Vnde terreum mixtum humido terminat ipſum. Qui ſanguis hac immutatione foras propulſus, etſi intus calore ſit ſubtiliatus, per poros excluſus ob naturam terream cum humido frigore circumſtantis aeris congelatur, idque frigore conſtans a ſuccedenti humore truſum ſubſequitur. Succedit item alter, donec praemineat *aliquid magni*, quod *tuberoſum* ferme videatur *in modum papillae mamillaris, vlcerantis* circa radicem vel baſim eius. Vlcerationis ratio in promptu eſt ob veſtigium aduſtionis, ſua ſiccitate ſubtili cum caliditate ſoluentis humidum glutinans; inde fit dolor. Omnis autem dolor, dicente Galieno, exacuit reuma, id eſt, dolor eſt cauſa concurſus humorum, quibus in repleto corpore corruptis abundantiſſime aduenientibus, fit quaedam virulentia fetida ob negligentem calorem, quaſi deſperantem de hac digerenda materia.

Quomodo ex melancholia.

Si autem plus fuerit de melancholico humore, quam ſanguinis, *puſtulae papillares* ſunt duriores, plus comeſtiuae et rodentes, niſi viſcoſus quidam humor flegmaticus ſit immixtus, qui prohiberet tam validam impreſſionis ſaeuitiem. Maior vero fit vlceratio, quanto aduſtio ſit fortior.

Quomodo ex flegmate.

Fit, vt flegmati aquoſo, admodum tenui, quod indigeſtum natura deſpicit, aliquid aduſtae colerae aut melancholiae, non quidem in vltimo aduſtionis permiſceatur, cuius gratia exſurgit flegma nitroſum aut ſalſum, quod ſanguini commixtum, ipſum ſanguinem naturae odioſum reddit, quem, tanquam pernicioſum, natura ſegregat per eam, vt prius, regionem, videlicet cutis foramina. Hic humor, fluido flegmate liquidior factus, non facit duriciem, neque praeminentiam magnam propter humidum, quod terminatur alieno; non proprio termino, ſed eſcaras aut cruſtas (modo loquendi medicorum) conficit amplas vlceroſas, cum virulentia quadam foeda, corroſiuas magis vel minus, ſecundum intenſiorem vel remiſſiorem aduſtae colerae commixtionem. Exſurgunt de hoc genere puſtulae rubentes, tendentes ad albedinem, ſi flegma ſanguinem ſuperauerit. Si nihil ſanguinis adſit, vides cruſtas albas, cum quadam citrinitate, ſi colerae ſit vſtio, aut ſubnigreſcunt, ſi melancholiae aduſtio ſit immixta.

De cauſis antecedentibus.

Cauſarum antecedentium ratio habetur ex longa temporis habitudine plurimum humida, cuius gratia, factis paucis reſolutionibus, plures humores mali ſunt congeſti, praeſertim neglecta debita diaeta, dicente Hypocrate *tertio Aphoriſmorum: Conſtitutiones anni omnino quidem ſiccae pluuialibus ſunt ſaniores*, conſonante ad hoc Galieno in *Commento* eiusdem hac ſententia: *In ſiccis temporibus humiditates deſiccant, in pluuialibus aggregantur, et putredines augentur, ſi non quibuslibet diebus corpora mundificentur. Balneis enim non conſumuntur, niſi quae cuti vicinantur. Acceſſit ad hoc plurimum dierum ſuccedentium crebra in qualitatibus varietas, iam ad calidum, iam ad frigidum, ſubita quadam mutatione. Hinc humorum varietas neceſſario exſurgebat cum debilitate caloris relaxati, humores regulare non potentis.* Ad hoc eſt teſtimonium venerabilis ſenis Hypocratis iterum *tertio Aphoriſmorum: In horis quando eadem die aliquando aeſtus, aliquando vero frigus, autumnales aegritudines exſpectare oportet*, id eſt, morbum de materia aduſta, ob incinerationem verſa in melancholiam.

His ergo coadunatis humoribus ſuperfluis, ex quadam viniuerſali *cauſa caeleſti* concurrente crudioribus factis, tandem aduſtis, variarum *puſtularum exſuperantiam euenire* neceſſe erat, quae minus vel magis corpus humanum affligentes, *intenſiori vel remiſſiori aduſtione cuti ſe infigunt*, quae varietas in aperto

Aphrodiſiac. T

to eſt, ſi diſcretionem aetatis, ſexus, regionis, complexionis etc. aduertere voluerimus. *Viſum eſt* denique *in calidioribus regionibus hoc morbo prius laboraſſe homines, tandem frigidioribus*, ob varietatem paſſibilitatis corporum merito regionis contractam.

Supereſt dicere *de* quibusdam *accidentibus et cauſis* eorundem, *quare primum circa pudenda puſtulae appareant.* Ratio eſt viarum largitas circa ſeminaria vaſa a venis emulgentibus et arteria adorti *d*) immediate ramificata. Per quorum amplitudinem vel prope ob caliditatem magnam, non obſtante illorum reuolutione varia, quod malum eſt, propellitur, non quidem ibidem ſtans, ſed longius vsque ad veretrum vel pudenda, tanquam locum ſpongioſum, alias vrinae, tanquam ſuperfluitatis, capacem. Similis ratio, *cur fauces occupent.* Ob illarum partium raritatem ſpongioſam, humorum facile ſuſceptiuam id euenire certum eſt.

Doloris articulorum cauſam afferre non eſt difficile. Quae quidem non aeque ſingulos afficit, ſed ob groſſitiei et ſubtilitatis humoris varietatem muſculos ſeu neruos plus vel minus laedens, ſolutionem ferme continui faciendo, ſaeuiorem vel magis remiſſum infert dolorem.

De cauſa vniuerſali ſupercaeleſti.

Cauſam vniuerſalem indagare libet, quae *a ſuperiorum* eſt *influxu.* Omne enim, quod in hoc mundo oritur, cauſam correſpondentem et praeſignantem habet in caelo. Vultus enim huius ſeculi ſubiecti ſunt vultibus caeli, teſtante ſummo ARISTOTELE *primo Metaurorum e*) his verbis: *Neceſſe eſt mundum inferiorem contiguum eſſe lationibus ſuperiorum, vt tota virtus inde gubernetur.* Variatis ergo configurationibus ſtellarum erraticarum, alterantur inferiora, dura et terrea, actioni alterantis reniti potentia, quanto magis facilius corporis humani aquoſi humores fluidi, impreſſionis ſuperiorum capaciſſimi, qui ob quinque caeleſtes configurationes, et quidem magnas, eam, quam nunc habent nocendi promtitudinem receperunt.

Prima erat ex duorum ſuperiorum SATVRNI et IOVIS *coniunctione* in XXIII. gradu ſcorpionis, MARTE exiſtente in octaua domo, quae domus eſt mortis, et in XXVII. arietis, in ſummo teſtimonio. *Facta haec coniunctio anno* CHRISTI 1484. Simile de *vniuerſali* fere *ſolis eclipſi* in anno domini 1485. MARTE item in medio caeli, in ſigno humano, coniunctione vero luminarium in quinto arietis. Succeſſit ſtatim *eclipſis aliquot* quidem *punctorum* in anno domini 1487. XX. Iulii, coniunctione luminarium in leone facta, MARTE in medio caeli, in virgine, ſigno humano, qui dominus erat ſigni aſcendentis Scorpionis, SATVRNO fere in adſcendente. *Accidit anno domini* 1494. *XXIII. Februarii duorum ſuperiorum*, IOVIS *et* SATVRNI, *oppoſitio*, SATVRNO in piſcibus ſigno aquatico exiſtente, domum IOVIS inficiente. Cuius tempore priorum dictarum configurationum *effectus* apparuit, *longius* quidem *durans* videlicet *peſtis, tandem reliquiae aduſtae, non quidem putrefactae, ex vario humorum genere, hunc, quem gallicum morbum dicimus, afferentes, quae apparere inceperant circiter decennalem reuolutionem* SATVRNI *in ariete*, qui in ter centum annis ſuam periodum explens, ſemper mutationem mirabilem toti infert mundo. Vnde fit humorum groſſorum melancholicorum generatio et flegmatis cruditas ob SATVRNI naturam, cum MARTIS dominio adurentis. Quibus duobus, tanquam naturae humanae ſummis hoſtibus, ſimul complexis, ſua inualeſcente homini aduerſa natura, calorem naturalem et ſpiritus deiiciunt, virtutem regitiuam proſternunt, non potentem dirigere humores, vt eſſent conuertendi in ſubſtantiam aliti pro maiore parte ſui, ſed potius *mala qualitate affecti, crudi et aduſti excluduntur, ſi vlla ſit naturae vis relicta. Quod quidem in hoc morbo factum eſt* ex praeualente benigniſſimo ſidere, humanae naturae amico, IOVE, vitam humanam (quantum eſſet ex ſe) perpetuante, fit expulſio eorum, quae naturae ſunt nocua, cum fortitudine naturae expellentis *ad* longinqua, videlicet *cutem, quae ſecundum expulſi naturam vlceratur, apoſtematur, variis* denique *doloribus afficitur*, ſigno quidem bono, (quia praeualeſcentis naturae) cauſa mala.

Ex his inferendum eſt, *non vnius generis materie has eſſe puſtulas et vlcera*, nec certo poſſe locari capitulo, ſed varietate materiae, ex qua, et aduſtionis, non quidem nimis multum adurentis, ſaeuioris tamen, quam in ſcabie vulgari aut pruritu, imprimentis diuerſitate, fit *nominum* (de quibus nihil ad medicum) etiam *curae variatio.* Praeterea ob materiae multitudinem in toto corpore et omnibus membris, tertia digeſtione, tanquam minus aptam, a natura derelictam, *fit per omnia membra puſtularum expulſio* ſecundum variam materiae naturam, ſemper quidem aduſtae.

De medica applicatione ſeu antidotis.

Poſt cauſarum morbi contemplationem actiua paſſiuis debite applicare *intentio eſt, primo, ne malum ſuperueniat, praemunire*, ſecundo, *ſi humanum corpus hoc malum inciderit reparare.* Quoad *praeſeruationem*, oculus habeatur ad ſex res non naturales, quae ſunt *aer, cibus* et *potus, ſomnus* et *vigilia, motus* et *quies, inanitio*, et *repletio*, et accidentia animae, id eſt, *paſſiones animae*, ira, triſtitia, timor etc. Dimiſſo *aere* (quem pauci admodum aduertunt) vel qualitatem eius ſubterfugere nequeunt. *De cibo* dicimus, qui non ſit ſalſus, non amarus, non vnctuoſus, nec exceſſiue dulcis, non acutus, neque nimis groſſus. *Ex his* enim *humores* eueniunt hoc tempore, *hunc morbum minantes.* Horum rationem dicere longum eſſet. *Vigiliae* modum excedentes humores exacuunt, vt aduſtioni paratiores fiant. *Exercitium* quidem bonum et ſalubre, ſed in corpore cacochymico *f*), hoc eſt, pleno malis humoribus, niſi prius mundatum fuerit, plura mala educit et excitat, quod quiete latuiſſet, mouens, et non educens. Simile *de balneo in corpore immundo, ſed ſummum in hoc morbo ſtudium, quod malum eſt in corpore, euacuare*, praemiſſa contemplatione complexionis, aetatis, ſexus, quorum diuerſitate materiae peccantis varietatem habere poſſumus, ſi vlla ſit humoris malitia. Coniicere enim oportet, ſi aliquis in corpore ad hanc aegritudinem proportionalis ſit lapſus, cum aduertentia venarum amplarum; quae ſi viſae fuerint tumentes, cum aliis adiectis conditionibus, fiat ex *vena*, quam *purpuream* ſeu *mediam* dicimus, competens *phlebothomia*, non tamen, vt quidam male aeſtimant, vſque ad liptotomiam *g*), ex eo, quia *morbus non adeo acutus, dans inducias.* Minutione ſanguinis celebrata, dentur ſanguinem mundificantia, inter quae plurimum valet aqua lactis, niſi maius punctum humorale ſuperfluat, quo inuitamur ad fumum terrae, tanquam medicinam leuiorem, tandem ad folia ſenae, in aqua lactis cocta, cum admixtione ephytimi *h*). Si fortaſſe inobedientia humorum viſa ſit, confectionem Hamec non abhorrebimus, cum diaphinicone in ſexu muliebri, vel flegmatica habitudine ſtiptica, mediocria quidem, vt eſſe poſſit decoctio ex roſis rubeis, ſemine acetoſo, ſemine portulacae, cum additione modica ſpodii, ſumach, bolauſtiorum *i*), indubiae *k*), bona tamen cautione prodeſſent, ſi ſufficiens fuerit praemiſſa euacuatio. Alias nequaquam.

Curae modus breuis.

Si puſtularum aliquantula *viſa ſit apparentia, per cutem ſparſa, nulla in principio fiat phlebothomia, neque vlla per ventrem ſolutio*, ſed naturae porrigentes auxilia, eam imitemur, conſulente noſtro HYPOCRATE *prima particula Aphor.* his verbis: *Quae ducere oportet, vndecunque maxime natura repit, inde ducere per conuenientes regiones.* GALIENVS *Commento* eiusdem, *cutem purgationem naturae conuenientem locum* dicit. Hinc eſt, pannis calidis cuti appoſitis, poros dilatantibus, aliisque mediocriter quidem calidis, fieri adiutorium. STVFAS vero *nimis calidas aut aereum arte factum balneum quodam exceſſu abhorreamus l*). Haec enim plenitudinem agitant, non educunt. Hinc multa poſſunt emergere nocumenta. Decoctiones aperi-

d) i. e. aorta.
e) i. e. *meteororum.*
f) Noſter ſcrib. *cacocimico.*
g) i. e. *lipothymiam.*
h) i. e. *epithymi*, quod fere omnes commendant et adhibent.
i) i. e. *balauſtiorum.*
k) i. e. *intybi.*
l) Haec fere, vt *Widmann* p.

aperitiuae tunc proderunt, adiunctis quibusdam lenientibus, non poſthabita modica ſtipticitate, in hac forma.

Rec. Ficuum ſiccarum, ſeminis feniculi, paſſularum, ſeminis foenu graeci, radicis petroſilini ā̄ā̄ vnc. ſemis, lentium excorticar *m*). mirtillorum ā̄ā̄ drag. vnam et mediam. Coquantur in aqua pro conſumptione medietatis; Colaturae addatur zuckaris.

Illud annotetur. *Si in ſolis pudendis puſtulae vlcerantes apparuerint, alias in cute non apparentes, et phlebothomiam, et ſolutionem ante puſtularum exitum ad cutem fieri poſſe. Poſtquam certum habeatur, non plus de puſtulis pullulare, fiat ſanguinis minutio*, vbi fieri debet, *ventrisque euacuatio* cum his, quae ſuperius dicta ſunt, vt electuario Hamec, pilulae de fumo terrae in corporibus teneris, cum decoctione foliorum ſenae, in quam diſſoluatur aliquid diakatholiconis, praemiſſis digeſtiuis, ſecundum diuerſitatem materiae. Plurimum valet ſirupus de Bizantiis, ob ingredientia partim humida, et partim reſoluentia, cum ſirupo *n*) de fumo terrae. Sirupus acetoſus in phlegmate ſalſo, non eſt poſtponendus. Sed neutiquam electuarium de ſucco Roſarum aut reubarbarum, tanquam medicinae baſis, adhibendum eſt, quoniam colerae purae euacuatiuum vtrumque eſt, cuius praeceptum puri humoris hic non cernitur, quo plurium eſt error, nec antecedens cauſa videtur.

De medicinis localibus.

Localium medicinarum in hoc morbo compoſitionem fieri oportet ob variam intentionem remouendae materiae peccantis. Conſiderare oportet medicinae vim abſterſiuam cum quadam cutis confortatione, hoc eſt, modica ſtipticitate, *cum vlceris exſiccatione et mundificatione aduſtionisque extinctione*, non neglecta *in fine conſolidatiua medicina cicatriſatiua ſeu cutis factiua*. Haec alterare oportet varietate decurſus temporum morbi, principio, augmento, ſtatu et declinatione, quae ſoli ingenio docti medici ſunt relicta. *Medicinae abſterſiuae non* ſint *nimis calidae, ne vlceribus fiat mordicatio, niſi aliquid ſit ad hoc inuitans ſordidum et virulentum, indigens euulſione ſui.* Hinc eſt, quod vitriolum, alumen vſtum, nonnulli (non quidem ſemper male) apponunt.

Vulgaria abſterſiua ſunt farina cicerum, farina fabarum excorticatarum, farina lupinorum, litargirium cum infrigidatione. mirrha cum mundificatione. Sed pulueres elebori nigri, ſtaphiſagriae, ireos, niſi in modica quantitate, loco ſtimuli, apponenda ſunt, *ſi vlla ſit puſtulae remouendae groſſities.*

Pro ſola *puſtularum exſiccatione* aqua ſalſa ſufficeret, lanae ouium infuſa et appoſita. Aliquid olei roſarum ob lenitionem et infrigidationem admiſceri poteſt. Sed *vlcere facto, remota eſcara*, detur illud GVILHELMI PLACENTINI. ℞. Litargirii arte abluti, farinae riſi, oſſium vetuſtorum, ſeminis melonum, farinae cicerum, fabarum excorticatarum, lupinorum excorticatorum. Pulueriſentur et miſceantur cum muſtilagine *o*) de pſilio aut foenugraeci, vel ſeminis lini.

Loca vlceroſa emplaſtrentur, et veſtigium vlcerum non apparebit. *Si* vero *tanta fuerit vlceris ſordes*, alumen vſtum in principio non negligatur, donec, depoſita virulentia, ſufficienti habita mundificatione, conſolidationi vlcus obediat.

Poterit fieri et iſtud vnguentum. ℞. Thuris, maſticis, litargirii ana partem vnam, aluminis vſti partem quartam, ceruſae partem mediam, terbentinae et olei oliuae, quantum ſufficit pro vnguento.

Ab argento viuo, quantum poterimus, caueamus, praeſertim circa regionem ſtomachi et epatis, et capiti plurimum obeſt omnibusque neruis.

Aloepaticum, mirrha, ſanguis draconis, tanquam familiariſſime exſiccantia, non ſunt poſthabenda.

Pro vlceris ſigillatione *p*) cortices malorum granatorum, flores malorum granatorum, primum locum tenent.

Defenſiuum gutturis et faucium, ne vlceratione moleſtentur. ℞. Aquam roſarum in aliqua doſi, et aliquantulum ſumach et modicae carnoſitatis granati ana Piſtentur et buliant cum aqua roſata, colentur et infrigidentur, quo fiat gargariſmus, antequam vlcera ſuperuenerint. Sed illorum praeſentia mundificatiuis cum quadam addita ſtipticitate procedas, vt melle roſato et aliis.

De his localibus medicinis nulla certa poterit dari regula, ſed experti medici ingenio omnis limitanda.

Finis

Impreſſum Vienne per Io. W.

XXI.

SIMON PISTORIS *q*).

DECLARATIO DEFENSIVA CVIVSDAM POSITIONIS DE MALO FRANCO NVPER PER DOCTOREM SYMONEM PISTORIS DISPVTATAE.

Vniuerſis medicis SYMON PISTORIS *ſalutem dicit.*

Cum nuper et iuſſu, et ordinatione Decani medicae facultatis quaeſtionem quandam collectam et examinatam diſputarem, concluſiones et correlaria ex ritu ſcholaſtici certaminis in auditorio publico florentis ſtudiis

m) Leg. *excorticatar.*

n) Noſter ſcrib. *ſirupp.*

o) i. e. *mucilagine.*

p) i. e. *conſolidatione.*

q) Rariſſimi ſunt iſti libelli eriſtici, quos SIMON PISTORIS contra MARTINVM POLLICH ſ. MELLERSTADIVM a patria ſua dictum ſcripſit, nunquam vidi, quos poſterior priori oppoſuit. Liceat ergo nominaſſe, quae de his compertum habeo.

1. SIMONIS PISTORIS *Poſitio de malo Franco*, Lipſ. ap. Marc. Brandt 1498. 4. (*Linden, Aſtruc, Haller, Hensler.*) Non vidi, ſed videtur auctor acriter in NICOL. LEONICENVM pugnaſſe.

2. MARTINI MELLERSTADII *Defenſio.* Nomen et habitum ignoro, ſed ſcripta videtur circiter a. 1499. cum IOANNES MANARDVS (Epiſt. Medicinal. L. II. Ep. I. p. 13. ſeq.) eam ſe a. 1500. accepiſſe teſtetur. Fortaſſe fuit eadem quam n. 4. memorandam duxi.

3. IOANNIS MANARDI *Ferrarienſis phyſici Mirandulani Epiſtola ad* MART. MELLERSTADT *Illuſtriſſ. Ducis Saxoniae, phyſicum, de erroribus* SYM. PISTORII *de Lyptzk circa morbum gallicum, Mirandolae* 1500. 4. (*Kall.*) Lipſ. eod. a. *Boerner.* Coniecit Cl. HENSLER, eſſe MANARDI Epiſtolam. Non liquet.

4. M. POLLICHII *Declaratio deuenſiua cuiusdam poſitionis de Morbo Franco per* PISTORIVM *diſputate*, Lipſ. 1500. 4. (*Boerner, Moehſen.*)

5. *Declaratio defenſiua cuiuſdā poſitionis de Malo Franco nuper* per *doctorem* SYMONEM PISTORIS *diſputate.* --- In calce: *Datum Lyptz anno M. quingenteſimo die menſis Januarii tercio.* 4. (*Linden, Aſtruc, Haller, Kall.*) Hanc manuſcriptam ab Cl. HENSLERO acceptam et collatam cum originali diligenter typis mandaui, ſed redundat ſcripturae compendiis, eſt difficilis intellectu et explicatu cum propter malam interpunctionem, tum propter abruptum dicendi genus, et vix digna, quae ad poſteros veniat. Nam vbique loquitur PISTORIS, vt veteranus practicus, medici iunioris et theoretici ſpretor.

6. *Reſponſio in ſupradictos errores* SYM. PISTORIS *de Malo Franco, per* MART. POLLICH. Lipſ. ap. Marc. Brandt 1501. 4. (*Linden, Aſtruc, Haller,* ſed hic titulum aliter ſcribit.)

7. *Confutatio conflatorum circa poſitionem quandam extraneam et puerilem Doctoris* MARTINI MELLERSTAD *de male franco nuper ventilatam in Gymnaſio Lipſienſi anno DI.* 4. (*Linden, Aſtruc, Boerner, Haller, Kall.*) cuius copiam debeo Cl. HENSLERO, ſed perobſcuram, reddo tamen, vtcunque potero.

8. (M. MELLERSTADII) *Reſponſio ad confutationem conflatorum circa poſitionem quandam extraneam et puerilem etc.* Lipſ. 1501. 4. (*Haller, Kall*). Intra haec ſcripta quidem lis conſtitiſſe videtur, etſi non omnis compoſita, quia ſub hoc tempore, miſſa Lipſia, archiatri Brandenburgici officium (*Ge. Fabric.* Annal. Vrb. Miſnae ad a. 1506.) PISTORIS ingreſſus eſt, et tunc ſcripſit germanicum l. *de peſte*, ſub hoc titulo.

Ein

ſtudii Lipſienſis diſputatiue ſuſtinerem, quidam r) impatientiſſime opponebat. Ego dum ex arte eum quidquam allaturum haud parum exſpectarem, tuli, (vti audiſtis,) vtique, nec pauca modeſte reuera, cum eum inuehendi et turbandi, quam docendi gratia magis adeſſe conſiderauiſſem, vocabuliſque multum intendere, neque inconueniens, ſapienti ſapientem ſuper veritate contradicere animaduertiſſem, immo ratione, non rixis diſputare debere, paucis et honeſtis (ni fallar) contradicebam, neque maius, quam mea poſitio ſuae contraria videretur, allegaret, eum nec Apollinem fore, cui contradicere non liceret, animaduerti, immo neque pro vero eum colendum ſtatuebam. Magis denique iuxta inſignem doctrinam Conſiliatoris differentia. C. LXXXVIII. *De verbo ſquinancia*, ſuam nomenclaturam parum aduerti. Inquit namque ille, nominum ſtudium rerum eſt negligentia, et pertinacibus medicis, quam ſtudioſis reor ea committenda. Magis audiat precor et noſtri GALIENI aptiſſima verba *primo de differentiis pulſuum*, dum inquit, nihil rurſus neque ſcrutarer, vtrum proprie, an improprie vocare vel permutare nomina, ſicut vtique agunt ſophiſtae. Superflua enim omnia haec et extra noſtram artem. Non enim nominum ſcientia, ſed rerum, neque eos, qui non nominant, bene ad medicos mittunt homines, ſed eos, qui ſanitate indigent. Et pariter *tertio tegni tractatu penultimo*.

Haec, ſi notiſſima recoluiſſet, ſatis ſe ſophiſtam agnoſceret. Suas qui viderunt quaſque poſitiones, quantum nominibus ipſe ſtuduerit, iudicent, oro. Grammaticorum haec ſunt. Quam profitemur ambo facultatem, altiora poſcere, neminem latere poteſt. Ex me veritatem ipſam ſi non velit accipere, maiorum ſaltemquae monſtrabo, ſententiis reuerenter ſumat. Nunc etiam, vt ante feci ſaepiſſime, ſuam cum mea poſitionem doctorum collegio vbiuis locorum offerre inſtantiſſime precor, in arte peritorum ſententiam admodum exſpectans.

Maximi et diuini illius PLATONIS in inſtitutione ſua *de legibus* doctrinam merito imitatus, cum inquit in omni republica cauere oportere, etc. ne cui liceat, quae compoſuerit, aut priuatim oſtendere, aut in vſum publicum edere, antequam ea conſtituti ſuper id iudices viderint, nec damnauerint. Vtinam hodie haec lex nedum in noſtra facultate, verum et aliis curatius obſeruaretur! Neque enim tam multi ſcriberent, verum nec tam pauci bonas litteras diſcerent, imperiti etiam cum peritis in ſtudiis promiſcue et impune non iudicarent, offenſas cum ceteris et odia ferrem minus. Haec modeſte, cuiusque praeter iniuriam. Semper namque contumeliis diſputantes, quoniam curſorum eſt, deteſtatus ſum, neque nunc res aliqua animum deſtituet meum. Sat de hoc. Ad rem propero.

PRIMA CONCLVSIO.

Nec veteres, nec iuniores medici ſub aliis capitulis morbum gallicum poſuerunt, quamquam eum poſtulas, anthimata aut alchumera epidimialia nuncupauerunt.

Quam iniurioſe contra meam concluſionem primam cauillatum eſt, liquido tuis ſcriptis claret. Velim vtique te ſic ad docendum promptum. Antiquiſſimorum nomina conquiſiſti, ex quibus nec diſcere, nec docere poteras, cum, vtite profiteri oportuit, ipſorum ſcripta non habentur. Noſtros ergo veteres audi, hortor, qui ſunt ex Graecis HYPPOCRATES, DIOSCORIDES, GALIENVS, PAVLLVS, ALEXANDER, ex Arabicis RASIS, HALIABAS, JOHANNES SERAPIONIS, BVLCASIS, AVICENNA, AVERROIS, ex Hebraeis YSAAC, RABI MOYSES, ex Latinis CASSINVS FELIX, PLINIVS, SIMON JANVENSIS. Hos vtique ad noſtram aetatem ſenes nemo dubitat. Juniores vero latine ſcripſerunt Itali plures et Galli multum cogniti, quorum probatiſſima praeceptione cum vniuerſitate medicorum docemus et operamur. Miror denique, ex tanto numero pro tua aeſtimata veritate neminem mihi obieciſti. Non vocabulis et raris nominibus inhiamus; Malo ad praeſens iudicari pius medicus, quam exactus grammaticus inſigniſque orator. Si capitulo quouis ſpeciali aut nomine ſpecifico morbum gallicum legiſti, monſtra in tertia particula ampheriſmorum. Peritis in arte hoc non monſtrabis. Tuus ne LEONICENUS q), quem ob verborum quandam copiam (vti conſueuiſti) ſolum amplectaris, te ſomniare faciet, caueas, cum nec ipſe, *quid ſit morbus gallicus*, hactenus dixerit, ſed quid non ſit, ſatis diſſeruit. Neque hoc tanti eſt. Ego autem tibi eum *epidimialem* dico *morbum*, hoc eſt, aduenientem. Nam epidimiales ſeu peſtilentiales hi ſunt, qui ex mutatione aeris aut aquarum, licet ab aere plus, quandoque in ſuis qualitatibus et quandoque in ſubſtantia, et ſic ab occulta proprietate venire dicuntur, et eo modo denominationem recipiunt.

Sed

Ein kurtz ſchon vnnd gar troſtlich regiment widder die die ſchweren vñ erſchrechlichē krancheit der peſtilentz. Durch den achtbaren hochgelahrtē herren Simon piſtoris doctor yn der artzney eylend begriffen, vnd dem Erbaren Rate zu Leiptzick yn ſeynem wegzyehen zugeſchrieben vnd gelaſſen: In calce: *Gedruckt vnd volendt zw Leyptzk durch Martinū landeſperg herbipolis, yn Beyweſen vnnd fleyſſiger auffſehung Magiſtri Georgii Schiltll, verlegt von Johann Wildenfelſs, Geſchehen nach Chriſti geburt. M. CCCCC. vñ ſechs jar. am lechtzen tag des Brachmondes.* 4. 2. plagg. (Bibl. Acad. Ienenſ.) HALLER, l. c. memorat. ed. ſecundam 1501. de qua dubito, RIVIN. habet ed. 1517. 4.

Ineſt deſcriptio eorum, quae in peſtilentia ſ. febre maligna fugienda vel facienda ſunt i. e. praecepta diaetetica et therapeutica, ſeculi moribus accommodata, nihil vero de lue gallica, vt Cl. HENSLER coniectabat.

Quod vero ad vitam vtriusque viri attinet fuit natus Lipſiae SIMON PISTORIS, patre medicinae profeſſore, ibidemque profeſſor medicinae et ciuitatis ſyndicus, ad finem ſeculi, ſtrenuus Arabiſtarum defenſor, hinc clariſſimus lite *de luis venereae natura* (v. *Eloy* Diction. T. III. p. 573.) quam cum MART. POLLICHIO acriter, ſubtiliter ac inciuiliter ſuſtinuit, tandem rixarum pertaeſus, factus a. 1500. archiater Electoris Brandenburg. *Joannis* (v. Geſchichte der Wiſſenſchaft in der Mark Brandenburg, beſonders der Arzneiwiſſenſchaft --- von D. *D. C. W. Moehſen*, Berlin bei Decker 1781. 4. S. 335.) academiam Francofurtanam inſtituendam curauit, eamque tunc demum dereliquit, vbi POLLICHIVM, archiatrum Electoris Saxoniae, Lipſiam cum Viteberga commutaſſe cognouerat. Celebrior fama MARTINI POLLICHII ſ. MELLERSTADII eſt (v. *Frid. Boerneri* De Vita et Meritis *Mart. Pollichii Mellerſtadii* primi in acad. Witebergenſi Rect. Magnifici et Prof. Med. Commentatio, Wolfenbüttel. 1751. 4. recuſ. in Eiusd. *Noct. Guelphic.* Roſtock et Wismar. 1755. n. 4. p. 81. et *Melch. Adami* Vitae Medicor. Heidelb. 1620. p. 6.) Natus Mellerſtadii, oppido Franconiae, vnde nomen alterum ex more ſeculi tulit, albo academiae Lipſienſis a. 1470. inſcriptus, creatus Medicinae doctor circa a. 1487. et nominatus profeſſor extraordinarius, comes itineris, quod a. 1493. FRIDERICVS III. cum CHRISTOPHORO, Bauariae Duce, religionis cauſa in Palaeſtinam ſuſcepit, eique auctor et ſuaſor erigendae academiae Vitebergenſis a. 1502. primus ibidem rector, primus creatus theol. doctor et medicinae profeſſor, tandem meritis grauis, morbis et ſenio fractus d. 27. Decembr. 1513. placide diem ſuum obiit. Dicit eum *Vochs* (*L. de Peſtilent. p. 3. perdoctum et illuſtrem Dominum. M. M. in theoretica medicina virum exellentiſſimum.* Fuit etiam ſocietatis Rhenanae (v. *Ruprecht* Or. de Societ. Litterar. a *Conr. Celte* inſtitutae, Ienae 1752.) ſodalis, et ob praeclaram eruditionem dictus *lux mundi.* Cauſam litis exhibuit *Nicol. Leonicenus*, l. *de epidemia, quam vulgo morbum Gallicum vocant, Venet.* 1497. 4. quem diſcipulis ſuis commendauit, ſtabilitam opinionem POLLICHIVS defendit, PISTORIS negauit. Quibns hoc argumentis fecerit, diſputare amplius non licet. Eius cura etiam prodiit *Anathomia Mundini emendata per Mart. Pollichium, Mellerſtat. acc. Gentilis de Fulgineo additio, quae eſt reprobatio aliquorum dictorum Mundini in Anathomia praeſcripta, Lipſ.* 1505. 4.

q) i. e. *Pollichius.*

r) Liceat hic primas eius l. *de morbo gallico*, editiones nominare. 1. *Nicolai Leoniceni vincentini in librum de Epidemia quam Itali morbum gallicū vocant. Ad illuſtrem virum Joannem franciſcū Mirandulenſem, concordie comitem*, in 4. ſ. l. et a. et pagg. (*Rivin.*) Hanc principem habeo partim ob ſcripturae characterem, partim propter defectum litterarum initialium et vocum graecarum, quippe ſerior manus ſpatio vacuo eas inſeruit. Conſtat. 23 plagg.

2. *Liber de Epidemia, quam uulgo morbum Gallicum uocant.* --- In fine: *Venetiis, In domo Aldi Manutii. Menſe Iunio.* M. III, D. 4. (*Platner*). Poſthaec ſequuntur quaedam *corrigenda.* Editio nitida, ſine paginis expreſſa, quae in textu refert voces graecas. Conſtat. 29 plagg. In vtraque, cum in bibliotheca noſtra ſit et peirdligenter inſpecta, nullum aliud nomen inuenitnr.

3. *Liber de epidimia, quam Itali morbum Gallicum, Galli vero Neapolitanum vocant, Venet.* 1497. 4. (*Haller*). Non vidi. Puto eandem cum praecedenti eſſe, atque poſteriores voces ſuperadditas.

4. *Liber de epidimia ſine broſſulis.* ---- In fine: *Impreſſus Mediolani per magiſtrum Guil. Signerre Rothomagenſem. Impenſa magiſtri Ioannis de Leguano* 1497. *die IIII. menſ. Julii.* (*Hensler.* Bibl. Garell. Vindob.) Videtur eſſe ab Manutiana repetita, addita voce, *ſine broſſulis.*

5. *De morbo gallico liber. Papiae, apud Bernhardinum de Garaldis,* 1506. f. (*Linden*). Sed de hac ceteriſque edd. nihil iam ſtatuo. Id vero certum eſt, textum LEONICENI, vt SEBAST. AQVILANI aliorumque virorum, in *Coll. Luiſ.* mire deprauatum et immutatum fuiſſe pro lubitu.

Sed forte oblitus es aut non cogitaſti illud Avicennae *ſedecima tertii*, quod colica aliqua peſtilentialis poteſt nuncupari, dicens, *quamquam colica et ileos accidunt ſecundum ſemitam accidentiae aegritudinum peſtilentialium aduenientium, et perueniunt de regione in regione, de homine in hominem, ſicut pleureſis, diſſinteria, aliquando fiunt epidimiales.* Debuiſſes vtique animaduertiſſe, ſi ſaltem probatos antiquos audiſſes aut legeres, quod cura peſtis variatur ſecundum diuerſitatem humorum infectorum. Si namque ſanguis inficitur, accidentia habent ſimilia ſynochae, ſi colera, cauſonidi. Similiter de flegmate et melancolica, quae febres ab aliis differunt per additionem malae qualitatis venenoſae, et ita *peſtilentiales* aut *epidimiales febres* recte nuncupantur. Similiter et apoſtemata peſtis tempore glanduloſae, bubo, bothor etc. recipiunt denominationem *epidimiales*.

Quaero ergo a modice etiam in arte perito, an aliud habet capitulum vel nomen haec colica, quando colica epidimialis dicatur febris pariter peſtilentialis, et bothor, aut bubo peſtilentiale?

Sic et in praeſenti ſentio, *morbum gallicum. nunc puſtulas epidimiales, exanthimata vel athumera epidimialia debere nuncupari, et ſic ſecundum ſui diuerſitatem, quam videmus, diuerſimode etiam oportere curari*, multa adducerem. Taedet denique in re tam vulgata in arte commentari. Vis pariter, vt mihi videor coniicere, abſit, ne dicam, ſomniare. Fefellit vtique tua coniectura, cum Rasim *libro diuiſionum cap. vltimo* velle per ambulantes variolas *alhumera* intelligere putaſti. Recolebas me, quod apoſtema ambulans eſt ex materia ſubtili, colerica leuiſſima, vt *formica, quod non eſt alhumera*, cum ex groſſiori et melancolico ſanguine fit. Velimus, tu quidem minus res ſono probares, et ſaperes certe melius.

CIRCA CORRELARIVM PRIMVM.

Cum male morigeratum in humoribus, febribus et aliis dicatur, improprie male francum eo nomine appellatur.

Exclamare te delectabat. Non meminiſti Galieni, vbi ipſe denominatione febri, vlceribus et aliis morbis *male morigeratum* tribuit, quem imitando dixi *improprie, non ſpecifice morbum gallicum* ſic *poſſe nominari*. Neque obſtat de albedine cigni, quod obieciſti, verum meam firmat intentionem. Quis namque puer ambigit album ſpecifice cignum non ſignificare, denominatiue potius eo, quod conueniant criſtallo et niui? Pariter nec male morigeratum, cum multis accidat morbis, huic eſſe non poterit ſpecificum et proprium vocabulum. Putas autem, cunctis placere magis, ſi verbis comptis altricetur. Reuera tibi ſophiſtae nomen aperte vendicas.

CIRCA CORRELARIVM SECVNDVM.

Qui ſimpliciter malum francum elephantyaſim, ſaphati, alhumera aut puſtulas dicunt, male de morbis talibus epidimialibus ſentiunt.

Me *cum ceteris, qui morbum gallicum ſaphati nuncupauerunt*, contumeliis afficere voluiſti, ſed an perite ſatis hoc feceris, quantum *Saphati* antiquorum doctrina huic morbo ſimiletur, audi. Eius namque quatuor ſpecies dixerunt. Prima *ſaphati humida*, et ſi ad corroſionem venerit, et *ſerengi* dicebant. Praeterea et altera, apoſtemata faciens propter materiam groſſiorem parum groſſiora et ſolida magis; cui ſi miſcetur melancolicus humor, *ſaphati ſicca* nuncupatur. Et ſi adhuc in materia maior aduſtio vel malitia acquiritur, proueniet ſpecies tertia, *baltzati* nuncupata. Demum et quarta ſpecies *alphatim* dicta, ex materia melancolica homogenia materiei varicum. *Talem* etiam *diuerſitatem et apparentiam* certe et non *medicus in morbo currente etiam ad ſenſum conſpicit*, et ſi ſenſum forte negare auſus fueris, medicos, non modo philoſophos tantum legito, et capies.

Quod etiam *is morbus elephantiaſi*, quae eſt leprae ſpecies, *ſimiletur*, claret, quoniam elephantiam patientes habent numeroſam apoſtematum multitudinem, quae aliquando magnitudine nucis muſcatae excedunt, quandoque grano fabae ſimulantur cum duritie notabili et colore rubeo et obſcuro, et corrumpuntur puſtulae et circumſtantes partes, a quibus emittunt ſaniem et virus, et magnificantur extrema,

Aphrodiſiac.

et incipit aliquando corruptio ſubſtantialis in digitis. Qua re, heus! nimis ei ſimilatur. Quod autem *epidimiale* addiderimus, male exprobras, cum et tu ipſe poſueris, *morbum gallicum epidimicum fore*, quaſi dixiſſe poenitet, vt contra dicendi habeas opportunitatem. Audi doctores, quibus teſtantibus, morbum etiam alium, quam *ſaphati*, ſic *poſſe epidimicum fieri* monſtraui, puta, colicam vel diſſinteriam. Neque ſe habet epidimiale in arte noſtra, ſicut nominale in logica, ſed quodcunque tu cogitas, ſatis reris veritati conſonum, quam plurimis etiam et maximis autorum ſententiis non attentis, tuum extollis ingenium, neque pro vertiate rationem dignaris accipere.

CIRCA CONCLVSIONEM SECVNDAM.

Inter multos morbos, ex mutatione aeris in qualitatibus cauſatos, ab Hypocrate *tertia particula amphoriſmorum poſitos, praeſens male numeratur, quamuis leprae plus, quam alii morbo, in diſpoſitione et materia, quae ſolum eſt atra bilis, et nunquam pituita, aſſimilatur.*

Effrenata nimis profecto tua eſt audacia, cum nos Hypocratem male numeraſſe hunc morbum *tertia particula* dixeras, cum aperte et ſaepe dixerimus eum ibi nec velle comprehendere. Reuera, quis Hypocras fuerit, longe, quam tu ſcires, (pace, quod ita loquor) noui. An et longiori ſtudio eum ſecuti? Non coniecturas aut minus fundatas opiniones eidem volo aſſignare. Nonne amphoriſmus ille morbos aeſtiuos ex temporum mutatione vicem aeſtatis maxime continet? Quae ſecus fiunt, ſaepe et parum durant, vt puta aeſtate putredines circa pudenda aut vlcerationes. Tales enim ſolum ex colera defluente cauſantur, neque a melancolia et aduſta ſeu corrupta materia. Immo ſtatim ſeu cito euaneſcunt et curantur.

An ſic de malo franco agatur, palam eſt. Cum poſt multas temporum reuolutiones accidat aeſtate et hieme diutiſſime durans, palam haec ſunt, Non deberes vtique Hypocratem, quem recte laudas, tuis facillimis coniecturis inquinare. Cum etiam in eadem concluſione *morbum iſtum leprae ſimilari* dixi, tu inuerecunde me lepram eſſe dixiſſe aſſeueras. Deceret vtique conſideratius loqui. Anne ſatis reuera nimis ſimiletur leprae, quaero, cum *puſtulas, nodoſitates, ex materia melancolica acquirat, difformitatem maximam hominibus inferens, heu, nimis*? Quot inter leproſos poſiti iſti ex morbo reperiuntur? Etſi cauſam ab aere contrahat, intrinſecum tamen aliquem humorem requirit, ſicut peſtis, vt communiter, quorum morborum naturam tum parum attendiſti. Neque Avicennam conſideraſti, dum inquit, *quod melancolia, ſi putrefiat, febrem facit, ſi autem conculcatur, lepram.* Non obſtat ergo, ſi in lepra ſemper non fiunt putredines, tamen aliquando, immo ſi cancer vlceratur, particulariter fit putredo. *Pariter et in malo franco in principio dura et ſicca ſunt apoſtemata, et aliquando putrefiunt, et ſaniem faciunt.* Sed non miror, ſi tu, qui multorum in medicina peritiſſimorum etiam ſententias rodis, tuis coniecturis fallaris. Anne magis in materia, diſpoſitione et cura leprae ſimiletur, quam pituitae, cogita. Quis namque ex flegmate ſic dura apoſtemata reperit? Verum pruritum et ſcabiem magis cauſat. Tuos, ſi quos habes, patientes ex libro *de humorum multitudine* cura, ego capitulum *de lepra* legam, et non opinione ſingulari hominum corpora perdemus.

CIRCA CORRELARIVM PRIMVM.

Etſi qualitas manifeſta aliquid in talium morborum generatione operatur, non tamen cauſſa ſufficiens eorundem aſſignatur.

Preſſorem hic culpas. Sit, quodcunque per malam, quam voluiſti, manifeſtam intelligere, cum calidum et humidum exprimas, quae manifeſtae ſunt qualitates. Ego autem dico, qualitatem manifeſtam aliquid cooperari ad talium morborum generationem, ſed non eſt ſufficiens cauſa, ſicut tu dicis, cum ex qualitate calida et humida hunc procedere morbum poſueris. Quare per hoc parum euaſiſti. Sed aerem rem non naturalem eſſe, mihi obiicis. Quantum hoc, et nouicii in noſtra arte norunt, rem nonnaturalem alteratam aut male applicatam aegritudinem poſſe cauſare. Licet ergo hae qualitates manifeſtae concurrant,

ſuffi-

ſufficiunt denique minime, ſed ſupereſt fortior *ex caelo diſpoſitio*, quae occulta dicitur, quam etiam ad ſufficientiam requiri volo, non cauſalitatem primae cauſae, in quam omnia reducere leuiter potes. Non ſolemus ſacramenti modum in medicina allegare, de quo obiecisti, qualitas ſcilicet illa, *epidimicos*, *ſicut hic eſt morbus*, *cauſans*. Non enim, ſicut cauſon aut huiusmodi ex calore, humiditate aut ſiccitate ſolum proceſſit, ſed non expreſſi concauſam illam per diſſimile, puta, hominis diffinitionem cauſſaris. Satis tamen in ſequentibus poſitionibus meis tibi, ſi vis agnoſcere, eam exprimam. Non commentari me ſuperuacue dilectat.

CIRCA CORRELARIVM SECVNDVM CONCLVSIONIS SECVNDAE.

Quamquam morbi ex mutatione aeris in qualitatibus epidimiales dicuntur, non tamen ex hoc recte peſtiferi nuncupantur.

More tuo de nominibus latiſſime hic contendebas. De re ipſa mihi cura ſemper fuit, quam capere poſſes. Aduerte, quam epidimia longe ſit communior, quam peſtilentia, cum epidimia quaedam ſit peſtilentialis, alia vero minime, iuxta ſententiam commentatoris libri epidimiarum. Sunt ergo morbi particula tertia epidimiales, peſtilentiales vero minime. Nam peſtilentialis morbus ſecundum GALIENVM *libro de tyriaca ad Caeſarem* venenoſitati animalium ſimilatur, et peſtilentia, vt dicit HALIABAS et commentator libri epidimiarum. Haec eſt, quae ſubito et non paulatixe vadit, multis hominibus ingruens, non brutis et eſt multiplex, quoniam multi morbi epidimiales ſunt peſtiferi, vt febris, puſtula, bubo, membrorum infectio, quemadmodum GALIENVS auctoritate HIPOCRATIS *de differentiis febrium* recitauit. Et ex hoc genere etiam variolae et morbilli reponuntur et colirica, quamquam hoc genere procedit. *Quam varietatem plane in morbo currente cernimus. Quapropter malum francum peſtem et venenum participare, non male intendebam.* Morbi autem tertia particula numerati, mutationem ſequuntur aeris in ſua natura, praeter extranei veneni conditionem, quam diuerſitatem, tua nomeclatura intentus, male conſideraſti.

CIRCA CONCLVSIONEM TERTIAM.

Morbus iam currens et ceteri peſtiferi, ex formis caeli cauſati, non immediate ex vniuerſali cauſa et caeleſti ſine particulari et terreſtri ſunt generati.

Per varia hic contentioſe vagaris, parum autem probaſti. Qua re ego minus oblector, ſed paucis audi. Quae theologorum de peſte ſit ſententia, nunc, vt alienum, praetereo. Quae enim noſtra ſunt, proſequor. Aſtronomorum etiam doctrinam, vt eius artis apoſtata, ſtomachando refutas ipſe. Noſtros autem maiores cum rationibus produco, quod non eſt ad aſtra fugere. Nolo etiam (tuo more) alienum in arte allegare. PICVM affers, qui medicinam neque didicit, neque, quantum ſatis eſt, nouit. AVICENNAM et principem noſtrum audi, qui cum ceteris famoſis peſtem duplicem habere cauſam edixit, vniuerſalem, puto, caeleſtem, quemadmodum luminarium eclipſes coniunctiones magnas. Facta enim coniunctione ponderoſorum in geminis, fuit magna mortalitas. Similiter coniunctio et oppoſitio magna in triplicitate aquea, ex quibus plurimum et inundationes accidunt, propter quod ex viſceribus terrae vapores eleuantur plurimi, quibus aer mixtus in ſubſtantia ſua corrumpitur ſeu putreſit, et peſtem cauſat. Praeterea et particulares cauſae concurrunt. Nam iuxta GALIENI ſententiam *primo de differentiis febrium* multitudo corporum mortuorum, ſtagnorum euaporationes aut huiusmodi, faciunt aerem corruptum. Quem ergo latere poteſt ex praemiſſis AVICENNAM ſentire, ex formis caeleſtibus prodire peſtem, concurrentibus denique et cauſis particularibus? Et ſi AVICENNA dicat, quod aſſignare cauſas dierum creticorum ex parte lunae ſit transgreſſio, non concludit per hoc, peſtem caeleſtem cauſam non habere, immo neque a criſi caeleſtem cauſam excludebat. Nam ſi medicus caeleſtem cauſam ſcire non teneatur, haud parum denique enim iuuat. Hinc eſt, noſter GALIENVS aperte dixerit iuxta teſtimonium CASSII *decimo nono Continentis*: „Hoc expertus ſum magno ſtudio, et inueni verum, „quia quando luna eſt cum fortuna in diebus creticis, erunt illi dies boni.„ Immo et AVICENNA, ſuper quem nec alium reperies, dicebat *ſecunda quarti*, quod aegritudinum, quae proueniunt in temporibus, et vltra menſem numerantur, ex ſole tamen in hac menſuratione et experientia eſt ambiguitas. Nam multiplicatur occupatio cum hoc ſuper naturalem, et non impedit ſuper medicum, vbi tu nominibus intentus textum vel corruptum, vel verum male vidiſti. Nam affirmatiuam pro negatiua ponebas. Nolo verbis altricari profeſſioni tuae propter honorem parcens. Rem ipſam proſequor. Nam etſi peſti caeleſtem adſignare cauſam transgreſſionem habeat artis, ob id multum conferre medico non negatur, immo confert, cum etiam AVICENNA dixerit, quasdam fore aeris mutationes naturales, alias naturae contrarias, reliquas vero nonnaturales, neque extra naturam. Mutationes namque epidimiam cauſantes ſunt naturali contrariae curſui. Per haec enim AVICENNA nusquam negat peſtem ex formis caeli poſſe prodire. Claret liquido *prima quarti de febre peſtilentiali*. Mutatio denique aeris nonnaturalis non tamen extra naturam pariter cauſam habet caeleſtem et terreſtrem, vti ibidem patuit. Agens namque vniuerſale caelum ſeu caeli eſt influentia, mediantibus terreis vaporibus et aqueis mixtis, tanquam agente particulari. Nec parum erronee calidum et humidum aeris ſubſtantiam afferuiſti. Immo poteſt aer in ſui ſubſtantia putrefieri absque manifeſta aliqua alteratione qualitatis eius, calidi ſcilicet et humidi. AVICENNA namque eum conſiderantibus apertiſſime dixit, cauſa eſt ex formis caeli, neceſſario faciens illud. Anne ad caeleſtem referat, verba eius intelligens iudicet: De vniuerſali peſte intelligimus, neque ignoramus, particularem diuerſimode poſſe cauſari, cadauerum puta foetore et flatu venti deferentis. Radix autem ſuperior per ſe ſit generationis cauſa, per accidens autem, mediantibus peregrinis impreſſionibus et aliis mediis, corruptionem cauſare, non eſt occultum. Immo aer eſt vniuerſalis cauſa, quemadmodum monſtrat coniunctio ponderoſorum in triplicitate aquea, per inundationes aeri vapores miſcens. Qua putredine cauſata, vniuerſalem peſtem cauſat. Verum veritate victus, in tuo commento ſatis conſenſiſti. Alterum etiam PICVM pro teſtimonio rei adducebas.

CIRCA CORRELARIVM PRIMVM EIVSDEM CONCLVSIONIS.

Si cauſa vniuerſalis caeleſtis ſufficeret ad talium morborum generationem, in omnibus locis ſimul et aequaliter vno tempore videremus operationem.

Omnibus pro *plurimis* preſſum comperio. Volebas autem vtique aliquid adducere, neque valuiſti meam intentionem vulgatiſſimam dinoſcere. Si namque peſtis ſola influentia vniuerſali cauſaretur, nulla concurrente particulari cauſa, inſtantanee quaſi fieret, ſicut ortus ſolis vnam et eandem latitudinem et longitudinem habentibus, cuius contrarium apertiſſime conſtat. Videmus enim ſucceſſionem de regione in regionem in peſte et morbo currente propter particularium cauſarum interuentum. Namque latio ſolis prius noctem quartum clima habitantibus facit, quam ſextum vel ſeptimum. Cauſat namque diuerſitatem latitudinum varietas, quantum autem ex parte caeli aequaliter fieret. Sed latitudo eſt vna de terreſtribus cauſis, ſecunda primi. Quare planum eſt, inferiora concurrere, neque caelum ſolum haec cauſare, quod falſo quidam aſtronomi aſſerere conati ſunt. Medici vero aliter ſentiunt.

Quod mihi obiicis de ſpontaneis, parum eſt, cum materia elementalis virtus actiua paſſiuaque in eis contenta particularis agentis vicem ibi teneat. Satis ergo claret, ſine elementali materia peſtem nusquam fieri, quod et ego intendebam pariter, et philoſophorum ſcholae clamitant.

CIRCA CORRELARIVM EIVSDEM CONCLVSIONIS.

Male francum non ex aeris in caliditate et humiditate mutatione ſolum procedit, ſed ex quadam in aere occulta proprietate homines laedit.

Cum oſtenderem, malum francum habere cauſam quandam malinolam et incognitam etiam medico, in quantum talis et vltra morbos aeſtiuos tertia par-

particula numeratos, quoniam hi ſaepe fiunt, et cito pereunt, vti antea oſtendi. Tu contradicere poſſes, apertam veritatem illaniatam ferre haud potuiſti. Aperte namque teſtatus eſt Avicenna *tertia primi doctrina quinta capitulo ſingulari* dicens: *Multotiens quoque eſt principium corruptionis aeris ab ipſo aere praeter illud, quod ei aduenit ex corruptione vicinantium aerum aut propter rem caeleſtem, cuius qualitas non eſt hominibus cognita.* Quem latere poteſt medicum, praeter qualitates manifeſtas aliquam occultam cauſam in iſto morbo reperiri, cuius ratione difficillima accidentia emergunt, et cura fere periculoſiſſima? Sed quid ars iuuat, ſi ſenſum etiam forte negare conaris? Quid plura? Neque morbi diffinitionem ſatis conſideraſti cum dicis, eum eſſe diſpoſitionem non naturalem. Res namque non naturales ſex ſunt, ſecunda primi. morbus autem res vel diſpoſitio praeter naturam recte dici ſolet a medicis. Tu autem praeter medicorum ſententias tuam ſolum effers, et ſi in philoſophia publica ſic ſonet, medica autem, licet ei ſubalternata eſt, tamen ſuis propriis vtitur terminis et principiis. Quare neceſſario vtique conſultum arbitror iuxta ſententiam Rasis *quarto Almanſoris*, nullum ſe debere operi medicinae expendere, niſi ſtudium in ea compleuerit, et praeceptores in ea famoſiſſimos audierit, et eis conuerſatus fuerit. Etiam *primo creticorum*, medicus non poteſt eſſe perfectus, niſi exercitatus. Nullus enim, quantumcunque ſtudioſus, in actum curationis exire praeſumat niſi prius curare viderit. Tu autem, cum medicinam profitearis, quantum haec feceris, tuo relinquo iudicio.

CIRCA CONCLVSIONEM IMPERTINENTEM.

Licet aſtronomia pars medicinae non dicatur, multum tamen medico vtilis, immo neceſſaria, vt conſiliator refert, comprobatur.

Picvm tuum ſuper omnes fers homines, quia aliorum doctrinam tanto ſtudio non audiſti. Nos aſtronomiam et aſtrologiam iuxta ſententiam Ptolomaei, primi omnium aſtronomorum, *quarto quadripartiti* pro vna ad praeſens ſumimus ſcientiam, licet vna partium dicatur quantitatum, figurarum, motuum et ordinationum caeleſtium corporum, altera vero iudicatiua, in quantum aſtronomia lex eſt vel ratio figuras caeleſtes et motus in ſe et effectibus vniuerſaliter conſiderans. Quam vtique ſententiam, et quadruuiae partem, te haud negaturum credimus. Medicinae autem anne habitum perficiat, auſculta. Quam a parte noſter (quem recte admirabilem dixiſti) Hypocras loquatur *libro tertio de regionibus*, cum inquit: *Qui vero ea, quae de re altiſſima tractamus, rata tenent, et credunt, et norunt, aſtronomiam medicinae non minimam partem eſſe.* Praeterea et medicorum princeps, Galienvs, *tertio creticorum* dixit. *Ego redeo ad rem, quam conſideraui cum ſtudio et perſcrutatione vehementi, et inueni eam certam et veram, quae non perit, et eſt res, quam inuenerunt aſtrologi Aegyptii. Ecce aſtrologiam* ſcilicet, quod luna ſignificat ſuper dies, qualis eſt diſpoſitio hominis in aegritudine ſua etc. Etiam *primo de ingenio ſanitatis contra Theſſillum.* Voluit enim, medicum non ſolum medicinalia noſcere debere, ſed et dialecticam, arithmeticam, aſtronomiam, immo et quadruuium. Et iterum Haliabas in *principio libri* ſui, oportere medicum in ſeptem artibus liberalibus magiſtrum fore, decernebat. Etiam Avicenna *primo ſecunda*, vbi probat, temperantiam aeris fore ſub aequatore diei, et quoniam maior caliditas eſt habitantibus ſub tropicis, quam ſub nodis librae et arietis, quae medici ſine aſtronomia vtique non intelligent. Praeterea *prima quarti capitulo de peſte*, vt patuit ante, ſcribitur, ex formis caeli neceſſario facientibus illud peſtis cauſatur. Et ſimiliter *primo cantice tractatu ſecundo* Avicenna dicit, ſi etiam ſtellae, quae dicuntur infortunae, fuerint in exaltatione ſua, ſignificabunt ſuper corruptionem animatorum.

Haec et quam plurima tu, qui praeterire laboras, vel qui non plane intelligis, temerarie auſus es dicere, Avicennam non verbum quidem de aſtronomia hiſcere. O quanta viri audacia, qui non modo haec dicere, verum preſſa in manus omnium tradere praeſumebat! Et recte quidem ille *Alexandrinus ſuper ſexto libro Epidimiarum* dicit, *periodo namque caeleſtium corporum ordinantur et reguntur haec inferiora, ideoque oportet nos de his ſcientiam certam habere, vt non videamur eſſe peiores piſtoribus.* Sed quid multa? Nemo praeter te (tua ſaltem ſententia) ſapit vnquam. Petrvm de Abdano vnico in paſſu carpere ſatagis, cuius ſcripta cuncti cum admiratione legunt et laudant. Vis emendare vnum probleuma, cum ipſe omnia Aristotelis praeter etiam noſtram intelligentiam mirum in modum elucidauerit. Neque tamen iſto in paſſu minus conſonat vero, quam tua opinio. Satis putamus, etiam peritum quemque agnoſcere medico vtilem et neceſſariam aſtronomiam, neceſſario conditionatiue dicto, vt condiſtinctam, denique ſcientiam, non vt partem volo, immo etiam vt promiſſum eſt, ceterae conducunt artes, Avicenna autem noſter dixerit. Quod ſi quid additum eſt incomprehenſibile iuxta ſententiam doctorum de parte medicinae, intelligere debuiſti, quoniam in medicorum libris exprimi non potuit. Sed medicorum ingeniis talia relicta ſunt, vt puta doſim dare cuilibet homini, in quo gradu quaeuis medicina cuique optanda. Calamo quis exprimeret? Immo haec incomprehenſibilia, nec parum theorice in cauſarum aegritudinum et dierum creticorum et aliorum cognitione ſeruit, et ſi medicina naturali ſolum ſubalternetur vera ſubalternatione. Oportet denique medicum perfectum alia multa diſcere, et indagare, ſicut vulnera rotunda difficilioris curae ageometra, et confert his ſimilia et non pauca. Practice etiam plurimum confert. Nam quis bene vret, purgabit, venam incidet, ſi ignorauerit aſpectus et influentias, ſi ſaltem fidelis ſit medicus. Nam in geminis fleubotomatum in brachiis, mutilatum palam conſtat. Verum chirurgici haec norunt apertiſſime.

CORRELARIVM FINALE.

Medici poſſunt ex aegritudinibus ventura pronoſticare, ſimiliter aſtrologus ex aſtris futura praedicare.

Non aduertiſti plane, nos intendere particularia futura in ſe ab intellectu non cognoſci, nihil tamen ex ſignis et cauſis eorum hoc fieri prohibet. Ita namque medicorum ſummus *primo pronoſticorum* dicebat, medicus regulis prudentum adeo ſe muniat, vt in ſingulis valetudinibus praeſentia, praeterita et futura agnoſcat, et aegro reuelet, quae de ſe ipſo minime praeſumſerat. Hic enim finis laudabilis exiſtit, cum actor futura in ſingulis perpendit. An Hypocras nobis diſſentiat, animaduertiſſes merito. Quantum virtus conſtans, mens ſana, deſiderium cibi conueniens, ſigna digeſtionis et horum ſimilia poſſunt de futuris medicum certificare, ſcholaribus vulgatum eſt. Praeterea capitis vertigo, ſcotomia, tremor aut ſtupor manuum in ſene appolexiam futuram praedicant. Pariter et Galienvs de allato teſtatur futuram ptiſim. Etiam Avicenna *tertia primi* docet ſuccurrere accidentibus, quae futuras aegritudines pronoſticant. Pari modo etiam intendo aſtronomos per eclipſes coniunctiones magnas, per triplicitates ſuas et certas annorum reuolutiones peſtes, inundationes, cariſtias et quam plurima praedicant. Notiſſima ſunt haec Nolo denique quantum ad iudicia, in omnibus particularibus aſtronomiam ſemper veritatem habere, vti in electionibus, quaeſtionibus et iudiciis hominum particularibus, nec intendo in cauſis vniuerſalibus ordinatis aut particularibus accidentaliter ſubordinatis neceſſario ſemper et ſati ratione ſingula venire. Immo philoſophus haec negat, ſed quam plura neceſſaria et ſemper, reliqua vero vtplurimum, et aliquando contingent, in quantum ex cauſis procedunt, vti promiſſum eſt de medico.

Sic et cometam, et alia pronoſticamus. Tu autem, ſi imperitia tua ſeductus grauius in ea forte aliquot annis, cum praecipuus eſſe in arte volebas, erraviſti, non debuiſti ob id artem ſic deteſtari. Latiſſime per theologos hic commentaris. Reuera ea in re, vbi perſuaſionibus et autoribus diſceptatur, admodum ſemper valuiſti. Noſtris in ſcholis parum haec ſunt. Nam longe plus norunt aſtronomi de caelo, quam tu de deo monſtras. Nam norunt ſtellas primae et ſecundae magnitudinis, Zodiaci ſigna, ſeptem planetas ſuis in ſphaeris, et circulis eccentricis, et epicyclis, theologiſantes autem non, quantum ſinapis granum monſtrare poſſunt. Gvido ipſe Bonatvs ſuo in opuſculo dicebat. Nec tamen, vt aſſeris, aſtronomia theologiae aduerſa eſt. Paria poſſumus quam plurima adducere. Nam apoſtolus ipſe inuiſibilia dei a creatura mundi per ea, quae facta ſunt,

ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſempiterna quoque eius virtus et diuitiae. Nam inter viſibiles creaturas caeleſtia corpora, de quibus aſtronomia ſua magnitudine et multitudine ſuorumque motuum et influentiarum mira varietate variaque virtute in dei cognitionem et admirationem maxime nos ducunt. Quare ſcriptum eſt: *Caeli enarrant gloriam dei, et opera manuum eius enunciant firmamentum.* Nec inepte ob id aſtronomiam naturalem theologiam quis dixerit. Quod namque lumine fidei credentibus praeſtat? Recte ſapientibus per effectus et motus aſtronomia monſtrabit, quapropter zelo, et fidei, et ſcientiae eam deteſtari tamen non poſſum. His vale et gaude.

Titulus autem quaeſtionis fuit talis.

Vtrum morbus iam currens, malum francum appellatus, non proprie male morigeratum dictus, ex mutatione aeris in qualitatibus manifeſtis, puta calido et humido, aut occulta in aere proprietate ſit cauſatus.

His ego Magiſter SYMON PISTORIS, Medicinae doctor, virum quemque modeſtum atteſtor, hac mea poſitione ſi calumnias meruerim, ſemper vtique maiorum ſententias imitatus, minus dicebam. Cenſorem etiam quemuis peritum affectu amplo expoſco, imprimis denique Vos, dominum Magiſtrum IOHANNEM LANTZSPERGK *t*), Medicinae Doctorem et eiusdem facultatis Decanum benignum, cum ceteris collegis oro, ſi quid emendandum aut viri cuiusquam boni diffamatiuum verbum reperiatur, abradatis. Pariter per vos in opuſculo, contra me per Doctorem MARTINVM MELLERSTADT edito, equidem fieri poſſe iuſtiſſime, probabile, aut quidquam in conuitium aut diffamationem non tendens poſuerit, animo modeſto ferre nusquam recuſaui.

Datum Liptzk anno milleſimo quingenteſimo die menſis Januarii tertio.

CONFVTATIO *u*)

CONFLATORVM CIRCA POSITIONEM QVANDAM EXTRANEAM ET PVERILEM DOCTORIS MARTINI MELLERSTADT DE MALEFRANCO NVPER VENTILATAM IN GYMNASIO LIPSIENSI ANNO DI.

ARTIS MEDICAE PERITIS

VBIVIS LOCORVM

SIMON PISTORIS

Salutem dicit.

Quis ignorat, doctiſſimi viri, pro republica maiores haud mediocres contumelias pertuliſſe inſignes? Ille SOCRATES, ARISTOPHANE blande fícteque loquente, toxico periit. Eloquentiae et ipſe pater, CICERO, perfidiſſimo ab homine, POPILIO ingrato, detruncatus eſt. Reuera, vt par eſt, ſuperborum ſemper ampliſſima audacia exſtiterat. Nemo mirari debet, ſi et mihi, in re litteraria ſtudioſe frequentius decertanti, homines leuiores aduerſa moliuntur. Negare non poſſum, pro litterarum peritia diſceptari oportere, verum admodum commendarem, reproborum dum malitia cohiberetur. Qua denique tum laceſſitus, tum prouocatus omnem praeter aequitatem et honeſti viri officium ſim iniuria, palam eſt. Quo me vertam, viri humaniores? Conuiciari velim? Nemo perſuadebit vnquam. Abiectorum hunc morem ſemper cognoui. Contumelias ferre, flagitioſum reputo. Effrena denique aduerſant, tam eſt ambitio virtus nulla, quae eam vincere queat, vt leuiori cedere, quam vilior nunc fieri malim. Agnoſcite perperam, etſi plura confingantur, animo tamen modeſtiore (quo fieri poterit) me reſponſurum reperiet. Curſorum more conuiciis et prorſus alienis nusquam diſputaui. Dum vero ex medicina, auctoritate et rationibus produxerim quemuis, ſi ſaltem medicinae ſtuduerit, peritos ea in arte ſuper his audierit, (alioquin alienum foret iudicium) ceſſarem, ex animo depoſco. Quam probe etiam exinde conuiciator ille me infamauerit, dinoſcatis ſupplico, precor et oro. Illud inprimis commonuiſſe velim, optime lector, calumniatorem illum plurima in me confinxiſſe, vt aliorum a me bene dictorum fidem labefactare poſſent, quae nec a me dicta, nec litteris vnquam mandata. Quae omnia ego, ſicut impertinentia, conſulto praetereo.

Confutatio conflatorum D. M. MELLERSTADT *circa primam concluſionem.*

Si verbis altercari vnquam placuiſſet, tecum reuera ex aequo ampliſſime commentari deberem. Comperies autem, eius non ſum conditionis homo. Si absque ratione et auctoritate perperam, quod afferis, quicquam poſuerim, mea ſatis monſtrat poſitio, id ipſum maxime, quod morbum epidimialem ab extrinſeco ſuperueniente dixerim, quam alienum tibi viſum, adeo, vt ex vario ordine non paucos atteſteris. Quis non mirabitur? Doctor medicus multos aliorum ſtudiorum producit, ſuae artis habet neminem. Hi profecto, etſi velint, in medicinis vtique diiudicabunt. Quod ſi ea dixerim, quae tibi minus viſa fuerint, famoſas medicorum ſententias animo quietiori recipias oro.

Dixit namque SIMON IANVENSIS, pariter etiam MATTHAEVS SILVATICVS; *Epidimia graece, ſuperueniens eſt. Nam epidemon aduena.* Immo et princeps ipſe *prima quarti de ſumma aegritudinum aduenientium* dicebat eos, qui ex aeris alteratione accidunt, aduenientes, quod eſt, epidimicos. Neque a BRVTO per mille octingentos quadraginta annos vel prope ſupputare opus tibi erat. Nam longe propius famoſiores et apud omnes recepti auctores librum epidemiarum inſcripſerunt. Quos ſi tuo more velis praeterire, IOHANNEM ALEXANDRINVM, quem omnis medicorum ſchola obſeruat, vtique debuiſſes conſideraſſe. Ait etenim, *morbi communes, incogniti, ſuperuenientes, epidimici dicuntur.* Anne poſt BRVTVM ille erat? Ecce, quam digna exclamatio tua! *Noua, inquit, doctrina* etc. Comperies autoribus medicinae curari eos, quam tu inſudauerim. Neque meis tuo more conceptibus vnquam inhiare velim. Et ſi quam plures producerem, nec quemquam nominauerim, dices, aut vtique forte praeter te cunctos oberrare. PRAXAGORAM et NICANDRVM, et horum opera, quae inuiſa ſunt, quibus etiam nec arguis, quodcunque dixeris, poteris allegare, vt conſueuiſti. De peſtilente febri capitulum eſſe, nusquam mea ſcripta negant, ſicut falſo mihi obiicis. Inſuper colicam aliquam peſtilentialem eſſe, praeter omnem medicorum ſententiam me dixiſſe criminaris. Si ſine ratione et auctoritate dixerim, verba AVICENNAE apertiſſime monſtrant, cum inquit: *Colica et ileos accidunt ſecundum ſemitam accidentium aegritudinum peſtilentialium aduenientium, et perueniunt de regione in regionem, de homine in hominem.* Ecce, quam probe me ſomniaſſe dixiſti! Et reuera docte proclamas friuolam, ridiculam, hac verborum et apertas peritorum ſententias confundere (toto aeuo) conaberis. Hanc autem colicam eodem capitulo comprehendi, ſicuti tu falſo mihi impingis, nusquam mea ſcripta habuerunt, immo ab extra cauſam aſſignaui, et curam diuerſam dicebam. Licet, quomodo ad aliam poſſit reduci. Quam tu per crines (ita dixerim) medicinae autoribus alienam (more tuo) ambagibus fucisque aſtruere, ex omni parte claudicat. Ah, deus! Nonne hydrops et acuta febris, morbi diuerſi, ex cauſa intrinſeca et corporali dependent? Colica autem quaedam epidimialis fit magis per aduenientem ab extra cauſam, ab alia differt ſimiliter et bubo, et bothor peſtilentiale. Quapropter et ſatis extranee in medicinis rerum eſſentias et quidditates arguiſti, cum medicus artifex ſenſitiuus dicatur, magis ideoque accidentia

t) Functus hic eſt munere decani et therapiae profeſſione vſque ad a. 1508.

u) Et in hac particula tam abrupta, contorta et feruore diſputandi velut implicita eſt oratio, vt paſſim, quid ſibi PISTORIS velit, non ſatis conſtet. Haec obſcuritas partim debetur auctori, partim ſcribae, partim quod deſit POLLICHII opuſculum, nec operae duxi, falcem criticam nimis adhibere. Priorem oppellam hinc inde corrigere mihi licuit, cum ad manus eſſet exemplum, ab Cl. Hafnienſium medico, BVCHAVE, beneuole ac perhumaniter mecum communicatum, poſteriorem non aeque. Faciam ergo, quae potero. Satis eſt, ni omnis pereat. Ex parte tamen inde licet colligere, quae fuerit litigantium de morbi origine opinio.

cidentia rerum et morbos, quam quidditates attendere debeat. *Hinc eſt aduueniens. ab extra, puta, aeris qualitas venenoſa*, colicae, febris, ileos, *bothor et mali franci*, aliorum etiam morborum diuerſitatem facit.

Hoc etenim me ſemper intendiſſe reputo, *malum francum non in ſpecie morbum vnum, ſed ſummam diuerſitatem materierum et apoſtematum, ad diuerſa debere reduci, ſpecifice alicubi comprehendi.* De quibus eo modo, quo intendis, iudicas et ſcribis, medicorum, non oratorum ſententias exſpecto.

Reliquum, quo improbare conaris, falſo me dixiſſe, febrem peſtilentialem addere ſuper aliam febrem qualitatem venenoſam. Arguis, *febris eſt calor naturalis, mutatus in igneum* etc. id eſt, quidam calor, cum naturali factus extraneus, non corruptus omnino, vti tuo commento imperite inſeruiſti. Nam iuxta illud Averrois *tertio Colliget* calor ille extraneus in febribus non eſt ille, qui eſt in corporibus mortuorum, immo aliquando poteſt corrigi, et extraneum vincere, et humores corrigere. Quare corruptus non eſt. Illa autem extraneitas, ſi adueniat ab extra, peſtilentialem facit, et aliquid addit putredini, quae ab intra et a cauſa corporali procedit. Quare rectiſſime ab extra et intra mutari poteſt, et ſecundum hoc diuerſimode febris fieri et curari.

Et ſi tu de criſi per mutationis auerennam * pro tuo ſummis ingenio, aliqua colica creticet in paraleſim aut arteticam. Ob id Avicenna nusquam intendit, quae colica peſtilentialis per viam criſis accidat, neque verbis eius hoc monſtrabis, quamquam aliqua colica accidat aegritudinum, aduenientium cum more. Quod et antea dixerim, tuorum feriem verborum non obſeruauerim, cur male fers? Non verbis tuis, ſed rei intendimus et ſtudemus. Sono res probes, nec ne, Avicenna vel Galienvs non modo, verum medicinae ſtudioſus quisquam iudicet hortor. De *variola ambulatiua* tandem rationibus cedere ſtatuiſti. Non parum laudo. Sic etenim tandem reſipiſcere et coniecturas moderare decebit.

Confutatio conflatorum D. M. Mellerstadt *circa correlarium primum concluſionis primae.*

Sperabam, poſt ambages tandem ex medicis ardue te dicturum. Sed quo vergat hoc rixae ſtudium, ſtilus tuas ſatis monſtrat. Hoc euidens medicae artis verbum elicere quisquam poterit. Logicae terminis in praeſentiarum inhiare non velim. Nemo (vel mediocriter ſanus) imputabit dicterium. Imperita voce vel ſcripto quandoque ſolando * miſſam tibi ipſe vendicaueris. Me culpare vtique non debebas. Nominalis, an medicus magis tuis ſcriptis videaris, qui velint, iudicent. Neque hoc ingenii magni arbitror. Scurram lenonemue (ſi mens non ſanior eſſet) quemque ore incompoſito nuncuparem. De praedicamentis tecum non agam, dum inquit, neque litigium hoc eis, neque illis, qui circa eos ſunt, auxiliabitur. Huius autem rei certitudo alterius doctrinae principiis pertinent.

Confutatio conflatorum D. M. Mellerstadt *circa correlarium ſecundum concluſionis primae.*

Prorſus alienis et remotiſſimis concertationibus hic vagaris, quod pro virili etiam, nec minime aſpicienda arbitror. In calce denique ipſius correlarii quoddam infirmum ex medicis affers, male exſilia * produxerim, dum poſuerim, *malum francum ſaphati aſſimilari.* Quapropter quae qualitas venenoſam et ab extra venientem epidimiale * ſuperaddere, ac dici *zaphati epidimiale.* Miror tanti (ſua ſaltem aeſtimatione) ſtudii virum. Non meminiſti patrum, qui voce vna et conſona medicum artificem conſenſualem dixerunt, immo nec conſenſum debere transſcendere. Quo fit, vt ex ſimilitudine accidentium non parum iudicio conferatur. Sed cum et haec ſint, quae neque pedem in medicum figunt, fruſtra altercarer. Ad concluſionem ſecundam propero, ſi quidquam tandem probatum et diſceptatione dignum in mentem mihi veniſſet, viſurus, et cum hucuſque non, niſi rixis muliercularum more nihilque propoſito attinens attuleris.

Confutatio conflatorum D. M. Mellerstadt *circa concluſionem ſecundam.*

Quem te tandem aeſtimabis, ignoro, tibi quod male noſtras expoſueras ſententias, cum dixerim, Hypocratem me culpare aſſerueras *. Tandem et Hypocras alter forte nuncupari velis, more denique tuo contendere poſſis fingere, quemcunque non erubeſcis Hypocratem pro tua ſententia, et cuperes, et obſeruares, optime ferrem *. Haec fraſcis, ſed arte certares. Non ignoro, a ſtatis natura in ſe quosdam cauſet morbos. An vero probe me culpas tanto verborum hiatu, ex mutatione temporum, puta aeſtatis, aliquos cauſari dixerim. Galienvm videas eodem commento precor, cum inquit: *Aeſtas enim ſiquidem a curſu ſuae naturae in humiditatem venerit, et ſine ventis fuerit, non ſolum in vulneribus putredinem facit, ſed etiam in omnibus membris, ſicut* Hypocras *tertio Epidimiarum dicit.* Haec ille. Hypocratem et Galienvm recte ſi diſceres, contumeliis improbe me haud moleſtares. Hac deberent certe tuae fraſcae me mouere, cum Hypocrati et Galieno nec parcas. Nam contra ſua verba apertiſſima allegare audes. Inquit ipſe eodem commento, *deſudationes in exteriori naſcuntur cute, quae, ſicut vulnera, cutem exaſperant exteriorem, quorum cauſa eſt multus ſudor colericus.* Tu contra aperta verba monſtrare conaris, putredines et vlcerationes a colera diffluere male poſuerim, hic diffuſe Marsilivs de Sancta Sophia *x*) et ceteri peritiſſimi. Quos ſi tu curatius videres, non tuis inuentionibus vexarer. Fucum amas verborum, quo aequo plus garris. Criminaris demum, materiam leprae putridam non eſſe. Quis ambigit, tametſi leprae materia, quoad cauſam antecedentem, putrefacta non ſit, ſed conculcata et ſparſa, coniuncta nihilominus cauſa leprae, vlcera, bothor et poſtulas effecit, et ſaniem effluere facit, quod absque putredine fieri forte dicas. Nec ea putredo febrem effecit, quam non ſubito, ſed repens et ad extra, non ad cor transſpirat. Avicennam etiam perperam allegaſti, melancholiae non naturalis modos duos eum dixiſſe producis, quibus febrem quartanam et lepram facit. Cum et ipſe naturalem melancholiam etiam hoc facere aperte docuerit, poſſemne et ego diuina minuta proclamare? Tibi autem pro minimo eſt, notiſſimas medicinae traditiones confundere, dum ſaltem circa nomenclaturas te ſategiſſe arbitraris, nomine, non arte medicus.

De nodis reuera perite loqueris, cum nodos ex melancholia groſſa produxerim, tu ipſe cauſam pituitam et flegma, apponis nodorum differentiam. Quam tu ipſe in cirpo quaeris nondum? Quae ſi notiſſima non eſſet, monſtrarem latius. Quid tandem, cum non medico medice quisquam certabit, ni ventum verberare, aut littus arare voluerit? Non elementaris puero, verum tibi (homo ambitioſiſſime) nec dum cognita didici, nec ſine doctore et ſtudio coniecturis (quod olfacere artem reputo) quicquam vnquam finxi. Anus delira, ſi tibi quandoque aſſentiat, non miror. Blandus es et oredicax. Peritorum ego in arte medica ſententias, vt ante, apertiſſima fronte poſcere nunquam ceſſabo.

Confutatio conflatorum D. M. Mellerstadt *circa primum correlarium concluſionis ſecundae.*

Si male fundatas tuas opiniones deſpiciendo praeteream, tibi glorioſum (qua mentis caecitate, neſcio) arbitraris. Ad rem noſtram propero. Dixi namque a ſola qualitatiua mutatione aeris, calidi ſcilicet et frigidi, et cetera, peſtem non cauſari. Cum namque Galienvs *primo de complexionibus* diſpoſitionem calidam et humidam *aeris* deteriorem dixiſſet, et maxime haec in peſtilentialibus reperiatur ſecundum Hypocratem *primo Epidimiarum*, per hos nusquam negarunt. Immo maxime et multiuariam a peritis ſuperueniens *cauſa peſtis* aſſignatur aut ſecundum caeli figuram, aut vaporis corrupti admixtionem. *Etiam non modo peſtis, verum malefrancum* et ceteri morbi *aliquando procedunt*, Avicennae teſtimonio capitu-

x) Profeſſor Paduanus circa a. 1370. et mortuus a 1403. v. *Eloy* Diction. p. 297. T. IIII. *Aphrodiſiac.*

capitulo proprio *de lepra Fen tertia quarti canonis*, vbi lepram hic prodire quandoque docuit. Quapropter *hanc reuolutionem caeli quandam proprietatem occultam in ſubſtantia aeris*, iam mediantibus vaporibus corrupti, tanquam ſubiecto, *cauſare* dixi, quae vna cum alteratione qualitatum manifeſtarum, puta calidi et humidi, peſtem, et nonnunquam ceteros morbos, ſcilicet *malum francum* lepramque *cauſet*. Quam probe ab conditoo aeuo et inuitos non lectos producas, quisque ſanae mentis dinoſcat, duas an proprietates poſuerim, et iterum qualitatem occultam absque ſubiecto dixerim, quemadmodum tu, vt criminandi materiam quaereres, cuncta, etiam veriſſima, profanando in me falſo confinxeras, mea ſatis ſcripta monſtrant. Haec me adeo dilirum quis putet ea etiam ſomniaſſe, quae tu me impudenter, vt adſoles, dixiſſe contendis? Quod ſi commentari delectaret, conuiciandi paterent viae ampliſſimae. Haec non meminiſſem, ni et tuis malitioſis conuiciis prouocarer. Quibus et ſemper moueri deſpectae mentis arbitror. Quo fit, breuius dicam.

Confutatio conflatorum D. M. MELLERSTADT *circa correlarium ſecundum concluſionis ſecundae.*

Quis mirari poſſit, ſi me tandem tua prolixa ſcurrilitate iniurioſum faceres, ni rem mente ſana aeſtimas*, conuiciis diſceptare (vti tu nunquam ceſſas) deſpectiſſimum comperiſſem. Cum tibi maiorum ſententias, quos nec legis, nec intelligis, allegauerim, de nugis me accuſas, cum dixerim, inter morbos epidemicos et peſtiferos multum intereſſe, quemadmodum inter genus et ſpeciem. Quod ſi alios medicinae autores forte deſpicis, nunc IOHANNEM ALEXANDRINVM, precor, audi. Inquit: *Epidemici hi ſunt morbi, quando mutatur aer ſecundum ſubſtantiam ſiue eſſentiam; aut ſecundum quantitatem, vt ſi hiems ſit ſicca, ver vero pluuioſum et auſtrinum fuerit; aegritudines epidemicae ſiunt. Si ſecundum eſſentiam corrumpitur, generat morbos peſtiferos.* Praeterea SIMON IANVENSIS, MATTHAEVS SILVATICVS et ceteri, quibus tu longe diſpar et inferior: *Epidimia genus eſt para dimon et peſtilentiam.* Anne conuiciator ille me improbe turbat? Quisque vir bonus iudicet. Dixi quoque, quosdam epidimicos tertia particula numerari, neque de omnibus vnquam, quemadmodum aemulator ille lateat *, ſum locutus. Si, genere ſimpliciter poſito, quaeque ſpecies inferenda ſit, puerulus dinoſcat.

Sed quid moror? Peſtem etiam brutis ingruere cauſaris: quam tu cures, velim. Non pecorum, ſed hominum medicus nonnunquam fui. Medicinae enim ſubiectum corpus humanum ſit, cuius aegritudo, vt paſſio, metas non transſcendit. Pecorum autem mortalitas aut peſtis quam ſit aequiuoca, ſatis patet. Immo in tantum diſtat, vt brutorum peſtes in alias non tranſeant ſpecies, ouium puta ad vaccas ſeu boues, et cetera. Haec a GALIENO et HYPOCRATE non didiceras. Artem noſtram non ſine iniuria contaminas. Quam ego ſupra diffiniuerim peſtem, velim tu non caece, ſed rationis intuitu magis iudicauiſſes.

Confutatio conflatorum D. M. MELLERSTADT *circa concluſionem tertiam*

Parum eſt, apertiſſima multorum ſententia, propriam fatuitatem profitearis. Quanti namque aeſtimas, errorem agnoſcere, et eo magis ſemper prolabi, quis ignoraſſet, qua proteruia, dum ſubito aſtronomiam te hauſiſſe arbitraris, et huius artis peritos in publicum etiam certamen citaueris? Quam iniurioſe valuas maculaſti, qua denique verecundia, vt reprobus ab arbitris remiſſus, omnium denique nunc immemor, et rectiſſime tuo ore transfuga, et tandem omnium exul! Primum namque iuriſperitiam, deinde aſtronomiam, poſt medicinam ita ſubito didiciſti, vt verius te adſpexiſſe, quam didiciſſe quisquam ratus ſit. Nunc et oratoriae tantiſper inſudans, ad nomenclaturas et grammaticen tandem redis. Quae et cuncta ſi praeter aliorum moleſtiam (in tuam rem puta) ageres, ferrem et ego modeſtiſſime. Pari autem paſſu, quo non paucos ante me inquietaſti, hinc et in medica oberrando (rabidi more canis) meam laniare famam nuſquam ceſſas. Si quae contra errata tua dixerim, alieno me ductum et ſpurium confingis. Putasne tanto aeuo ſtudioſiſſime vni artium non ſine labore inſudauerim, vt tibi cunctas transcurrenti facultates, nullamque ex integro amplectenti, vt potius libaſſe, quam attigiſſe videaris, in medicina aequari et poſſim, et debeam? Ignoras etiam, quaeque facultas virum integrum ſibi velit. Tu dicacitate, quam praefers, nec opera tua, ſed natura magis quosque moleſtare audes, eandemque conditionem, (quod ſummopere deteſtor) vt ordinariam, conflabis *. Nunc theologorum, nunc oratorum ſententiis, inuerſis verbis et ſermonibus famam tibi ampliſſimam acceſſiſſe opinaris, nec hac inſolentia contentus, in cunctos denique obiurgari et conuiciari ſemper velis. Quorum oratio mihi nunc habenda eſt minime.

Theoſis ſublimitas quanta ſit in medicina, nemo vel inſanus determinabit. Aſtronomiam tanto hiatu deteſtari liuore, quam ratione magis a te fieri quisque conſpicit. Ego eam etſi non profitear, quantam denique apud medicinae autores obſeruatam comperi, tolerare debueram. HYPOCRATIS namque, GALIENI et AVICENNAE non obſcura ſunt verba, immo et apud ARISTOTELEM *Phyſicorum ſecundo.* Scientia medica poſita et conceſſa, cernitur aſtrologia. Quam etſi tu carpſeris, inſaniae merito cedam. AVICENNAM etiam falſo produxerim, inique nimis obieciſti. Haec etiam nulla audacia (quam maxime certas) fieri poſſe credideram. Imperitia enim ſola tam aptis nugis altricari conſueuit. O ingenium muliebre, cui, praeter noua et vana, nihil gratum eſt! Ah, diuina numina! Haec verba AVICENNAE anne peſtis cauſam duplicem exprimant, quisque iudicet hortor. „Plurimum, ait namque princeps, immo oporterem, vt ſcias, quae prima cauſa longinqua ad illud ſunt figurae caeleſtes, et propinquae diſpoſitiones terreſtres, et quam faciunt neceſſario virtutes agentes caeleſtes, vt propinquae diſpoſitiones terreſtes, humectationem vehementem aeri expelluntur vapores et fumi ad ipſum, et ſparguntur in ipſo, et putrefaciunt ipſum cum caliditate debili etc.„ Haec ille *prima quarti tractatu quarto capitulo primo*, vbi aperte AVICENNA innuit, quae cauſae remotae peſtilentiae (quae eſt putredo aeris maligna cum venenoſa proprietate, quam occultam nuncupaui) ſunt formae caeleſtes, propinquae vero exhalationes et vapores terreſtres ſeu elementales, ab aqua, terra et cum aere admixta diuiſae, ipſum putrefacientes. Neque quemquam in medica peritum arte aliud ſenſiſſe compertum habeo. Tu vero tuas vanas inuentiones ſolas obſeruans, haereſes non paucas in prohibitum quemquam tibi fuerit conflabis. An vero coniunctiones magnae peſtes afferant, aſtronomorum ſatis monſtrat peritia, qua et per vulgum poſt aliquot curſus annorum ad ſenſum faeuiſſime ſaepe comperta eſt. Tu ſolus flocci pendis haec, quodcunque etiam erubuiſti vnquam, MAXIMILIANVM, Romanorum regem, cum caelo, quo quadratis miror *. Haec namque cauſſa ordinata eſt eorum, quae in mundo inferiori, ille vero arbitrio et nutu regit. AVICENNAM etiam aliud intelligere voluiſti, cum ait: *Sunt autem cauſae caeleſtes neceſſario facientes illud.* Ecce, quam peritus inuentor nititur AVICENNAM intendiſſe cauſas caeleſtes per accidens facere ad corruptionem aeris, ad quam peſtis ſubſequitur, cuius ſequela eſt, reliquae quoque transmutationis eorum in ſphaera actiuorum et paſſiuorum caelum cauſam per accidens eſſe! Quod ſi ARISTOTELIS vulgata ſententia in *prima meteorum* luce clarius non confutaret, monſtrarem latius. Sed de re manifeſta non parum taedet diſceptare.

Cum autem caelum ſecundum certas coniunctiones et influentias vniuerſales in cauſando peſtes quamque cauſare dixerim, tu ita proterue et pueriliter obiicis. At neque aptius cauillare potuiſſes. Ais namque, totum caelum intellexerim etc. Cum autem ipſum AVICENNAM aerem in ſubſtantia corrumpi absque manifeſta alteratione qualitatum dixerim, ſicut verba AVICENNAE monſtrant, qualitatum alterationem nusquam, ſed manifeſtam et notabilem negaui. Licet namque aliqua ſit ita modica, denique ſaepe eſt, vt ſenſum lateat, modicus autem lapſus aeris, qui inſenſibiliter corpora afficit, tantarum aegritudinum, qualis eſt peſtis, cauſa minime eſſe poteſt, niſi occulta illa venenoſitas mediate a caelo in aere genita concurrat. Haec etſi non elementarius puer, immo grandaeuus dicat, prae liuore animi aduertiſſe non potes. Subiungis denique complexionem calidam et humidam ad temperatam reduci, ſub eaque comprehendi. Quod medicorum nemo vnquam dixit. Falſe ad hoc GALIENI AVICENNAEque teſtimonia citas, cum nusquam eorum ſcripta lateant. Sed tu omnia

pro

pro arbitrio tuo fingis, et latitudines complexionum, ſicuti et reliquas res medicinales, profundis. Complexio enim calida et humida, quia lapſa eſt, quoniam temperata eſſe poteſt, tu lapſam et temperatam eandem forte facies, ex vnoque inconueniente aliud ſubinfers. aerem calidum et humidum temperatum eſſe Aer namque abſolute temperatus non dicitur. Quodlibet enim elementum qualitatem in ſummo profert, quod temperiem non facit. Quod licet verum ſit, apud medicos autem aer temperatus dicitur comparatione corporis humani, cum ſcilicet nullam quatuor qualitatum in exceſſu horum, neque corpus aliquod illarum ſenſibilitate afficitur, calidum aut humidum aerem ab hoc temperamento lapſum eſſe, nemo ambigit, nihilominus aerem temperatum percalidum et humidum circumloqui volebas. Circumloqui enim, dum apte et ex cauſa fiat, non culpo, tu vero cum album per nigrum circumloqueris, laudare non debebam.

De particulari peſte dixerim, eam puto absque caeli influentia cauſari. Cui namque occultum eſt, ſi hominum quidam a ſtagno foetente aut cadauere inficiatur, caeli influentia hoc minime fieri? Eſſet enim non tam odioſum, quam fatuum, ſuper ſenſu perceptis tecum rixari. Poſthaec in naturalitatem humorum, morborum naturalium et perinde peſtis principium fingis, non attendens, hominem bonae naturalitatis humorum ſubito peſte poſſe infici et corrumpi. Etiam medici aſſerunt. Quodſi in homine humor multum venenoſus generaretur, puta colera praſſina aut alia quaecunque de malae colerae ſpeciebus, per quas febris in accidentibus peſtilentialis aut ſaeuior fieret, peſtilentialis tum diceretur minime, cum ab extra cauſam non habeat ſuae putredinis, ſed corporalem, quemadmodum ex verbis Avicennae ſaepe adductis liquido ſatis claret.

VIII. *Confutatio conflatorum* D. M. Mellerstadt *circa correlarium primum concluſionis tertiae.*

Dixi, caelum peſtem ſine diſpoſitionibus terreſtribus non cauſare, tu caeli inſufficientiam et defectum poſuerim intuliſti. Caelum dum actiua ſit cauſa, numquid et paſſiuarum diſpoſitionum exiget, et cum ſit vniuerſalis mediata, immo remota, nonne et mediarum, et propinquarum diſpoſitionum, quae materie admittere debeat? Nonne Orizon alter et alter influentia diuerſimode recipit, haec omnia praeterquam defectum et caeli inſufficientiam quis inferat, quemadmodum tu contendis, optime ſe compatiantur? Hoc ipſo enim maxime claret in ſpontanee generata materie diſpoſitio et mediorum, ſi non requiritur, cur apud nos ſit. Scorpiones aut huiusmodi ſpontanee generari nunquam contingit, cum terram, vt horum matrem, antea poſueris. Spermatis ſi nulla etiam in naturali vniuoca generatione diſpoſitio concurrat, mente ſemicaptus dignoſcar; attamen profanum haec ſentientem non audes nuncupare Petrvm Apponensem, cui et tu, ſi mille annis viueres, nunquam par fieres, mihi obiicis, meque, quod ignauia ab eo recedam, falſo culpas. Tertius modus actionum ſuperiorum in haec inferiora, ab eo doctrina noua poſitus, quem pro tua ſententia vſurpas, pro te minime probat, cum ſub diſtinctione et, tanquam ſingularis, ponatur. Nonne et reliquos duos, vbi et aptiſſime caelum peſtem et morbos in his inferioribus cauſare demonſtras, animo acceperas, niſi mente caecus oculos a veritate auertiſſes?

IX. *Confutatio conflatorum D.* M. Mellerstadt *circa ſecundum correlarium concluſionis tertiae.*

Dionysii ipſius prudentia me cautiorem facit, quae natura contumelioſum et maledicum dimiſit, reliquum vero e medio ſuſtulit. Tu, qui nec innumeris conuiciis vnquam erubuiſti, naturae tandem tuae cedam efficis. An honoratio mea tuaue magis vtatur conditione poſitio, hi, qui velint, iudicent. *Dixi, malum francum* et pares morbos, *ex aeris corruptione cauſatos, vltra ea et hanc cauſam occultum.* An improbe, (quantum tu obiicis) Avicennae verba hoc monſtrant, cum ait, *aerem corrumpi propter rem caeleſtem, cuius qualitas eſt hominibus incognita.* Deinde Isaac, ille famatus, dicebat: *Quamuis medicus ignorat rationem, euentus peſtilentiae, ſcilicet a cauſa ſuperiori, niſi praeuiſa et intellectu ſcientia motus ſtellarum, tamen eſt vtile ſcribere hoc in libris medicinae, et licet medicus non poſſit repugnare motui ſtellarum, tamen quia corruptio aeris non imprimit, niſi corporibus paratis, mortalitati poteſt medicus repugnare cura praeuiſiua, cacochymiam ſoluendo, et huiusmodi, quae neceſſaria ſunt.* Haec Isaac. Et iterum Avicenna *prima quarti capitulo* proprio dicit; *Quandoque accidunt putredines in interioribus terrae propter cauſas, quarum euentus ignoratur, et faciunt nocere aerem et aquas.*

Nonne et hos medicinae autores, quemadmodum iurata tua temeritate ſoles, pecudes nuncupabis? Putabam quandoque te pretioſiorem et honeſtum magis futurum.

Praeterea vero, nonne multa ſunt medico notiſſima, quorum denique cauſas ignorat? Te commoneo; Scammonea namque coleram purgat. Quis medicorum ignorat? Ob quam autem cauſam, praeter occultam, tu forte vnicus monſtrabis. Si etenim manifeſta ſufficeret ad haec qualitas, longe fortius piper hanc faceret operationem. Quapropter et diuus ille Mesve ait: *Medicina laxatiua non eſt complexione ſic, ſed quia talis eſt, neque vt contrarium in contrarium, neque ſimile atractiuum huius, neque quia graue aut leue, ſed quia caeleſti virtute dotatum mixtione ipſius regulante.* Haec Mesve.

Hanc ſecutus patrum doctrinam, dixi medico, calido et humido tantam peſtem non prodire, verum tamen concurrere aliquod occultum, puta venenoſam qualitatem et aeris corruptionem, cuius cauſam ipſe, vt talis, ignorat.

Hoc et Avicenna ſentit. *ſecunda primi* dicens, *aer mutatur in ſe et ſubſtantia eius, vt in malitiam conuertatur, non ideo quia aliqua ſuarum qualitatum fortior facta valde augmentum vel diminutionem, et haec eſt peſtilentia.*

Ecce haec cum ceteris, ſi tecum ſentiret, nusquam oppoſuiſſem. Hypocras etiam morbos peſtiferos *tertia particula Aphoriſmorum* non intendit. Apertiſſimum eſt, Iohanne Alexandrino et Galieno teſte, cum de particularibus et diuerſis morbis ibi loquatur Immo *in libris Epidimiarum* de peſtiferis et epidimicis pertractauit. Quod ſi libet, vide, commentator ipſe famatus, Iohannes Alexandrinus, plane diſſeruit. Avicenna etiam per *aſſumaym* cauſam caeleſtem velit aperte fingebas, cum *ſecunda primi*, vbi *aſſumaym* genus venti voluit, non cauſam caeleſtem nuncupauit. Nec expoſitorum quisquam aliud vnquam ſenſit. Avicenna etiam dicit *royon aſſuhub.* Iudicant iudicatione cauſae peſtem. Non ſequitur ex hoc, ipſe velit cauſae ſint caeleſtes, immo magis elementales, quam ſunt exhalationes igneae, quare non proprie cauſae caeleſtes dici poſſunt? Sed quod Galienvs *primo Prognoſticorum* ſimpliciter, vt medicus loquens, rem caeleſtem aerem ſimplicem exponat, ſtrictiori vſus eſt ſenſuali cognitione, verum nec aerem ſimplicem, ſed cum influxa virtute caeleſti, quae res apud recte philoſophicos caeleſtis ſuo modo nuncupari poteſt. Deinde cum conditionate poſuerim: *Si malum francum ad genus aliquod apoſtematum, puta, exanthimata, ſaphati vel aliud reduceretur, propter diuerſitatem in eo morbo apparentem, tunc denique vltra dicta apoſtemata venenoſitatem quandam adderet,* ex hoc accidentia mala et difficilia ſequerentur, tu *me ipſum morbum exanthimata dixiſſe* (inique ſatis) aſſeruiſti.

Mordaci ore tuo inuectiue haud parum me carpere conaris, cum morbum rem propter naturam dicebam Galienvs etenim *tertio de acidente et morbo* ait, omne, quod extra naturam in corpore mutatur, aut erit morbus, aut accidens cum morbo concomitans, aut cauſa, quae antecedit morbum. Rectius itaque morbum rem propter naturam, quam naturalem quisque nuncupabit. Et ita expoſitores Avicennae *ſecunda primi capitulo primo ſeptimo* diſpoſitionem non naturalem contra naturam debere intelligi, niſi quis ita vulgariter loqueretur, vt non naturale et contra naturam confunderet, quod equidem quam largiſſime et minus artificioſum reputo dictum; Facis deinde conuertibilitatem ſatis ineptam, cum dicis, diſpoſitionem praeter naturam et eſſentialem laeſionem operationum idem eſſe. Hoc ipſo falſum eſſe conſtat, quum accidentia morbi res praeter naturam ſunt, minime tamen eſſentialem laeſionem operationum, niſi mediante morbo, faciant. Dixi etiam, *malum*

lum francum eſſentialiter laedere operationem prouentu primo, ſed haec proprietas occulta, vt cauſa morbi per aegritudinem laedit, et non prouentu primo. Etiam tu, praeclare et vnice commentator medicinae, quam philoſophiae naturali ſubalternentur principia, negabis, et ſic medicinam nec quicquam demonſtrare, nec concludere poſſe praetendis, communia licet recipiat. Propria denique ex hoc non habere puταſti, tamen ei inſudaſti conatu, vt ipſum principiis carere palam afferas. Nunquid et frena faſtiuam* praeter militarem propria habere principia negabis? Nonne et probe alia errate deliramenta et nugas infinitas effinxiſti? Tuam denique doctrinam mirabundus iactitas. Si pro ſimulatis tuis doctrinis quidquam aduerſi doceatur, ſopitum refricari vulnus querularis. Et nonne errores apertos, quos nunc in philoſophia, nunc in medicina temerario tuo auſu imputentur, tui ſimulabo amore? Rasis *de medico* praecepta in medium duxerim. Tu fers moleſte, tibi conſcius, cum denique tuo iudicio, quod hac in arte egeris, reliquerim principi ſeruire; Quod tibi quam glorioſum viſum eſt! Si doctum quem faceret, reuera longe te peritiores non pauci ſtabularii euaſiſſent. Rasis ego ſententiam ſecutus, qui docuit, in vrbibus famoſis medicum debere morari, vbi et aegrorum copia peritiam faceret ampliorem. Nunquam et principum (ſi libuiſſet) negata mihi ſunt ſtipendia. Velim opere, quam verbis, tuam monſtrares peritiam, et certe famam, quam ſummam et ſolam, et vnicam optas, longe maior tibi creuiſſet.

Confutatio conflatorum D. M. Mellerstadt *circa concluſionem impertinentiae.*

Latius hic deuagari opus eſſet, ſi cuncta errata ac dicta friuola confutare vellem, quod non in me ſolum, verum in Galienvm, Avicennam, Petrvm de Abano cunctoſque artis medicae peritiores, quos omnes academiae ſtudioſa vetuſtas colit et admiratur, commentatus es. Ni hoc mihi perſuaſum, has friuolas ac acceptas tuas cauillationes neminem, niſi mentis expertem, accepturum, quibus Galieni peritiam imminuere, cum de ſuperuacanea doctrina non parum incuſare videris Petrvm de Abano, ſicut ignarum penitusque neglectum praetereundum eſſe.

Quae omnia non ratione vlla, ſed ingenita tua temeritate fieri arbitror, ſummam tibi gloriam accumulaſſe exiſtimas. Quod ſi te illis non ſolum aequare, ſed etiam longe anteferre credideras, in hanc inſaniam inductus: Si (vt opinor) occaſione Tesilli, cuius Galienvs *primo de ingenio ſanitatis* meminit, qui inter textrices laudatus Hypocratem erigebat animum, ſic tibi pariter aliquid laudis eueniſſe, cum inter ſatellites hominesque litterarum expertes non pauca admiratio ſit, nonne anteaquam non viſae doctrinae tuae teque vehementer laudatum, vt pueri iuuenis auem, arrogaſti animum. Peculiare hoc malum omnibus, qui artes profitentur, priusquam didicerunt, praeceptores audierint quasuis autorum ſententias pro arbitrio interpretari, priusquam mentem autoris habeant, non intellecta ſic falſe abiicere atque abominari. O hominem ignarum! O mentem corruptam multoque elleboro gallinisque atris expiandum facinus!

Quod ſi, praeter ſententias maiorum, dixerim aſtrologiam ſcientiam vtilemque, immo neceſſariam medico, peritorum (oro) in arte verba aequo animo audias. Rasis praecipue in ſuis *ſecretis* ſententiam accipito, cum poſt longam de aſtronomiae vtilitate admonitionem inquit: *Et conueniunt ſapientes medicorum, quod res omnes temperiem et aeris, et aquarum, et complexionum, et aegritudinum ex motu planetarum mutantur, cum in longitudine et latitudine conſiſtunt.* Nec minus videnda eſt apertiſſima ipſius Hali autoritas in librum Hypocratis. Ait enim, *dixit* Hypocras, *medicorum optimus, cuiusmodi medicus eſt, qui aſtronomiam ignorat, Eſt enim, tanquam caecus, viam baculo examinans, huc illucque miſerabiliter ceſpitans, pro qualibet boni malique apparentia fantaſtica et inani, vt fatuus, trepidans et exultans. Nullus homo ſe demittere debet in manus illius, quia non eſt medicus perfectus, nec nomine medici meretur decorari. Cognoui ergo, quod opus erat ſtudendi aſtromiam, et aſpexi in libro* Hypocratis, *et inueni librum paruum, ſed optimum: Quem qui bene ſciuerit, efficietur magnus, et eſt valde neceſſarius omnibus medicis.* Haec Haly.

Eſſent reuera teſtimonia ampliſſima, ſi res et hora omnia in medium ducendi ſuſtinerent. Ad concluſionem ipſam in ſe nunc venio, ob friuolam et petulantem tuam ambitionem. Neque differendum tecum ſtatui. Nam cum tibi ex aſtronomis Ptolomaevm, ex medicis Galienvm, ex philoſophis Petrvm de Abano allegarem, hos omnes, quorum neque (etſi viui tibi loquerentur) aptus ſcholaris dinoſci poſſes. Suſpectiſſima tua praeſumtione errauiſſe dicere auſus es. O friuolum ingenium! O mira hominis temeritas Catoniſque cenſura digna, quod nondum tyro effectus, veteranos ac in arte medica conſummatiſſimos in certamine prouocare non erubes! Galienvm ſcilicet et Petrvm de Abano. Venit denique in mentem lumen vnicum et naturale, vt Iacchinvs ait, Aristoteles, quem procaci tuo ore haud admittes, arbitror. Ipſe l. *Phyſicorum* aſtrologiam ſcientiam aperte dixit, cum ait: *Amplius aſtrologia aut altera eſt pars phyſices* etc. Neque ratio deſit, animaduerte. Diuerſitas actuum diuerſitatem ſcientiarum non facit. Nam ordinatio motuum, ſignorum, quod in aſtronomia principium eſt actus ſecundi, puta iudiciorum aſtrologicorum. Pariter etiam medicina de rebus ſpeculari pro parte vna docuit, pro altera vero operandi modum, puta, digerendi, minuendi, euacuandi, confortandi, emplaſtrandi.

Vna denique ſcientia et habitus vnus, de qua re nemo ambiget, aſtrologiam et aſtronomiam vnam, ſed quam efficacitatem proponis, miramur. Non ſit aſtrologia ratio multorum, quemadmodum reliquae ſcientiae, quam quidem rationem forte tuam et aliorum imperite vaticinantium, qui ad magiſterium artium aſpirauerint, priusquam rudimenta nacti eſſent, turbauerit. Efficax eſt reuera. Sibi etenim, ſi ſtulte agens infatuetur, imputabit, non arti. Quanto namque ſcientia ſublimior, tanto cautiorem indagatorem requirit. Tametſi circuli quandoque et alia imaginentur in aſtronomia, nec vana ſunt, cum etiam reales partes caeli ſunt, ſicuti duodecim ſigna, ſtellae fixae, quibus innituntur. Praeterea quod domus variari dicis, in artis venit perfectionem. Nam ſic ex rei natura, puta, terrae diſpoſitione, variantur; Vbicunque enim quis conſtituitur? Semper ſex ſigna ſuper terram, et ſex infra habebit, licet propter obliquitatem zodiaci ſigna aequaliter non diuiduntur in domus. Oportet namque cuſpides ad terras inferre etc. Dabat ergo aſtrologia cauſas, a rebus, et non ab imaginatione ſolum procedentes, et ſic abſtrahent, cum etiam ſecundum philoſophiam, vti ſupra, non eſt mendacium. Nam mathematicae ſcientiae, a materia abſtrahentes, in primo gradu ſunt certitudines.

Velim et ego tua bona ſubſiſteret opinio. Salubriora, quae nobis protenderent aſtrologorum iudicia. Sed quis diffiteri poterit, quod etiam vulgo manifeſtiſſimae ſunt coniunctiones? Namque et morbos diriſſime per annos indictos nobis intulerunt. Quare aſtrologia, cum ſit de his, quae ſemper aut vt plurimum contingunt, ſcientia eſſe dignoſcitur. Etſi in applicatione artifex quandoque fallatur, non mireris. Immo et alii artiſtae quandoque fallibiliter ſubſumunt, etſi tu (tua forte imperitia) aliis denique magis oberraſti, arti ob id improbe derogare conaris. Nam et medicus, et aſtronomus ex cauſis effectus, et e contrario vt plurimum iudicant, et ea propter medicum eius notitia et perfici, et iuuari ponebam. Si tibi nec ratio maioris cuiusuis ſententia digna videtur, fac operam medicinae, aſpectibus non obſeruatis, in brutis velim, hominibus minime. Quod ſi in hominibus in coniunctionem aut oppoſitionem luminarium, purga, inſcinde in brachio venam, luna in geminis exiſtente, et ni ſenſu tandem careas, peritior euades, et pertinacior minus. Maioribus etiam fidem tribues, ratum habeo. Certiſſimum effers nullum tanti autorem, qui de errore ſuſpectus habeatur. Tu denique, ſolus ſuper cunctos, et vnicus propheta in Iſrael, ſententiis et rationibus apertiſſime conuictus, rixis et nomenclaturis inuentiones tuas palliare conaris. An ignoras, prudentis primum fore ſignum, errorem cognoſcere? Picvs, quem tu tantopere colis atque obſeruas, in philoſophia ſi plus digeſſerit, quam Petrvs de Abano, qui vtrosque ſtudioſe legerunt, iudicent. Tua vero non vana tantum, verum etiam odioſa in multis eſt ſententia, quorum niſi anilibus deliramentis vanisque vulgi plauſibus te animum dedicaſſe comptum eſſet, ferrem et ego moleſtius. Hypocras ſi aſtronomiam ignorauerit, ex libro eius *de regio-*

regionibus et nonnullis aliis, ſi quandoque his operam impenderes, ſatis tibi conſtaret. Quantum etiam omni medico conferat, multiuario ſcripto traditum eſt. Nam *ſecunda primi* latitudines terrarum et ciuitatum res caeleſtes, aerem quomodo immutant, palam docetur. Medico ad potiora ſua inſtrumenta maxime ſeruit, diaetam puta, potionem et chirurgiam deprehendens. Etenim medicus aerem alterari, diaetari ſtudebit ſecundum contrarium in curando, vera pro ſil' ic * magis.

Secundo vero numquid prudens ſaltem medicus laxatiuam malo ſub aſpectu miniſtrabit? Tertio venam ſcindas in nullo, obſeruatis aſtris. Reuera haec ſi non comperiſti, admodum miror. An vero veſtem induere et membrum inſcindere, luna exiſtente in parte Zodiaci, membrum corporis reſpiciente? Periti huius artis diiudicent. Ego quantum experientia capere potui, longe diſparia eſſe comperiebam. AVICENNA etiam quam diffuſe medicinam tradiderit, neque tum diffitetur minus, quam medico neceſſarium ſit, ſuum comprehendere canonem. Et quis dubitabit, vt tu contendere volebas? Crude nimis multa et aſſumis, et intelligis. De ſcammoneae autem adminiſtratione reuera medice loqueris. Scamonea enim, etſi ſua occulta proprietate, quam ſine ſingulari caeli influentia non habet, ex ſe ſemper operari poſſit, ob id aegro indifferenter danda, nullaque temporis commoditas exſpectanda ſit, ex mente loquaris miror. Canonico de proceſſu loquor, non coacte, quo quandoque cogimur, priusquam digeratur, euacuare, ita et venam, maius vt vitetur nocumentum, inſcindere. Haec non arti, ſed rerum circumſtantiae adſcribimus. Quod ſi praedictiones medicas nihil ex aſtris accipere dicis, hoc ipſo dicto RASIS in *Continente* falſum eſſe claret, cum ait, *criſes malas quibusdam fieri propter acceſſum planetarum, ad loca natiuitatis infortunata.* Similiter, ſi capere quis velit, inſtans coniunctio trium ſuperiorum planetarum iu cancro, ſi nihil mali ac noui ex morbis attulerit, laudabo latam pro eo ſententiam. Interea artem, non opinionem etiam quamuis me obſeruaturum certum habeas.

Demum cum de philoſophia tibi ſermo habendus eſſet, theologiam inſimulas. Quae ſi de cancello vulgo declamaſſes, commendares vtique. Nobis hic alia habenda ratio eſt. Quod enim *neque diem, neque horam ſciamus*, ſaluator dixit, nihil obſtat. Recte enim ſapiens, dum de cauſis ſecundis loquitur, prima nusquam abdixit, immo prima ſine mediis effectus referre ordinem vniuerſi, et dei opus eſſe argueret. Prudens namque dei promiſſo, timore et iudicio circumſpecte aſtronomia aut quauis arte probe vtatur. Nemo ſapiens, etiam theologus doctus, vnquam prohibuit. Cum autem in eam inſaniam prolapſus more vulgi omnia in primam cauſam immediate referenda forſan arbitraris, ignem et ſolem non calefacere dicis. Sed per deum, quam digna philoſopho ſententia! O quam vanus eſt intellectus ANAXAGORAE, immo potius tuus! Quaerens impoſſibilia tu perſuaſione et blanditiis, non magis, quam ego, inſiſteres, reuera breuius longe contendiſſes. Theoſin ſacram ſupereſſe, et dei nutu abſoluta potentia omnia poſſe fieri, non ignoro. Ordinatis denique cauſis, res ſubeſſe, quis dubitat? De quibus humanae ſcientiae *, pro quibus noſtra diſputatio ſemper exiſtit, quam in ſcholis philoſophorum et ſtudioſorum palam diſſeruimus!

Prognoſticon vero Baſilienſe falſe me vidiſſe aſſeris. Medicinam profiteor, pro qua, quantum experiebat, aſtronomiae inſudaui. Quapropter prolixius ſuper eius defenſionem tecum rixari haud velim. GVIDO BONATVS, de ſcientia demonſtratiua loquens, theoſin in nullo laeſit. Nec puto, theologos de deo demonſtrare velle contendere. Haec inepte Camarienſis PETRVS theologiae aſtrologiam non aduerſari ponebat. Effectus namque per eam oſtenſi opera ſunt ſummi dei, diuinae prudentiae, per medias cauſas effecta. Verum namque vero ſemper conſonat, ſi et iam lumine et luce dei gloriam inueſtigamus. Nam et motibus, et caeli figuris ceterisque tamen varietatem et admirationem nobilioribus in dei agnitionem manuducimur. Itidem et DAVID, et Apoſtolum atteſtari, non inepte dixerim, immo pro humanis ſcientiis aſtronomia ad haec aptiſſima, quamque aliae poſſent, dignoſcitur. Rectiſſime etenim magis ſapientem felicem magis ARISTOTELIS *decimo Ethicorum* atteſtatur. Quamobrem et cum PETRO DE ABANO aſtronomiam naturalem theologiam ſentiebam, cum primum in cognitionem operum, et tandem per medias cauſas ad primae cognitionem nos perducat, quam quidem amor et cultus dei ex ordine ſequitur, neque fidelis diffiteri debes. Haec denique cum longe praeter inſtitutum dicere compellor, breuius, quo potui (cum de nugis non ſint) retexebam. Theoſis ſacrae commendationem, quorum curae commiſſa eſt, ex aequo relinquo.

His vale, et modeſtius diſputa, ſi libet. De fraterna tua commonitione, qua mihi (vt ſcorpius) frater es, eas, quas debeo, gratias habeo, quae ſi mihi erroribus tuis comparanda eſſet, gratiores fuiſſent. Tu etiam, ſi ſaperes, aliorum ſententias exſpectare debuiſſes. Suſpecta enim eſt, quam ipſe tibi fingis, opinio, laus inanis. Terminos non expoſuerim, iterum cauſaris. Putabam, cum doctorem te reputas, harum te rerum gnarum. Haec incipientibus verſabor. Si puerorum more horas non triuerim, nemo peritus imputabit, conſignificatis partibus grammatice curioſe vſus non ſim. Quid latrari * poſſunt enim inter ſcribendum varia applicari? Non eſt, quod medicum in hoc turbare debeat. Si etenim vulgari verbo te conuicero, ſuperatus non ſis forte aeſtimabis,

Concluſio operis.

Vos denique, artis medicae et patres, et maiores praeſtantiſſimi, mente demiſſa adhortor et oro, mea haec ſcripta ex moderatione et dignitate, qua par eſt, reuidere dignemini, altricantibus nobis edicite, vter noſtrum garriat. Magis vos cenſores depoſco. Haec aduerſantis more mea verecunde laudare, ſuaque ambitioſe diiudicare conabar vnquam. Veſtrum hoc munus palam profiteor, vobisque, ſicut aequis cenſoribus, annuo. Pro eo denique ingenium et vires, vti praeſtantiſſimis moderatoribus, offero et cedo.

XXI.

ANTONIVS BENIVENIVS y).

Naturalia eroſa et clauſa.

Mulierem etiam vidimus, cui *morbus*, quem vulgo *gallicum* appellant, *totam vuluam eroſerat*, et in curia medici, *quicquid eroſum fuerat, oris inuicem iunctis obcalluit. Indeque ſola vrina, et ea ex paruo quidem foramine reddebatur.* Huic nos (propterea quod callus ipſe altior eſſet, quam vt citra mortis diſcrimen incidi poſſe extimaremus) conſuluimus, vt incurata potius viuere, quam tanto ſe periculo exponere vellet.

XXII.

PETRVS PINCTOR z).

Cum vnumquodque indiuiduum ſua certa menſuretur periodo, atque vniuscuiusque vita determinata ſit atque praeſtita, quae etenim naturalibus eſt conformis, licet mors a natura non intendatur, cum nihil ſui ipſius corruptionem appetat: imo appetitus diuino et immortali ſemper intendit, ex quo naturaliter vnum-quod-

y) *De Abditis Morbor. Cauſ. Obſ.* 31. p. 235. in *Scribonii Largi Medici vetuſtiſſimi, de compoſit. medicamentor. liber ---- ap. Andr. Cratandrum* M.D.XXIX. 8. Hoc vnum ſupererat boni obſeruatoris ſpicilegium. Scripſit circiter a. 1497. (v. HENSLER l. c. p. 53.) obiit 1502.

z) *Tractatus de morbo foedo et occulto, his temporibus affligente etc.* Vid. ad calc. Deſcriptus eſt ab exemplo Vindobonenſi. Aliud Cl. *Hensler* ab Cl. *Cotunni*, Profeſſore Neapolitano, vtpote qui primus eius meminit. (De Sedib. Variolar. Syntagma, §. 69. p. 192. ed. Vienn.) dono acceperat. Liber (*Cotunn.* ap. *Hensler* l. c. p. 54.) male habet lectorem ob *characteris implicitas formas, vocum compendia et nouitatem, difficillimas ſiglas, barbaram dictionem et interpunctionem etc.* auctor vero, vt recte iudicat vir vterque clariſſimus, eſt veluti dux et anteſignanus eius opinionis, qua *venerea lues potius inter nouos in Europa natos morbos, quam aduenas ponenda eſſe* videatur, i. e. eam *vel ab ipſo anno* 1483. *in Europa viguiſſe.* Qui haud raro diſertus et loquax eſt, vt ſenex ſeptuagenarius, attamen ad naturam morbi, qualis tunc temporis erat, et opinionum diuerſitatem penitius cognoſcendam ſatis aptus atque idoneus. De vita auctoris v. *Hensler* l. c. Mortuus eſt 1503. aet. 80. Scripſit etiam *Lib. Aggregator Sententiarum doctorum omnium de praeſeruatione, peſtilentiae Romae ap. Euchar. Silber* 1499. f. quem ſaepius appellat.

Aphrodiſiac.

quodque ſui ſimilis eſt productiuum, quia viuere viuentis eſt forma, viuereque viuentis eſt eſſe. Omne namque animal mortem perniciemque morbi deuitat, (*De conſolatione tertio*) cunctisque hominibus naturale tale inſitum eſt deſiderium. Haec *de anima ſecundo* latiſſime ſunt reſerata. *Politicorum* quidem *ſeptimo* Aristoteles inquio, ſcribere bene viuere, ac felicitatem appetunt omnes, ob quod medicorum philoſophorumque illuſtrium condigerens ſententias. Mors nihil aliud eſt, quam priuatio roris. Natura itaque humana ab eo, quod antiquitus fuit, iacet debilitata, quia vnumquodque debilitatur pro diſtare a ſuo principio. (*Libro de coelo et mundo*, Aristotele inquiente.) Nam humana natura a ſuo principio multum diſtat, vt puta ab Adam ſiue a Deo, Amplius natura humana debilitata eſt ab eo, quod antiquitus exiſtebat, vt ſermones legum, et praecipue Moſaicae, reſonant, quoniam audiuimus, homines a mundi generatione et circa productos longiſſime vitae exiſtentes, ſicut ex Moysi *geneſeos* colligitur.

Non te latere arbitror, Clementiſſime Pontifex maxime, Alexander *ſexte*, quam neceſſaria mortalibus exiſtat medicinae cognitio, quam non immerito veteres a diis immortalibus fuiſſe repertam ſunt opinati. Diuinum namque potius, quam humanum videtur, varias humani corporis intelligere diſpoſitiones. Diuina denique ipſius medici operatio, vel certe diuinae operationi ſimillima. In hac autem re ſummo opere laborandum eſt, qua humana haec noſtra vita ex complexionis, et compoſitionis, et vnitatis imperfectione variis et innumerabilibus fere morborum ſpeciebus continue vexatur, *ſicut nunc iſtis temporibus corpus humanum aegritudinibus infeſtatur ignotis.*

Scilicet ab anno 1494. *vſque ad praeſentem annum* 1499. *quidam morbus ignotus diuerſis dolorum ſpeciebus in diuerſis membrorum corporis partibus, puſtularum diuerſorum modorum in magnitudine et paruitate, in cute corporum hominum naſcentium, terribiliter gentium multitudinem cruciauit, qui a vulgo romano* Gallicvs morbvs *vocatur. In ciuitate enim Valentia aliud nomen impoſuerunt, alii autem homines aliarum regionum aliud nomen. Dixerunt* veruntamen doctiſſimi medicinae *doctores nil de morbo, neque de cauſa* eius aliquid ſcripſerunt, *neque curam* in ſcriptis inſtituerunt. *Qui* tamen *morbus ab influentia* Satvrni *et* Martis *ſecundum opinionem aſtrologorum euenit, ab eiusque cauſa* ex dictorum philoſophorum medicorumque ſententia *emanauit, primamque eorum cauſam* dicunt *ex parte ſtellarum fixarum in* octauo exiſtentium coelo imaginumque allegoricarum ab Indis poſitarum cum coelis et Zodiaco ſignatis Satvrni et Iovis, Martis et Satvrni, et eclipſibus ſolaribus et lunaribus vtique in iſtius tractatus proſecutione declarabitur. De hoc autem morbo non tantum nomen, ſed aliquid quidditatis eius in medium afferam, quod hominum vſui eorumque ſaluti futurum exiſtat. Quid enim praeſtantius, quid laudabilius, quid enim memoratu dignius, quam in his morbis verſari, et continue in eis ſudare, quibus naturae defectibus aſſidue vrgentibus ingenii artisque ſuffragio ſubuenire queamus, vt corpora noſtra bonae valetudinis debita ſtatione quiescant: qui quantum ingenii acumine, iudicii maturitate et literarum doctrina aetatis noſtrae ceteros antecellat in ſanandis corporibus ſumma experientia nouisque curationibus quotidie obſiſtere valeamus, Verum nihil carius nihilque melius exiſtit, quam breuiſſime loqui, quoniam breuia citius proferuntur, facilius cognoſcuntur, faciliusque memoriae commendantur. (*IIII. de regimine ſanitatis* Galieno enarrante.) Quod autem in hoc morbo exiſtimamus, illud cum dictis autorum clarum facere intendimus cum eis, quae viſa ſunt ad ſubiectam materiam conſonare. Compleat itaque director naturae, deus, languorum ſanator ſolus, rore ſuì ſpiritus ad expoſitionem *cauſae tanti morbi ignoti ad eiuſque curam* intellectum ſenectutis meae clarificet, ingeniumque meum illuſtret.

Propter admirari Graeci et Aegyptii inceperunt philoſophari, ex qua admiratione ſtudium philoſophiae cepit exordium, Nam cum homo intellectualis eſſe dicatur, et eius intellectum compoſitiuum atque diuiſiuum rerum eſſe aſſeratur, ex compoſitione aut diuiſione admiratio ſequitur, cauſaque earum ignoratur. Per quam quidem admirationem ad inquiſitionem cauſae peruenitur, in qua vnum alteri comparatur. Per id, quod notum eſt, ad notitiam ignoti deuenitur. Volenti ergo philoſophari vehementer de admirabilibus philoſophiae ſumme neceſſarium eſt admirari, quae in ſingulis partibus philoſophiae pertractantur. Amplius ſciendum eſt pro declaratione noſtri dubii, quod in qualibet ſcientia, cuius ſunt principia cauſae et elementa, intelligere et ſcire oportet ea, quae in tali ſcientia tractantur vel conſiderantur ex cognitione eorum. Nam opinamur vnum quodque ſcire, dum principia eius cauſas et elementa cognoſcimus, quia tunc ſcimus illa, cum cognoſcimus principium, a quo eſt, et cauſam, propter quam eſt, et elementa, per quae et ex quibus eſt. Et ſcire debes pro praeſenti ſpeculatione, quod per principium intelligi debet cauſa efficiens, quae eſt principium, vnde motus, et per cauſam intelligenda eſt cauſa finalis, quae eſt principaliſſima cauſarum, et per elementa intelligendae ſunt cauſae formales et materiales, quae ingrediuntur rei conſtitutionem, et ſic haec tria habent ſe quodam ordine, ita, quod principium eſt communius, quam cauſa, et cauſa eſt communior elemento. Etiamque intelligendum eſt, quod differentia eſt inter intelligere et ſcire. Nam intelligere pertinet ad ſimplicem apprehenſionem intellectus, ſecundum quam formatur definitio. Scire autem pertinet ad intellectum diuidentem, et componentem, et discurrentem de notis ad ignota, ergo ſequitur quod, cognitis praedictis, ceſſat omnis admiratio de quacunque re.

Aduertendum tamen eſt, quod non contingit, nos aliquid ita perfecte ſcire, ſicut Deus aut intelligentia, quia lumen intelligentiae clarius eſt et perſpicacius, quam lumen noſtri intellectus, et per conſequens omnia clarius videt. Amplius attentione dignum eſt, quod noſtra cognitio incipit via ſenſus, quia oportet vnumquemque intelligentem phantaſmata ſpeculari, et hoc ordine, quo ad nos, id eſt, demonſtratione, quia natura propter reflexionem noſtri intellectus ad ſenſum omnis noſtra cognitio inchoari habet via ſenſus, ad ampliorem declarationem huius dicti tribus modis contingit veram notitiam fieri ex alia notitia. Primo modo *abſtractiue*, quod ex notitia ſubſtantiae ſenſibilis abſtrahimus notitiam ſubſtantiae ex ſe, quae abſtractio conſiſtit in intellectione ſubſtantiae, non intelligendo ſenſibilia, quibus ſubſtat. Secundo modo *elicitiue*, videlicet ex notitia ſenſibilium elicitur aliqua notitia, non ſenſibilis, nunquam ex ſenſibilibus innoteſcens, ſicuti ouis ex ſenſatione lupi elicit ſpecies inimici etc. Tertio modo *obiectiue*, et ſic notitia intellectiua fit ex ſenſitiua. Nam dicit Aristoteles *tertio de anima*, quod ſicut color et obiectum viſus, ita phantaſma eſt obiectiuum intellectus, quia oportet vnumquemque intelligentem phantaſmata ſpeculari. Intelligendum autem eſt, per ea, quae notata ſunt ſuperius de cognitione rei ignotae, deuenire ad eius cognitionem per admirationem vtique, quae in partibus philoſophi pertractantur. Et ſic de mirabilibus, philoſophiae ſumme neceſſarium eſt, admirari taliter, quod id enim, quod notum eſt, ad notitiam ignoti perueniat. Sicque etiam in medicina contingit, quod per admirationem alicuius aegritudinis nobis ignotae deuenire poſſumus ad cognitionem ipſius, *ſicut euenit hoc tempore.*

Scilicet ab anno 1494. *vſque ad praeſentem annum* 1499. *adhuc eſt affligens quidam morbus, qui a vulgo in ciuitate romana appellatur morbus gallicus, hac ratione, quod multi Gallici, ad hanc peruenientes vrbem a ſua regione Gallica, hoc morbo infecti, infectionem huius morbi portauerunt, et multitudinem gentium iſtius vrbis per contagium cruciauerunt. Et etiamque poſt dies notitiam habuimus, quod iſte morbus gentes multorum climatum inuaſit, ſicque diuerſu nomına de eo impoſita fuere.*

Idcirco dicendum eſt, quod hic morbus non peruenit ſolum a contagio, ſed vera cauſa eius magis appropriata fuit aliqua influentia ſtellarum erraticarum, quae nobis viſum et certificatum ſtetit fuiſſe cauſam diuerſitates coniunctionum planetarum et eclipſes ſolis, etiamque lunae etc quas inferius ipſas in caſu ſecundo de cauſis demonſtrauimus.

Propterea *de hoc morbo*, nec de *cauſa efficiente formali, materiali, nec* antiqui, nec moderni *medici certam cognitionem dederunt*, nec *de nomine* et *quidditate eius* aliquid veridice dixerunt, nec ſcripſerunt, verum quod Ipocras et Ioannes Alexandrinvs commentator *ſecundo epidimiarum* de quibusdam morbis nominatis *phimata* et *exanthimata* dixerunt, quod

phimata

phimata ſunt a profundo carnis aggredientia et carnem corrodentia, *exanthimata* vero ſunt, quae cutem ſolum laedunt etc. Sed in veritate *in hoc morbo* nunc nominato ab AVICENNA *non ſunt talia et conſimilia ſigna, ſicuti in morbo gallico*, ſi bene dicta AVICENNAE et IOHANNIS ALEXANDRINI ſcrutatus fueris. Veruntamen PLINIVS libr. XXVI. *capite primo* ſcribit de quodam morbo, qui graece *lichene* appellatur, latine autem *mentagra*, quoniam a mento incipit. Cuius verba ſunt haec. *Senſit et facies hominum nouos omnesque aeuo priori incognitos non Italiae modo, verum etiam vniuerſae, praecipue Europae vniuerſae, morbos tunc quoque, nec tota Italia, nec per Illiricum Galliaſue aut Hiſpanias magno opere vagatos, aut alibi, quam Romae circaque ſine dolore vllo aut ſine pernicie vitae, ſed tanta foeditate,* vt *quaecunque mors praeferenda eſſet* etc. Sed de hoc quoque morbo fecit mentionem MARTIALIS *libro XI. Epiſtola ad Baſſum* ſic ait: *Non vlcrus acre* (id eſt, morbus acerrimus) *puſtulaeque lucentes* (id eſt, puſtulae, quae plenae ſanie lucent: tales ſunt in hoc morbo) *nec triſte mentum* (id eſt, aegrum mentum, quia prius incipiunt puſtulae a mento,) *ſordidique lichenas*, (id eſt, foedi, quia iſte morbus eſt foediſſimus. Idem MARTIALIS *libro primo, epiſtola de* FESTO; qui ſe interfecit propter nimiam paſſionem iſtius morbi, ſic ait:

Indignas premeret peſtis cum tabida fauces,
Inque ipſos vultus ſerperet atra lues,

id eſt, haberetur et iret atra lues, id eſt, morbus iſte foedus et contagioſus. Nam conſtat eſſe contagioſum, ideo MARTIALIS ſupra ait, *peſtis tabida*, id eſt, contagioſa. Oſtendit enim PLINIVS *libro* et *cap.* ſuperius dictis, quod iſte morbus fuit in medio imperii TIBERII CLAVDII Imperatoris et ſecundum MARTIALEM *XI. Epiſtola ad Baſſum*, hic morbus peruenit ad tempora DOMITIANI Imperatoris, et iſtum morbum PLINIVS et MARTIALIS graece nominauerunt *lichenas*, latine autem *mentagram*, quoniam a mento incipit. Ipſi autem dicunt, quod iſte morbus eſt acerrimus et foedus, incipiensque a mento, et totam faciem occupans, praeter oculos. Poſtea vero deſcendit in colla, et pectus, et manus foedo cutis furfure. Sed ſecundum MARTIALEM puſtulae in dictis locis erant *lucentes*, id eſt, plenae ſanie, quae eas lucere faciebat. Sed ſecundum PLINIVM hic morbus erat foedus et ſine dolore quidem vllo aut ſine pernicie vitae, ſed tanta foeditate, vt quaecunque mors praeferenda eſſet. Idem PLINIVS in *libro* XXVI. cap. IIII. ponit multa remedia contra hunc morbum. Haec ſunt ſigna, quae praedicti doctores de hoc morbo ſcripſerunt; veruntamen inter ipſos eſt differentia, quoniam PLINIVS dicit, quod in tali morbo nullum dolorem patiuntur, MARTIALIS vero nil de dolore dixit, ſed ſcribit, quod *papulae* erant *lucentes*, id eſt, plenae ſanie. In his autem ſignis ſunt differentes, in aliis vero concordant. Propterea nobis neceſſarium fuit inquirere, ſi dictus morbus, a PLINIO et a MARTIALI graece vocatur *lichenas*, vel latine *mentagra*, ſit *ſimilis morbo contingenti in iſto temporis concurſu ab anno* 1494. *vsque ad finem anni* 1499. *et per amplius tempus gentes inficientur.*

Ad hoc declarandum attentione dignum eſt, *quod morbus nunc contingens eſt foedus, importans diuerſa accidentia, praecipue dolores acerrimos et acutiſſimos, vt in pluribus. Sed aliqui nullum dolorem patiuntur, ſed habent puſtulas diuerſorum modorum in magnitudine et paruitate. In aliquibus* enim *ſunt multae numero, in aliisque paucae, et in aliquibus iſtae puſtulae occupant totum caput et totam faciem, ſed omnia alia membra totius corporis ſunt munda. In aliis totum ventrem occupant, et nil in aliis membris totius ambitus corporis euenit. In pluribus* autem *occupant coxas et tibias, et ſimiliter in aliquibus iſtae puſtulae per totum corpus deſeminantur* etc.

Pro integra doctrina iſtius morbi foedi et occulti, quantum ad cognitionem eius, nobis neceſſarium eſt inquirere, quid rei, et quid nominis ſit dictus morbus. Secundo faciemus notitiam, ex quo humore vel ex qua materia antecedente et coniuncta cauſſatur iſte morbus foedus ei occultus. Tertio clarificationem intendimus facere de cauſis generalibus et particularibus aduentus huius morbi. Quarto ponemus ſigna communia et propria aduentus ipſius, deinde prognoſtica ad bonum et ad malum. Quinto curam praeſeruatiuam et curatiuam ſcribere volumus. Sexto de correctione accidentium, et permaxime de remotione doloris prouenientis in diuerſis membris corporis notitiam demonſtrabimus. Secundum hanc diuiſionem datam ponemus capitula.

CAPITVLVM I.

In quo demonſtrabitur, quid nominis, et quid rei ſit iſte morbus occultus et foedus.

Circa primum capitulum aduertendum eſt, quod nominis praedictus morbus dicetur.

Licet enim a PLINIO et a MARTIALE in morbo contingente illo tempore ab ipſis ſcripto dicebatur graece *lichenes*, latine autem *mentagra*, attamen quia iſte *morbus nunc contingens eſt differens ab illo*, aliud nomen imponemus in ſequendo ipſius morbi quiditatis veritatem ad inquirendum huius morbi nomen et quiditatem. Dignum ergo eſt redire ad ea, quae dicta ſunt ſuperius, videlicet quod ex admiratione ſtudium philoſophiae cepit exordium, per quam admirationem, per id, quod notum eſt, ad notitiam ignoti peruenitur, ſicut in ſingulis partibus philoſophiae demonſtratur, eodemque modo in ſingulis medicinae partibus per admirationem rei ignotae, per rem notam fiet demonſtratio. Itaque per notitiam morbi ignoti neceſſarium eſt peruenire per ea, quae nobis nota ſunt, vtique per accidentia, morbum inſequentia. Veruntamen ad ſciendum nomen et quiditatem ipſius morbi cruciantis iſto tempore homines, fundamentum accipiemus ab AVICENNA *prima primi d. primo cap. primo de ſubiectis medicinae paragrapho*, vbi inquit, *quod ſanitas et aegritudo et earum cauſae plerumque ſunt manifeſtae, plerumque occultae, quae non ſenſu, neque niſi per ſignificationes accidentium comprehenduntur.*

Sequitur ex hoc textu, quod, ſi aliqua aegritudo ſit ignota et occulta, non poteſt ſciri, nec cognoſci demonſtratione propter quid, ſed demonſtratione, ſcilicet quia ex ſignis ſiue effectibus, ergo cognitio aegritudinis et ſuarum cauſarum ſcitur per accidentia communia et propria, quae conferunt ad cognoſcendum quidem, quid eſt res, vt *in prohemio de anima* ARISTOTELES. Sequitur ex hoc, quod non eſt neceſſarium medico cognoſcere aegritudinem ſolum, in quantum aegritudo eſt, quia ipſa nota eſt per ſenſibilem operationum laeſionem, quam facit in corpore humano, vt AVICENNA et GALIENVS in pluribus locis, ſed debet ſcire eſſentialiter aegritudinem occultam et ignotam nobis per accidentium ſignificationes, quae ſunt ſigna medico faciendo veram notitiam morbi et cauſae eius. Idcirco bene dixit AVICENNA, vbi ſupra, quod ſanitas et aegritudo, et eorum cauſae plerumque ſunt manifeſtae, plerumque occultae, quae non ſenſu, neque niſi per ſignificationes accidentium comprehenduntur.

Veniendum igitur eſt ad rem *nunc concurrentis morbi et affligentis multitudinem hominum, qui nobis occultus eſt, et ignotus pluribus.* Licitum enim eſt habere notitiam eſſentiae et quiditatis morbi per accidentium ſignificationes, quae notificant nobis eſſentiam et quiditatem morbi per effectum, quem inducunt.

Nam hic morbus per haec accidentia in principio demonſtratur.

Aduertendum igitur eſt, quod *omnes ſignificationes accidentium dicti morbi occulti magis ſignificant ſuper diſpoſitione contra naturam tertiae ſpeciei variolarum, quae eſt aluhumata*, quam ſuper alias diſpoſitiones contra naturam omnium puſtularum apparentium in cute totius ambitus corporis. Vtique *morfea, albaras, alguada, alguaſen, pani, lentigines, ſanguis mortuus, gutta roſacea, ſcabies, ſerpigo, impetigo* et *malum mortuum*, et conſimilia, et omnes ſunt infectiones cutis maculoſae, quia non differunt iſtae infectiones, niſi in magnitudine et paruitate, in ſitu et colore, et multum in materia. Et nota, quod iſtae infectiones quandoque ſunt planae, et non habent inaequalitatem, nec vlcerationem. Si ſunt nigrae, vocantur *morfea*: Si albae, *albaras*: Si rubeae, *gutta roſacea*. Si magnae, vocantur *panni*: Si paruae, *lentigines*: Si vero non ſunt planae, ſed inaequales et vlceratae, vocantur *ſcabies*, *ſerpigines* et *impetigines*,

gines. Tamen omnes infectiones cutis inaequales et vlceroſae *ſunt de ſumma bothor vlceroſorum*, incipientesque paruae, leues, diuiſae in multis locis, deinde vlcerantur vlceribus ſquammoſis et furfuroſis, quandoque apparentibus, quandoque occultis. Et quae ſunt fixae, dicuntur *ſaphati*, et quae ſunt mobiles, *impetigines*, quia ſerpigines hinc inde mouentur, quae a vulgaribus dicuntur *ignis volaginus*. Haec dicta innuit AVICENNA *fen ſeptima quarti tract. 4. cap. 9.* Lege igitur AVICENNAM, et videbis differentiam inter iſtas infectiones cutis. Propterea non curamus in his ſermones prolongare. Veruntamen quia *ſaphati eſt de ſumma bothor vlceroſorum, et habet ſimilitudinem quandam cum iſto morbo nunc concurrente* per ſigna poſita ab AVICENNA *fen. 7. quarti tract. 3. cap. primo*, vbi inquit: *Saphati quidem incipiens eſt bothor paruae, fixae, lenes, diuiſae in numeratione locorum, deinde vlcerantur vlceribus cruſtoſis, et ſunt ad rubedinem decliues, et quandoque emittitur virus, et nominatur* reſtengi, ſaphati humida: Et quandoque incipiunt ſanie fixae, et multoties apparet in hieme, et aufertur velociter. Et cauſa quidem ſaphati eſt humiditas mala, acuta, corroſiua, quae permiſcetur ſanguini; et humores fiunt groſſi, mali; Quare groſſum fit apoſtema, quod exſiccatur ſubtile. Cauſa eius, quae de ea ſicca eſt, eſt humor melancolicus plurimus, cui permiſcetur humiditas acuta: Quare expellitur ad cutem, et corrumpit et corrodit eam. *Balguati* eſt de genere ſaphati malae. Sed *aluati* ſunt vlcera melancolica, quae apparent in cute ex eadem materia, ex qua fiunt variolae, et appropinquat cura eius curationi earum. Veruntamen *ſcabies* eſt infectio cutis maculoſa, aliquotiss ſquamoſa, aliquoties pruriginoſa, aliquando ſicca, aliquando humida, aliquando ſquamoſa, vt plurimum in exterioribus magnam partem cutis omnium membrorum occupans. Cauſa ſcabiei ſunt humores corrupti, in hepate generati, qui conuerſi in fumoſitatem et vaporem a virtute regitiua in corporis ſuperficiem expelluntur. Vnde ſi vapor fuerit multum ſubtilis, euaporatur inſenſibiliter: Si autem non fuerit in tanta ſubtilitate, et pori fuerint depreſſi, conuertuntur in ſudorem. Si autem fuerint groſſi, generatur ſcabies: Si corruptio augmentatur, cauſatur pruritus; Si plus fortificatur, generatur ſcabies: Si plus, ſcabies foeda: Si plus, *impetigno* et *ſerpigno*, ſique malum mortuum, eſt quaedam ſpecies ſcabiei, quae oritur ex melancolia naturali, aduſta, ex permixtione flegmatis ſalſi cum liuore et nigredine et puſtulis cruſtoſis magnis, foedis cum ſanie et aerugine, et cum quadam inſenſibilitate, et cum turpi forma in coxis et tibiis frequentius aduenientes, idcirco, quia omnes dictae infectiones, contra naturam aduenientes, in cute corporis humani, praecipue vlceroſae, et permaxime ſaphati, ſunt ſignificationes, id eſt, *ſigna quaſi conſimilia morbo nunc concurrenti*, Propterea aliqui medici voluerunt dicere et affirmare *eſſe ſaphati*, ex eo, *quod habet puſtulas cruſtoſas, diuiſas in numeratione locorum* etc.

Sique in veritate alia ſigna habet *morbus iſte nunc concurrens, dictus et nominatus aluhumata* a), *quia alia accidentia*, id eſt, *ſigna, ſunt in hoc morbo, quae non reperiuntur in omnibus infectionibus cutis vlceroſis, nunc in ſaphati, neque in malo mortuo*, et hoc demonſtrabo auctoritate AVICENNAE *p. d. p. p. cap. de ſubiectis medicinae*, inquientis. „Ea autem, de quibus formando rationari debet, id eſt, docere, medicus, ſunt aegritudines et earum cauſae particulares, et earum ſigna, et qualiter aegritudo remoueatur, et ſanitas conſeruatur, et cuiuscunque eſſe earum occultum fuerit, ad illud declarandum demonſtrationem afferre debet, ipſum diuidendo, numerando et complendo etc.„ Intelligit enim AVICENNA ſecundum expoſitionem. GENTILIS huius textus, quod quoniam aegritudines et earum cauſae particulares ſunt occultae per ſua accidentia propria et communia, quae ſunt ſigna medico aegritudinum et cauſarum earum, cognoſces aegritudines particulares, diuidendo, numerando et complendo.

Concludamus ad propoſitum *dicti morbi occulti nunc concurrentis. Intelligimus enim, iſtum morbum eſſe tertiam ſpeciem variolarum, nominatam aluhumata, ſcilicet diuidendo, enumerando et complendo, vt diuidendo ſigna propria*, quae ſunt accidentia infirmo patienti hanc aegritudinem, et ſigna communia, quae ſunt accidentia patienti omnes infectiones vlceroſas contra naturam, et alias non vlceroſas in cute corporis, praecipue *ſaphati, quae quaſi conſimilia ſigna habet.* Veruntamen *alia ſigna ſunt in habentibus aluhumata*, quam in patientibus infectionis cutis vlceroſas, vt in malo mortuo. Etiam diuerſa ſigna ſunt in variolis et morbillis, ſicut ſuperius demonſtratum fuit, et alia accidentia, id eſt, *ſigna habet hic morbus aluhumata, quae non habent ſupra dicti morbi, per maxime, quia patiuntur iſtud accidens acerrimum, ſc. dolores in diuerſis quartibus membrorum acutiſſimos.* Et conſimiliter ſunt alia ſigna diuerſa a dictis morbis cutis vlceroſis, et ſic facta diuiſione ſignorum, ea enumerando et complendo dicimus et facimus concluſionem, *quod eſt tertia ſpecies variolarum, quam doctores nominant aluhumata*, et eſt alia ab aliis infectionibus cutis, et hoc demonſtrabimus, quando ſcribemus de cauſis generalibus et particularibus huius modi morbi, propterea quod aliae cauſae generales et particulares, quae cauſant praedictum morbum, differentes ſunt a cauſis inducentibus alios morbos cutis vlceroſos. Ex his dictis demonſtratum eſt, quid nominis, et quid rei ſit iſte morbus occultus et foedus.

CAPITVLVM II.

In quo notitiam facimus, ex qua materia antecedente vel coniuncta cauſſatur iſte morbus foedus et occultus.

Ad huius modi capituli elucidationem primo eſt neceſſarium declarare *duas ſpecies variolarum*, antequam *de tertia ſpecie* notitiam faciamus, ſcilicet *de aluhumata*, taliter, vt per illas duas ſpecies veniamus in cognitionem tertiae ſpeciei, ſcilicet *aluhumata.* Et primitus conſiderandum eſt, quod in omni generatione variolarum ſit aliqua ebullitio in ſanguine, et huius ſignum eſt febris continua concluſa. Eſt etenim ebullitio duplex, vna, qua fit rei ebullientis rectificatio, ſicut ebullitio muſti, cum fit vinum depuratum, alia, qua fit rei ebullientis corruptio, vt cum ebullit vinum, et fit acetum. Et ebullit ſanguis per putrefactionem, et fit fex malancolica, et has duas ebullitiones notat AVICENNA *in cap. de variolis et morbillis*, ſanguis quod ſiue ebulliat ebullitione ſeparatiua, ſcilicet perfectiua, ſiue ebullitione corruptiua, fit aliqua ſeparatio in omni ebullitione. Perfectiua fit ſeparatio partis bonae a mala, in ebullitione vero corruptiua fit ſeparatio humidi a ſicco, vnde terminus putredinis eſt incineratio. Secundo conſiderandum eſt, quod materia, ex qua fit ebullitio in variolis et morbillis, eſt ſanguis, et eſt duplex: vnus, qui eſt ab vtero materno, et hoc eſt, quod dicit AVICENNA in textu. Illa ebullitio fit in reliquiis nutrimenti ſui menſtrualis. 1) in ſanguine, qui derelinquitur in foetu ex menſtruo mulieris, quod menſtruum colligitur in matrice tempore impraegnationis. Et variolae, quae fiunt in ebullitione huius ſanguinis, concomitantur omnem hominem, ſicut omnem hominem concomitatur infectio menſtruoſi ſanguinis, ex quo omnia membra ſimplicia nutriuntur. Alius ſanguis ebullitioni aptus, qui eſt etiam rectificabilis per ebullitionem, eſt ſanguis aggregatus ex malis cibis, ſicut ex multo inconſueto vſu lactis equi vel cameli, vel aliis cibis malis, generaturque in membris foedus ſanguis, qui eſt ſimilis ſanguini menſtruali mulierum, quae habent partes groſſas, fecales et partes malas aqueas crudas, vnde in eius ebullitione fit eius rectificatio. *Et variolae, quae fiunt ex hoc ſanguine, eueniunt quibusdam hominibus, et ſecundum hoc aliquis poteſt variolari bis.*

Ad clarificationem veritatis *generationis variolarum et morbillorum* eſt notandum, quod variolae et morbilli fiunt vt plurimum ex materia ſcilicet ex reſiduo nutrimenti menſtrualis, quia plurimus eius euentus eſt ab iſta cauſa materiali, et raro eſt, quod inuenimus quanquam iſtum effectum non poſſe reduci, niſi in iſtam cauſam. Notum etenim eſt *nobis ſenſu, non inuenire*, hominem fere, qui hanc paſſionem euadat, licet diuerſificetur in modo et quantitate exitus eorum; Pauci enim ſunt, qui euadant, niſi monſtruoſe. Aliquibus enim in ſecundo, vel ſexto, vel ſeptimo annis euenit, ab aliqua cauſa communi prouenit, et non eſt cauſa vſus lactis, quia tunc non eueniret omnibus hominibus, niſi aliquibus. Ita

a) Ita prae ceteris PISTORIS.

Ita amplius nulla poteſt eſſe cauſa communis, niſi ex materia communi, menſtruali, fieret.

Modus autem generationis earum variolarum et morbillorum eſt talis. Sanguis enim menſtruus, qui de menſe in menſem expellitur in mulieribus, eſt ſanguis ſuperfluus, aquoſus, non bene maturus, et ideo aptus ebullire. Si ergo infans ipſo nutritur, tunc ipſe ſanguis eſt malus, infectus, ſtans in venis eius, et inficit ſanguinem, qui generatur in puero extra vterum, vt exlacte vel ex cibis aliis. Similiter membra pueri ſi ſunt facta vel augmentata ex ipſo ſanguine malo menſtruali, diſponunt ſanguinem, qui continuo nutrit et augmentat membra pueri, vt ſit aquoſus, crudus, etiamque ebullitioni aptus. Amplius dicere poſſumus, quod ſanguis menſtruus, retentus in matrice tempore impraegnationis, inficit qualitatiue ſanguinem foetus et membra: Vnde in ſanguine et eius nutrimento remanet aquoſitas et cruditas, indigentes ebullitione ſiue habentes aptitudinem ad ebullitionem, vt rectificentur.

Aduertendum tamen eſt, quod iſtae quidem materiae, quamdiu ebulliunt, ebullitione depurante ſanguinem in materia acquiſita aut ex malacia nutrimentorum in tempore, ex infectione exiſtente in ſanguine vel in membris, poſtea acquiſita tenent in corpore ratione cauſae antecedentis, et poſtquam ad cutem ſunt expulſae, tenent rationem cauſae coniunctae. Vlterius notandum eſt, quod non ſolum ſanguis inficitur in venis per menſtruum, vt aliquid eius remaneat ſuperfluitatis et cruditatis, taliter qui in poſterum ebulliat, ſcilicet ſola infectio qualitatiua ſufficit, ſicut ipſe Zoar *b*) per exemplum demonſtrat, dicens: *Nam vaſa vitrea, quam longinqua ſunt ab infuſione et imbibitione rerum liquidarum, quae ponuntur in eis, tamen videmus, quod longinquitate temporis recipiunt infectionem et inbibitionem a fermento, poſtquam ibi factum fuerit*, et *continuat per tempora longa, ita, quod poſt multam inbibitionem ſi poſueris ibi paſtam azimam, fermentabitur absque fermento aliquo, quod non fiet in vaſe nouo.* Et nota ſecundum Gentilem, *quod doctores medicinae in omni dubio aliquid dixerunt, niſi in hoc dubio, videlicet, quanto tempore poteſt aliquis humor remanere in corpore, ſiue ſit humor naturalis, ſiue humor praeter naturam.* Veruntamen Galieno inuenimus dicere *in libro de euchymia et cacochymia*, quod malum regimen, factum in iuuentute, apparet in ſenectute, et hoc poteſt eſſe per remanentiam qualitatis absque remanentia eiusdem humoris. Inuenimus etiam, quod cholera iuuentutis poteſt inueniri in prima ſenectute, vt intelligitur a Galieno *in comm. Amphor. tertiae particulae*, vltra vero hanc aetatem.

Et Avicenna *cap. de ſignis emetriti*, cum dicit, aut fiat ſenex poſt iuuentutem et acuitatem complexionis, non apparet aliqua via probabile, quod tempus remanentiae humoris in corpore humano poſſit comprehendi in ſua latitudine, ſcilicet creditur *hoc eſſe ſcibile, non ſcitum*, vel hoc non eſſe ſcibile, ſicut non ſunt ſcibiles proportiones irrationabiles, vt apparet quanto Evclidis *commento tertio.*

Amplius notandum per intelligentiam ſupradictorum, quod non oportet illum ſanguinem menſtruum, qui tranſiuit in foetus, et ille foetus, qui eſt infectus ab illo ſanguine menſtruo vsque ad aduentum variolarum, non remaneret tamen corpulentia ſanguinis menſtrui, ſed ſufficit, quod remaneat ſucceſſiue illa infectio, ſicut *ſi aliquis concipiatur prima die, qua mulier incipit menſtruari, fiet leproſus anno* 12. *et ſi concipiatur die ſecunda, fiet leproſus* 13. *anno vsque ad* 14. *Si concipiatur tertia die, fiet leproſus* 26. *anno vsque ad* 36. *et ſi concipiatur die quarta ſuae menſtruationis, fiet leproſus* 37. *anno vsque ad* 48. *annum*, vt dixit Azaravi *c*) *cap. de lepra.* Tamen non eſt imaginandum, quod totus ſanguis menſtrui remaneat toto illo tempore, ſed remanet infectio, quae tali tempore inducere poteſt talem effectum.

Aduertendum etiam eſt, quod omnia membra ſimplicia melancolica, vtique panniculi, nerui et muſculi, et alia membra neruoſa, nutriuntur ſanguine malencolico, fecali, terreo, parumque habentes de ſuperfluidatibus aquoſis fluidis et humidis, ideoque ſanguis, qui eſt ad nutritionem illorum membrorum malencolicorum, eſt malencolicus, terreus, fecalis, et ex eo remanet aliquid ſuperfluum nutrimenti malencolici. In poroſitatibus membrorum etiamque remanet ſanguis terreus, infectus ab hac materia malencolica terrea, quae non apta eſt ebullire a quacunque cauſa, nec ſanguis ebullitionem habebit in venis, quia materia malencolica terrea non apta eſt, vt ebullitionem ſuſcipiat, et per conſequens non euenit in ſanguine febris ſynocha vel ſynochus, ſicut euenit in variolis et morbillis.

Vide ergo *cauſam, quare in hoc morbo nunc concurrente, videlicet aluhumata, raro eſt febris in corporibus patientibus illum, et ſi in aliquibus ſequatur febris, eſt propter aliam cauſam.* Isach autem videtur ſentire, quod *materia menſtrualis*, quam ab vtero contrahimus, eſt illa, quae *facit omnes ſpecies variolarum, vel variolas, morbillos et aluhumata*, et talis materia per aliquas cauſas mouentes ipſas commouebitur, et illam taliter diſponunt, quod virtus corporis ſtimulatur et *mouetur ad expellendum variolas, et morbillos, et aluhumata* diuerſimode. Et iſtae ſunt aliquae cauſae exteriores, permaxime *aer corruptus*, peſtilentialis, et ex hac cauſa malignatur et mouetur natura, tunc virtus expellit eas. Propter hoc dicit Avicenna *fen prima quarti. d.* 4. *cap. VI. Et de hoc eſt, cuius cauſa eſt res adueniens extrinſecus, ebullitionem faciens occultam, quae permiſcet humores cum ſanguine commixtione ebullitionis exiſtente etc.* Gentilis vero in hoc textu duas facit expoſitiones. Prima eſt: *Nam cum dicit* Avicenna ebullire faciens, *tangit actionem, et in hoc, quod dicit occulta tangit materiam, ſcilicet occultos humores in nobis.* Secunda expoſitio Gentilis eſt, vt dicatur cauſa adueniens extrinſecus occulta, id eſt aliqua occulta diſpoſitio aeris, ſicut aliqua praua conſtellatio peſtilentialis, cuius cauſa eſt occulta.

Veruntamen ex aliqua diſpoſitione aeris peſtilentialis multum euenit multiplicari ſpecies variolarum. Permaxime et ſaepe numero euenit multiplicatio primae ſpeciei variolarum, quaſi in pluribus peſtilentiis. Aliquando in alia diſpoſitione aeris peſtilentialis eueniunt morbilli, quae eſt tertia ſpecies. *In aliqua* vero *aeris diſpoſitione occurrit tertia ſpecies, quae dicitur aluhumata, licet ipſa rariſſime eueniat*, quia iſta influentia, manans a conſtellatione occulta coeleſti, quam rariſſime occurrit in *cap. de cauſis* demonſtrabitur. Scilicet variolas et morbillos in prauis peſtilentiis viſum eſſe videtur antecedere. Ideo dicitur 18. *Continentis cap. de variolis: Variolae et blacerae d*) id eſt, *morbilli, ſunt de morbis, qui dicuntur nuntii etc.* Conſiderandum ergo eſt, qui ſanguis in nobis, quanquam eſt aptus ebullitioni effectiue, et ille non dicitur occultus, imo oportet illum manifeſtari, quia neceſſario ebullit, ſicut eſt ſanguis ab vtero contractus vel ex vſu ciborum generantium ſanguinem, illi conſimilem, quem oportet ebullire, *vt rectificetur*, licet in hoc ſit multa diuerſitas. Aliquando ſanguis non eſt aptus ebullitioni huic, quia de ſe eſt bonus, et per nullam ebullitionem rectificabilis, nec illa indiget. Ebullitio autem perfectiua ſeparat et dimittit ſanguinem purificatum, ſed in corruptiua ebullitione commiſcentur humores cum ſanguine, et in fine dimittit ſanguinem aduſtum et corruptum, et quamuis in actu ebullitionis ſanguinis ſit agitatio, ideo humores, qui ſunt cum ſanguine, commiſcentur ſecum, et quanquam in ebullitione perfectiua non abſoluatur ab agitatione, et per conſequens a permixtione dicta. Dicendum eſt, quod verum eſt, tamen finis eſt dimiſſio ſanguinis boni et completi, ſed e contrario euenit in ebullitione corruptiua, quia non remanet ſanguis bonus, ſcilicet finaliter cum corruptione terminatur, ſed non exſpectatur, quin vltimo corrumpatur ad hoc, quod efficiantur variolae, ſed expelli poſſunt ante hoc. Et ſi ſubtiliter ſcrutatus fueris Avicennam in textu *cap. de variolis*, iſta eſt ſententia eius.

Raro autem eſt, quod *in tertia ſpecie variolarum ſequatur ebullitio perfectiua vel corruptiua*, quia ſequeretur febris, et ratio, quia illa materia, exiſtens in venis vel poroſitatibus, membrorum malencolicorum non

b) i. e. Avenzoar.

c) Hensl. leg. *Alzaran*, magis *Alſaharavi.*

d) Leg. *blactiae.*

Aphrodiſiac.

non habet aptitndinem, vt ebulliat ratione materiae malencolicae terreae, quae non eſt apta de ſe ebullitioni, etiamque ratione priuationis ſuperfluitatis aquoſae, fluidae et humidae in ſanguine, quae erat cauſa ebullitionis ipſius per ſui exiſtentiam, et per ſui priuationem eſt e contrario. Similiterque eſt alia cauſa, quae a materia malencolica terrea tendens ad cineream non elenatur vapor putridus, perueniens ad cor, quae cauſſare poſſit febrem. Sequitur ex his, *quod in aluhumata vt plurimum non eſt febris*, (ex ſuperius notatis dictum fuit,) *nec in aluhumati generatione non eſt neceſſaria ebullitio ſanguinis.* Si hoc eſſet verum, ſemper requireretur in generatione variolarum ebullitio, cum rectificatur ſanguis malus ex reliqua nutrimenti menſtrualis, ſed ad rectificandum ſanguinem non requiritur ſemper ebullitio. Sufficiens eſt eius ſanguinis rectificatio per ſeparationem partium aquearum et terrearum facientium ipſum mundum. Talis ſeparatio poteſt fieri abſque ebullitione vel per actum virtutum attractiue, retentiue et expulſiue, ſicut a ſanguine ſeparatur colera malencolica et aquoſitas.

Dicamus ergo, quod poſſibile eſt, licet raro, quod, non praecedente ebullitione, fiant variolae et morbilli, *quanto magis aluhumata?* In ea enim ſequitur ipſius expulſio ad exteriora cutis corporis ſine ebullitione, ex eo, quod *aluhumata cauſatur ex malencolia fecali terrea*, quae non eſt apta ebullitioni propter rationes datas ſuperius. Hoc etiam apparet auctoritate AVICENNAE dicentis: *Et eſt, quod aliquando fiunt variolae, quas non antecedit febris.* Idem innuit RASIS 18. *Continentis.* Sequitur, quod non antecedit humori ebullitio. Veruntamen vt plurimum antecedit ebullitio, et concurrit ad generationem primae ſpeciei et ſpeciei variolarum. *Rariſſime concurrit in generatione tertiae ſpeciei, vtique aluhumata, ebullitio, nec febris.*

Vlterius eſt conſiderandum ad ampliorem elucidationem *huius morbi nunc concurrentis*, quod ſanguis pueri infectus ab vtero non ebullit, niſi ſuper acquiſito ſibi determinato modo ex gradu caloris, ſicut non ebullit muſtum, cum eſt expreſſum. Hic modus acutioris caloris non eſt in puero ſtatim, cum exit vterum: Iacet enim calor ſuffocatus et obtuſus ſub multo humido. Cum ergo per diſcurſum aetatis acquiritur talis modus in calore, ſiue agens hoc ſit cauſa extrinſeca, ſiue intrinſeca, tunc fit ebullitio et rectificatio, et fiunt variolae et morbilli, quia acquiſita hac diſpoſitione in calore diuerſificatur ſecundum diuerſitatem complexionum infantium et ſecundum diuerſitatem regiminis et aeris. Ideoque diuerſificatur tempus acquiſitionis huius caloris, et per conſequens tempus apparitionis variolarum et morbillorum. Et nota ſecundum ISACH circa ea, quae dicta ſunt, quod variolae fiunt in aetate prima puerili et adoleſcentiae, quia in illis temporibus homines ſunt guloſi, et inordinate ſumunt cibum, nec timent impreſſionem aeris. In aetate autem decrepita non fiunt variolae, quia impoſſibile eſt, quod illa materia permaneat vsque ad aetatem decrepitam, quin prius moueatur a cauſis occurrentibus in diſcurſu aetatis de pueritia vsque ad aetatem decrepitam, et ſi remaneret, iam eſſet aſſuefacta et connaturalis, et non ſic moueri poteſt a cauſis occurrentibus. Et confirmat hoc AVICENNA loco allegato, quod plurimum variola accidit infantibus, deinde iuuenibus, et minoratus eorum euentus in ſenibus, niſi propter cauſas fortes, quia non poteſt materia tanto tempore latitare, quin moueatur, aut ſi latet, aſſueſcit illi natura, et de ipſa non curat, neque agitat ad motum. RASIS *no.* 28. *Continentis* poſt multa de hoc innuit, quod ipſa eſt, quo poteſt reſeruari ad ſenectutem et ſenium. Ideo dicit NICHOLVS *e*): Ego *vidi variolas in ſenibus, etiam in decrepitis.* GENTILIS nominatus ſcribit, dicens; *Ego autem teſtor, me vidiſſe variolas in homine ſexagenario.* Ego PETRVS PINTOR teſtimonium facio, me vidiſſe in ciuitate Valentina hominem ſexagenarium variolas incurrere.

Similiterque aluhumata, quae eſt tertia ſpecies variolarum, non mouetur tempore pueritiae, raro autem in aetate decrepitudinis. Nam in pueritia materia, ex qua nutriuntur membra neruoſa, non ſunt tantum malencolica, neque terreſtria, quin non habeant aliquid de humido aquoſo. Et talis materia non mouetur a cauſa exteriori coeleſti, quia non habet conuenientiam cum influentia coeleſti proprietaria, permaxime coniunctionis SATVRNI et MARTIS, ſicuti in *cap. de cauſis* demonſtrabitur, quia illa influentia dicta mouet et irritat materiam melancolicam, exiſtentem in ſanguine et membris neruoſis de iuuentute vsque ad primam ſenectutem et finem eius, et ratio, quia tales materiae, exiſtentes in venarnm ſanguine et poroſitatibus membrorum neruoſorum, ſunt habentes maiorem terreſtritatem et aduſtionem, quam in aliis aetatibus. Tunc influentia illa conuenientiam cum dictis materiebus terreis habebit, ſicut per experientiam *in hoc morbo concurrente iſtis temporibus, nominato aluhumata*, nobis demonſtratum fuit. Quare autem in decrepitis rariſſime euenit iſte praedictus morbus, eſt ratio, quod in aetate decrepita iam illa materia melancolica per diſcurſum aetatum iam eſt aſſuefacta et facta connaturalis, et non mouetur ab influentia praedicta concurrente.

Amplius ad vlteriorem declarationem eorum, quae dicta ſunt, dicendum eſt, quod, quamuis iſta materia acquiratur in vtero, tamen, dum fetus eſt *in vtero, non accidunt variolae, nec morbilli, nec aluhumata*, propterea, quia iſta materia congeritur, et ſic quidem parum imprimit, et ſic aſſueſcit membris fetus, vnde nec eius malicia laedens percipitur, cum pauca ſit, etiamque membra fetus in vtero nondum facta ſunt, neque fortia virtutibus, permaxime in virtute expulſiua, quare non irritatur contra eam, et ſi irritatur, non praeualet contra eam. Poſt exitum ab vtero adhuc retinetur et tardatur expelli, quousque virtus fuerit confortata, et membra magis perfecta. Amplius aduertendum eſt, quod *materia* praedictarum *trium ſpecierum variolarum* in fetu ex diſpoſitione matricis *paulatiue congregatur*, et eſt mala, veruntamen *paulatiue aſſuefacta* eſt membris: Quare non ſentiunt membra ipſius nocumenta, niſi accidat, quod eam moueat, et contra naturam membrorum incitet aliqua cauſa fortis.

CAPITVLVM III.

In quo clarificationem intendimus facere de cauſis generalibus et particularibus aduentus huius morbi foedi et occulti.

Poſt declarationem ſecundi capituli, ex qua materia antecedente vel coniuncta efficiebatur iſte morbus foedus et occultus, veniendum igitur ad dilucidationem *cauſarum generalium et particularium.* Dicendum primo eſt *de cauſis particularibus intrinſecis* et *extrinſecis.* Conſiderandum ergo eſt, quod cauſae particulares efficientes omnem ſpeciem *variolarum*, ſcilicet *primam ſpeciem*, quae dicitur *variola*, et eius generatio eſt per viam ebullitionis, tamen quia ſanguis variolis eſt maioris quantitatis et humiditatis, ideo ebullitio plus variolis comparatur, et euenit ſaltem pluritate materiae ebullientis. Minus autem contingit in ebullitione ſanguinis colerici, ex qua prouenit *ſecunda ſpecies, quae eſt morbillus.* Minime ſequitur ebullitio in ſanguine groſſo et terreo, ex quo tertia ſpecies euenit, vtique *aluhumata.* *Efficiens* ergo *cauſa particularis* dictarum ſpecierum eſt calor additus calori ſanguinis, praecipue variolarum, qui per ebullitionem cauſatur in ſanguine aquoſo, humido, fluido, aliqua putredo, ſicut in ſynocho, vel per adauctam caliditatem, vel per adauctam caliditatem ſine putredine, ſicut in ſinocha inflatiua, qui calor ſanguini eſt extraneus, et quodammodo extrinſecus et innaturalis, et poteſt dici quodammodo naturalis, quia non eſt adueniens a cauſa extrinſeca primitiua. Et nota, quod calor agens hanc ebullitionem in ſuccis etiamque in ſanguine eſt quaſi naturalis, et hoc innuit GALIENVS *quarto de ſimplici medicina*, et fundamentaliter *quarto methaurorum* ARISTOTELES. Nam fructus, habentes mediam maturationem ſiue incompletam digeſtionem humidi aquei, per ebullitionem perficiuntur. In hac decoctione agens autem ſiue calor, qui perficit decoctionem in fructibus et in ſuccis, eſt duplex, videlicet *proprius* et *ſolaris calor.* Ergo quo ebulliunt ſucci, et quo fit in illis complementum digeſtionis, dicitur *naturalis* et *intrinſecus.* Dicitur autem *innaturalis* calidum continentis, quia ad hoc adiuuat propter incendium et inflammationem, quam addit in gradu proprio caloris fructuum et ſuccorum, et ſic vinum perfectum poſt ebullitionem non tenet illum gradum caloris accidentalem extrinſecum, qui erat,

e) i. e. NICOL. NICOLVS ſ. de NICOLIS medicus Florentinus, clarus ſeculo XV. mortuus 1430. aet. 73. auctor non contemnendus.

erat, quando bullitio fiebat. Similiter dicere poſſumus, quod in ſanguine ebulliente ebullitione perfectiua et rectificatiua eſt calor naturalis et innaturalis modis dictis.

Ideo dixit Avicenna *quaſi naturalis*. Calor enim ebullitionem faciens in muſto melius commiſcet partes quasdam ſiccas et terreas cum humido aqueo, et partes humidas cum ſicco, et per hoc fit complementum maturationis. Aliae autem partes ſuperfluae euaporant et ſegregantur, aliae vero partes ſiccae et terreae non commiſcentur cum humido, ſed ſeparantur, et fit fex, et ſic remanet vinum depuratum et bonum, et ſic ſequitur in ebullitione perfectiua ſanguinis, remaneat ſanguis bonus.

Veruntamen *talis cauſa intrinſeca et particularis raro poteſt commouere tertiam ſpeciem variolarum, ſcilicet aluhumata, niſi adueniens ſit aliqua cauſa occulta generalis, adiuuans ad mouendum et irritandum materiam terream et ſiccam aduſtam, exiſtentem in ſanguine vel in membris malencolibus totius ambitus corporis*, ſicut in notatis ſuperius ſcriptum fuit.

Secundae cauſae particulares ſunt *res extrinſecae*, inflammantes, facientes hanc ebullitionem, et *prima cauſa extrinſeca* eſt *ſtatio ſub ſole*. Nam quando homo exponit ſe ſoli forti, bullit eius ſanguis, et talis ebullitio non eſt perfectiua ſiue completiua, ſed corruptiua et permixtiua. Secunda cauſa eſt *ver permutatum* in ſuis qualitatibus, ita, quod ſit valde calidum et humidum, permutatum in ordine, ſcilicet ad hiemem, quia etiam putreſcit hiems calida et humida. Eſt etenim alia *cauſa particularis*, ſcilicet *materia acquiſita in matrice* aut poſtea in tempore generata malo curſu aetatis, mota a continente, etiamque a cibis et aliis non naturalibus rebus agitatur materia a natura, vt a corpore expellatur, vt dicit Isach. Idcirco Avicenna inquit: *Quandoque accidit in corpore ebullitio ſecundum ſemitam putredinis cuiusdam*. Non enim eſt de genere putrefactionis inducentis febres putridas aut corrumpentis membrum, in quo fit ebullitio, ſed eſt de genere ebullitionum, quae accidunt ſuccis ſcilicet fructuum herbarum: Ipſis enim quanquam accidunt talia accidentia ebullitionis, vt per ea partes eorum ſeparentur ad inuicem, ſicut accidunt in muſtis, vinorum, qui ebulliunt quandoque ex caliditate aliena, quandoque ex caliditate propria. Has enim cauſas extrinſecas innuit Avicenna, quando dicit in textu, et de hoc eſt, cuius cauſa eſt res adueniens et extrinſecus ebullire faciens, occultaque permiſcet humores cum ſanguine, mixtione exiſtente in diſpoſitione ebullitionis et ſtationis ſub ſole, ſicut accidit apud alterationem temporis, et proprie veris ab eo, quod pertinet ei de qualitatibus et ordine. Gentilis dicit, exponens hunc textum. *Nam quando* Avicenna, inquit, *quod ſanguis vadit commixtus in diſpoſitione ebullitionis, ſcilicet quando bullit, ſiue cum diſponitur per ebullitionem, ſed cum haberet eſſe, bulitum non iret commixtus, imo ſeparatus, quia incineratus*. Aliam dat Gentilis expoſitionem, dicens, quod ebullitio corruptiua aſſimilatur ebullitioni ſeparatiuae, quia in ebullitione perfectiua apparet maior permixtio a principio vsque ad finem, in quo incipit ebullitio, vnde mixtum, quando ebullit a principio ebullitionis, apparet magis turbidum, quam ante ebullitionem. Gentilis autem in hoc textu Avicennae exponit, vbi inquit: *Et de hoc eſt, cuius cauſa eſt res adueniens extrinſecus, ebullitionem faciens, occulta, quae permiſcet humores cum ſanguine etc.* Sed quia ſuperius in capitulo ſecundo diximus, breuiſſimo ſermone tranſeamus. Et nam primo, quando dicit Avicenna, *ebullire faciens*, tangit actionem, et in hoc, quod dicit, *occulta*, tangit materiam, ſcilicet occultos humores in nobis, videlicet ſtatio ſub ſole mouet humores occultos in nobis, ſicque accidit apud alterationem temporis et proprie veris, et aliis aeris mutationibus, et ex cibis vel medicinis calidis, balneis, exercitiis et ſimilibus commouentibus extrinſecus materias omnium ſpecierum variolarum, praecipue prima ſpecie, ſi ebullit ſanguis ſolus. Si ebullit ſanguis colericus, cauſatur ſecunda ſpecies, nempe *morbilli*; *Si* vero *illa cauſa extrinſeca ſit fortis, commouens ſanguinem, groſſum, terreum, cauſſatur tertia ſpecies*, videlicet *aluhumata*, ſed hoc veriſſime contingere poteſt.

Veruntamen *cauſae generales huius morbi occulti foedi ſunt cauſae extrinſecae occultae*. Propterea dicit Avicenna, cauſa adueniens occulta, vtique aliqua occulta diſpoſitio aeris, vt aliqua praua conſtellatio peſtilentialis. Propter hoc dicit Avicenna in *prima quarti* in *cap. de peſtilentia*, ſunt formae ex formis coeli facientes eſſe neceſſarium illud, cuius aduentus ignoratur, id eſt, occultatur medicis, ſicut largiſſime ſcripſimus in noſtro *tractatu de Peſtilentia*: Quare breuitatis cauſa non ſcribimus. Recurre ad illa dicta. Solum dicere volumus aliquid pro notitia dicti morbi. Idcirco conſiderandum eſt, quod quaedam influentia ſiue proprietas occulta eſt commouens materiam primae ſpeciei variolarum, et aliqua alia proprietas influentiae occulta eſt commouens materiam ſecundae ſpeciei, variolas vtique morbillos, et aliqua alia *proprietas influentiae occulta eſt commouens materiam tertiae ſpeciei variolas*, ſcilicet *aluhumata*, *et talis proprietas influentiae rariſſime euenit, et iſta generalis eſt cauſa extrinſeca, quae commouet et irritat materiam iſtius morbi foedi et occulti*. Ideoque de cauſa generali et particulari et modis cauſarum doctores nil ſcripſerunt.

Capitvlvm IV.

In quo demonſtrabimus veritatis cauſam dicti morbi aluhumata fuiſſe coniunctiones planetarum et ecclypſes ſolis et lunae, etiamque aſpectus eorum ante aduentum huius morbi. Tamen et etiam inuenimus incepiſſe anno 1483. et finis eius erit 1500.

Pro vera notitia huius capituli attentione dignum eſſe dicimus, quod *hic morbus cepit exordium anno* 1483. quia eo anno de menſe Octobris fuerunt quatuor planetae, videlicet Ivpiter, Mars, Sol et Mercvrivs, in libra, in domo aegritudinis, et ſignificauit aegritudinem ex corruptione ſanguinis et cholerae, et fuit ibi combuſtus Ivpiter eodem ſigno, et fuit ibidem coniunctio Iovis et Martis, et Martis et Mercvrii, et Martis et Veneris, Iovis et Mercvrii, et Iovis et Verreris de menſe Octobris. Die I. Nouembris fuit praeterea bis ecclypſata luna eo anno, tam in ſcorpione in domo aegritudinis *f*) combuſtus Satvrnvs, combuſtus Mercvrivs, coniunctus Satvrnvs et Mercvrivs, coniunctus Satvrnvs et Venvs, fuitque coniunctus Satvrnvs et Mars in vltima Nouembris, et ſic ſignificarunt corruptionem ſanguinis et colerae, et coniunctiones omnium humorum et *abundantiam humoris malencolici tam in viris, quam in mulieribus. Propterea cepit ipſe morbus in genitalibus virorum, praecipue in praeputio capitis virgae et in vulua mulierum*, quia ſcorpius habet dominium in his locis. Hac ratione ſignificauit in dictis locis aegritudines ex illa humorum corruptione et aduſtione tam ſanguinis, quam colerae, praecipue malencholiae, fuitque propterea vniuerſalis, non ſolum, quia libra et ſcorpius fuerunt infortunati et ſignificatores huius aegritudinis, ſed quia omnes planetae participarunt in ea ſignificatione in illis ſignis, et ſic omnes orbis partes planetis ipſis ſubiectae fuerunt infortunatae, participantes de dicto morbo, quia planetae ipſi fuerunt ibidem permixti et inuicem affecti, id eſt, *infortunati* nimirum, *ſi in omnibus corporis partibus hic morbus apparuit*, quoniam planetae ipſi in omnes corporis partes habent ſignificationem et dominium, et maxime in membris malencolicis, et fuerunt etiam tria ſigna infortunata, videlicet taurus, per coniunctionem Martis et Lvnae in prima domo reuolutionis anni. Infortunata etiam venere eius dominia per caſum et retrogradationem ex libra et ſcorpione per coniunctiones et permixtiones planetarum ſupra dictorum. Et quanquam etiam ſine reſpectu loci, figurae annique diuerſificatur ſecundum climata, permixtiones ipſae diuerſarum qualitatum planetarum vltra alia diuerſorum accidentium ſignificatae per influentiam et proprietatem ipſorum, neceſſario etiam ſignificant ſupradictorum humorum corruptionem et aduſtionem, quae omnia plenius et diffuſius in tractatibus Albvmasaris *g*) et Messahalae tractata inueniuntur. Nam Albvmasar dicit, quod coniunctio Satvrni et Martis ſignificat terribiles infirmitates.

 Cauſa

f) Hensl. leg. *In eius oppoſito fuit praeterea in eodem ſcorpione in ipſa domo aegritudinis combuſtus.*

g) Clarus ſec. IX. de quo v. Carrere Bibl. litt. T. I. p. 77. et Gesner Bibl.

Cauſa vero tantae *durabilitatis ipſius morbi* extitiſſe videtur, quum ſequenti anno 1484. dicta ſignificatio fuit fortificata ex infortunatis IOVE et SATVRNO in eodem ſigno Scorpionis. Nam vterque fiunt ibi combuſtus a SOLE et LVNA, venit ad oppoſitionem SOLIS, SATVRNI et IOVIS, et VENERIS, exiſtentium in eodem ſigno ſcorpionis. Et ipſi SATVRNVS et IVPITER ibidem corporaliter coniuncti fuerant, et ſic debuit in eo praedominari humor malencolicus ex ſignificatione SOLIS, SATVRNI et IOVIS, et ſigni ſcorpionis. Tertio vero anno 1485. facta fuit coadunatio planetarum, videlicet SATVRNI, IOVIS, MARTIS, MERCVRII et SOLIS in ſigno ſagittarii, et ibi coniunctus IVPITER, et ibidem coniunxerunt ſe corporaliter SATVRNVS et MARS, SATVRNVS et MERCVRIVS, et IVPITER et MERCVRIVS, quia fuit in Sagittario, ſignificauit corruptionem et aduſtionem humorum et abundantiam aduſtae colerae et melancholiae. Idcirco ipſa corruptio humorum et morbus ipſe debuit praeualere magis in colera aduſta et humore melancolico propter ſignificationes et qualitates ipſorum planetarum et ſigni ſagittarii, et ſic etiam fuit ſignificatio vniuerſalis reſpectu tot planetarum coniunctorum et affectorum, id eſt, infortunatorum. Anno autem 1486. idem confirmauit oppoſitio MARTIS et SATVRNI, exiſtentis in eodem ſigno ſagittarii, et coniunctio IOVIS et MARTIS in eodem ſigno. Item 1487. iterum confirmauit coniunctio corporalis SATVRNI et MARTIS, SATVRNI et MERCVRII, et MARTIS et MERCVRII, et IOVIS et MARTIS, et IOVIS et MERCVRII, per ſextilem et per combuſtionem SATVRNI et MERCVRII in eodem ſigno ſagittarii, et ſic ſignificata eorum ſe extendunt ad plures annos ſecundum gradus planetarum in ipſo ſigno. Item confirmata fuit anno 1488. per quadratum et oppoſitionem MARTIS et SATVRNI, exiſtentis in eodem ſigno ſagittarii. Etiam coniunctio ipſorum in capricorno 1489. ſignificare poteſt augmentum humoris melancolici, et eodem modo ipſorum oppoſitio anno 1490. et ſic per quadrata et oppoſitiones eorum et coniunctionem in aquario anno 1491. et 1492. Et *fuit facta confirmatio ipſius morbi per corruptionem ſanguinis et colerae, et conſequenter humoris melancolici.* Poteſt et etiam confirmari anno 1494. per coniunctionem IOVIS et MARTIS in eodem ſigno librae, *in quo incepit iſte morbus. Et haec ſatis ſufficiant ad ſignificationem principii huiusmodi morbi. Sed credimus duraturum eſſe morbum iſtum*, donec SATVRNVS *erit in tauro, et debere finiri anno* 1500. *quando* SATVRNVS *veniet ad ſignum geminorum, ſicque ipſum morbum duraſſe per annos XVII. numerando a principio morbi, ſcilicet ab anno* 1483. *vsque ad annum dictum* 1500. *propter gradus reſtantes in eo ſigno, vbi fuit coniunctio* SATVRNI *et* MARTIS.

Nec eſt mirandum, ſi non incepit hic morbus in Italia, Francia, Hiſpania, quoniam, vt diximus, habuit ſignificationem in toto orbe, et ſic habuit principium in aliis partibus orbis, *et ſi in his praenominatis locis non apparuit nobis dictus morbus* ex virtute ſupradictarum coniunctionum in ſignis. *Sed cum ratione alias potuit incipere anno* 1494. *in Italia et prae dictis partibus*, quoniam fuit coniunctio, vt ſuperius dictum eſt, IOVIS et MARTIS in ſigno librae, quia habet dominium in his partibus etiam IVPITER et MARS.

Veruntamen *ſunt aliqui, qui dicunt, praedictum morbum incepiſſe anno* 1496. *Id falſum videtur eſſe*, quia nullam habet rationem demonſtrandi huius dicti veritatem. Primo, quia *ex experientia viſum eſt ante incepiſſe per duos annos in praenominatis partibus*, videlicet *in Italia, Francia et Hiſpania*: deinde dicta *coniunctio*, quam ipſe adducit eſſe *principium huius morbi*, videlicet SATVRNI et MARTIS 16. *Ianuar.* 1496. *nullam penitus ſignificationem habet producendi hunc morbum*, quoniam fuit in piſcibus, in ſigno aquatico et fleumatico, qui habet ſignificationem in pedibus, et ſic nullam haberet ſignificationem ſupra humores aduſtos et melancolicos, neque etiam habet ſignificationem in ceteris membris corporis. Idcirco praedicta coniunctio hunc morbum ſignificare non poſſet, nec ex ea cauſa periclum aut damnum ſequeretur, quoniam SATVRNVS et MARS ſunt recepti a IOVE et VENERE, qui IVPITER et VENVS ſunt etiam recepti a SATVRNO et MARTE, et reſpiciunt ſignum ipſum piſcium ex trino et ſextili, et ſic omnem malitiam SATVRNI et MARTIS remouent tam per aſpectum, quam per receptionem, quia, recepta vera receptione, et ſic omnis ab eis malicia remouetur.

Reſtat amplius declarare modum iſtius morbi occulti, qui, vt in pluribus, a radice ſuperiori cauſatur, ſcilicet ex coniunctionibus ſeptem planetarum et ex eccliplibus SOLIS et LVNAE, et aliis influentiis: *Ideo morbus epidimicus appellari poteſt.* Idcirco manifeſte declarare intendimus, *per quem modum iſta particularis epidimia in hominibus contingit vel contingere poteſt, qui morbus pluribus fuit obſcurus.* Sed quia omnia iſta diffuſius ſcripſimus *in cap. IIII.* noſtri *tractatus de peſtilentia*, hic breui ſermone tranſeamus. Sed aliqua pro veritatis notitia dicti morbi dicemus oſtendendo *cauſam generalem huius morbi occulti, videlicet aluhumata, vt plurimum eſſe a radice ſuperiori, vtique a coniunctionibus ſeptem planetarum in ſignis.* Et ad hoc declarandum attentione dignum eſt, quod tribus modis videntur corpora ſuperiora in haec inferiora imprimere, vel pluribus eorum, vel omnibus ſimul, quorum vnus *modus* eſt *vniuerſalis*, alius *medius*, alius *particularis*.

Vniuerſalis vero *modus* imprimitur ſcilicet per lumen, vel per motum, vel per influentiam, et quamuis dictus morbus cauſari poſſit a motu et a luce, cum corpora ſuperiora his duobus modis in haec inferiora agere poſſunt. Vnde ſecundo coeli et mundi calor et lumen a corporibus coeleſtibus generantur. Natus eſt enim motus igni et ligna, et lapides, et ferrum, vt ſagittae liqueſcant plumbeae. Experimentum namque eſt, quando motus in ſuperioribus rebus et vniformiter ad vnam partem tendens efficitur, ſicut quando motus diuerſitatis conuenit cum motu longitudinis, hoc eſt, quando planetae fuerunt directae, aerem ad caliditatem mutari: Quando autem modus diuerſitatis fuerit in contrarium motui longitudinis, et cum ſunt retrogradi eo, quod motus hebetatur, ad frigiditatem et humiditatem diſponitur. Quod autem per lucem operantur, apparet, vt in coniunctione ſtellarum ſimul lumine multiplicato, ſicut multis eradiantibus ſpeculis, ſecundum plagam inferiorem illi ſuppoſitam percipiamus aerem ad caliditatem mutari, in quarum ſeparatione lumen diſpartito contrarium ſentimus contingere. Ea propter noctes plenilunii ſunt calidiores propter lumen lunae Quarto de partibus animalium. Luna enim eſt velut ſpeculum oblugubre, recipiens lumen a ſole vndique ſecundum partem nobis oppoſitam, vel vt alter ſol lumen transfundit ad haec inferiora.

Modus vero *medius* eſt, quando per complexionem operantur. Nam quaedam eorum dicuntur frigidae et ſiccae, vt SATVRNVS etc. quicquid dixerit commentator ſecundo coeli et mundi contra AVICENNAM, inquiens, ſtellas non agere in rei veritate frigiditatem et qualitates ſimiles vnicuique elementorum, quamuis ſibimet contradicat in de ſubſtantia orbis, dicens, quaedam vtique calidae et humidae, vt IVPITER etc. et easdem complexiones ſortiuntur ſtellae fixae cum planetis. Quarto quadripliti *. Intelligunt autem doctores complexionem non formalem eis inexiſtentem, ſed effectiue, quam tunc eſſent compoſita ex elementis contrariis per conſequens corruptibilis complexio planetarum eſſet. Ergo habent complexionem effectiuam, tendentem ad caliditatem et humiditatem, vt complexio humana, quam habet ex coalteratione membrorum principalium, quoniam proportionabuntur et ponderabuntur ad inuicem, et ſic complexio ſtellarum omnium ex dicta coalteratione earum ad calidum et humidum tendit.

Modus vero *particularis* eſt quidam influxus ſtellaris, vnicuique indiuiduo ab alio propria natiuitate fere differente aut reuolutione eiusdem inditus. Ideoque omnis planeta ſecundum diuerſitatem natiuitatis et reuolutionis vni exiſtit fortuna, aliis vero infortuna. Et hic quidem modus eſt ſic ſingularis et appropriatus, quod conuenit vni talis affectus, non conuenit alteri. Sequitur etenim ex his dictis, quod corpora ſuperiora agunt in his inferioribus alterum trium modorum vel pluribus eorum, vel omnibus ſimul, videlicet per lumen, vel per motum, vel per influentiam, ſicut dictum eſt ſuperius. Nam operantibus per lumen in inſtanti operantur, vel per motum, et ſic in tempore operantur, vel per influentiam, et ſic limitato et certo tempore operantur. Et nota, quod talis influentia eſt tota proprietas ſeu virtus ſpecifica eis conceſſa a prima cauſa, vnde MESAHALAT *in epiſtola*, ſimile eſt opus ſtellarum in hoc mundo lapidem magnetis et ferri. Ea propter HERMES *cap. d.* ſapientum eſt, dicens, has formas ſpecificas

ficas cum ſuis proprietatibus a corporibus coeleſtibus cauſari propter diuerſas imagines et figurationes, in eis motu acceſſionis et receſſionis ſecundum octauam ſphaeram motas.

Ex his notatis ex ſcientia doctorum antiquorum ſequitur, quod epidimia poteſt cauſari ab influentia coeleſti, quae eſt tota proprietas ſiue forma ſpecifica conceſſa a prima cauſa, proueniens a corporibus ſupracaeleſtibus influxu ſtellari vnicuique indiuiduo ab alio propria natiuitate fere differente, et ſic eſt ſingularis et appropriatus, quod conuenit vni talis effectus, non conuenit alteri, et talis virtus eſt potentia actiua ſpecifica, per quam corpora humana patiuntur corruptionem et peſtem, et eſt potentia paſſiua in humoribus. Ideoque concludit Arnaldvs *in libello de retardanda ſenectute cap. VIII.* quod mortalitas brutorum non tranſit ad homines, nec e conuerſo. Sed notat Gentilis, dicens, quod aſpectu determinato ſpecifico et appropriato correſpondet conſignatio paſſiua in his inferioribus. quandoque ſecundum planetas ſiue loca, et ſic accidit mortalitas in vno climate et non in alio, etiam in vna ciuitate vel villa, et non in alia, et in vna domo, et non in alia. Quandoque accidit ſecundum ſpecies animalium, vnde quandoque moriuntur in vna peſtilentia homines, quandoque boues, et ſic de aliis. Aliquoties eſt ſecundum determinatos modos hominum in complexionem inſequentem materiam, et ſic ſequitur mors in iſto homine habentem complexionem in ſequentem materiam magis diſpoſitam ab epidimia per illum aſpectum vel influxum coeleſtem determinatum, ſpecificum et proprietarium, cui correſpondet conſignatio paſſiua illius hominis, et non in aliis hominibus, quibus non eſt iſte aſpectus vel influxus ſpecificus determinatus. Et quamuis omnia praedicta largiſſime ſunt ſcripta *in libello noſtro de peſtilentia in cap. X.* attamen in praeſenti tractatu breui ſermone tranſeamus. Sed mihi licitum fuit iterum ſcribere. Nam qui alium tractatum meum non legerit, in hoc tractatu poterit intelligere, *quomodo iſte morbus occultus cauſari poteſt ab influentia coeleſti*, quae eſt tota proprietas et certa, ſic, vt diximus.

Ad propoſitum *cauſarum generalium* dicti *morbi occulti* veniamus, dicendo, quod licet influxus coeleſtis per lumen et modum inducat vel inducere poſſit variolas, vel morbillos, vel aluhumata, videlicet per caliditatem inductam in materia variolarum et morbillorum, et aluhumata, veruntamen quod proprie mouet materiam variolarum et morbillorum, et praecipue aluhumata, ſunt formae ex formis coeli, facientes eſſe neceſſarium, cuius aduentus ignoratur. Et hoc eſt a proprietate influentiae, quae eſt quaedam forma ſpecificata, proprietaria, commouens aliquando, et vt plurimum materiam variolarum, aliquando materiam morbillorum, *aliquando, ſed rariſſime, materiam aluhumati*, et debet eſſe cauſa fortis occulta, quam ſcribit Avicenna, cuius prouentus eſt a dictis coniunctionibus et eclipſibus ſolis et lunae, et in diuerſis ſignis, *in morbo nunc concurrente occulto, quem vocamus aluhumata.*

Sequitur igitur ex his dictis, quod illa virtus proprietaria ſiue forma ſpecifica, conceſſa a prima cauſa, ex influxu ſtellari, proueniente *a corporibus ſupracoeleſtibus prouenit* videlicet *aluhumata.* Itaque quod conuenit vni indiuiduo, non conuenit alteri, quia aſpectui determinato ſpecifico et appropriato correſpondet conſignatio paſſiua in his inferioribus. *Idcirco quandoque aluhumata euenit in vno climate, et non in aliis, vel in vna ciuitate vel villa, et non in alia, et in vna domo, et non in alia, quandoque in vno homine, et non in alio.* Sequitur ex hoc dicto, quod ipſe *dictus morbus poteſt prouenire in quocunque homine, cuiuscunque complexionis fuerit*, vtique ſanguineis, phlegmaticis, colericis et melancolicis, hoc intelligendo de complexione inſequente formam, ſed de complexione inſequente materiem, quando conuenit vni indiuiduo, non conuenit alteri indiuiduo, ratione illius influxus et aſpectus coeleſtis etc. Concludere igitur poſſumus ex his dictis, quod nullam notitiam habere poterimus de rebus operantibus a proprietate demonſtratione propter quid, ſed demonſtratione quia ab effectibus, quem inducunt, ſicut nullus ſcire poteſt, quod magnes attrahat ferrum, niſi experientia viſa fuit, per applicationem magnetis ad ferrum in debita propinquitate ei proportionata, et ſic de aliis rebus operantibus a proprietate vel a forma ſpecifica. Ex his ſequitur concluſio, quod *iſte dictus morbus nunc concurrens et occultus, ſcilicet aluhumata, eius effectum et euentum ignoramus.* Ea de cauſa dicimus *eſſe morbum occultum.*

Capitvlvm V.

In quo demonſtrabimus ſigna communia et propria aduentus iſtius morbi foedi et occulti, deinde ſigna prognoſtica ad bonum, etiamque ad malum.

Clarificatione facta de qualitate et eſſentia morbi occulti et foedi, et de eius nomine, etiamque de notitia ipſius, ex qua materia cauſatur, et quae materia antecedens, et quae coniuncta dicatur, ſimiliterque de cauſis generalibus et particularibus huius morbi occulti fuimus. Nunc diſcurrendum erit *de ſignis communibus et propriis* ipſius *morbi.*

Signa autem *communia omnium ſpecierum variolarum*, antequam appareant in cute, ſunt dolor dorſi, laſſitudo et confractio totius corporis, quia per dorſum pertranſit vena magna *Kilis* h), in qua fit diſtentio propter ſanguinis corrupti multitudinem et eius ebullitionem, et hoc vt plurimum in variolis accidit: Sed *in morbillis* non tanta fit diſtenſio in dorſo, quia non tanta multitudo ſanguinis, ſed eſt in dorſo acutior dolor propter ſanguinis colerici ebullitionem, quia generatio morbillorum eſt propter vehementiam maliciae ſanguinis corrupti pauci. Sed *in tertia ſpecie, ſcilicet aluhumata, eſt multitudo ſanguinis groſſi terrei*, qui pertranſit per venam *Kilini* per totum dorſum, ex quo efficitur deſcenſio in dorſo cum maxima doloris grauitate, et accidit laſſitudo et confractio totius corporis ex ebullitione, facta in maſſa ſanguinaria, exiſtente in venis magnis, praecipue in vena *Kili*, licet *in aluhumata non ſequatur tanta ebullitio, ſicut in variolis et morbillis*, in quibus ex ebullitione ſequitur febris vtplurimum continua concluſa, *in aluhumata* vero non ſequitur talis ebullitio, quia in materia eius eſt inepta ebullitioni. Propterea non efficitur febris continua concluſa, niſi rariſſime.

Alia autem ſunt *ſigna communia* ſecundum Avicennam *ante apparitionem variolarum, morbillorum* et *aluhumata*, ſcilicet pruritus naſi, timor in ſomno et punctio vehemens in membris corporis, et grauitas communis, et rubedo in colore faciei et oculorum, et lacrymae, et inflammatio, et multitudo alicum, et ſaltus cum conſtrictione anhelitus, et raucedo vocis, et groſſitudo ſputi, et grauitas capitis et dolor eius, et exſiccatio oris et linguae, et anguſtia et dolor in gutture et pectore etc. Tamen aduertendum eſt, quod dicta ſigna non eueniunt omnia in variolis et morbillis, ſed aliquando aliqua, quandoque aliqua, ſed raro omnia eueniunt. Sed *pauca iſtorum ſignorum ſunt prouenientia in aluhumata, permaxime febris continua concluſa, quia rariſſime euenit* propter cauſas iam dictas ſuperius. Si vero multis hominibus aliqua ſigna de dictis acciderint, prognoſticare poteris eius euentum. Notandum tamen eſt, quod *morbilli quam plurimum egrediuntur ſubito. Variolae* enim *et aluhumata aliquid poſt aliquid.* Haec praedicta ſigna inuenies ſcripta a Rasi 18. *Continentis* et *in nono Almanſoris.*

Signa quidem *tertiae ſpeciei*, ſcilicet *aluhumata, in principio apparitionis ſunt puſtulae paruae in cute exteriori membrorum, ſicut punctura acuum, praecipue in mento et in balano virgae hominis, et in pellicula vuluae mulieris, quandoque in cute capitis et frontis, quandoque in aliquibus aliis membris, rariſſime in omnibus membris ſimul. Poſtea dictae puncturae acuum creſcunt, vt lentes paruae, et vt plurimum creſcunt, vt lentes magnae. In aliquibus vero augmentantur in quantitate Karlini. Multoties in eis fit tantum incrementum, vt volae manus. Et per amplius terminum recipiunt augmentum, et ipſae puſtulae ſunt valde ſiccae cum pauciſſima puris humiditate, vt in pluribus, in aliquibus vero maior quantitas puris emanat. In aliquibus remanent ſiccae et furfures. Demum eis accidit aliquid accidens*

h) i. e. *cana.*

accidens acerrimum, quaſi in omnibus patientibus hunc morbum, videlicet dolores acutiſſimi in diuerſis membrorum partibus totius ambitus corporis, permaxime in tibiis et brachiis. Veruntamen *hic dolores ſunt proximales, non continue, nec acutiſſime affligentes, licet continuus remaneat dolor. Dolor* vero *eſt non ſuauis, ſed intolerabilis.*

Dolores autem acutiſſimi et acerrimi *cauſantur* a materia inbibita in membris neruoſis, et in pelliculis oſſium, et neruis, et panniculis muſculorum, et in omnibus membris panniculoſis. Cauſa autem, propter quam, qui dolores patiuntur, in vno tempore et fortiter doloribus acerbantur, et in alio tempore ab aliis doloribus quieſcunt, et ſuaues fiunt, eſt ratio, quod illa materia menſtrualis, (in vtero in membris foetus congeſta, vel illa, quae in tempore a cibis poſtea congeritur extra vterum in puero, et cetera) eſt retenta in poroſitatibus dictorum membrorum, praecipue neruoſorum propter denſitatem ipſorum pororum materia non habens facilem exitum ad extra, in cute quaecunque caliditas exterior vel interior commouet illam materiam congeſtam, ex qua eleuantur vapores, qui conuertuntur in ventum, et ipſi ad intra recluſi, cauſſantque dolorem acutiſſimum propter extenſionem et acuitatem, quam illi vapores inducunt in membris ſenſibilibus neruoſis. Et poſtea a dicta caliditate fit reſolutio illorum vaporum, et quieſcunt a doloribus acerrimis, et ſuaues fiunt, ſcilicet quia remanet illa materia congeſta in poroſitatibus membrorum neruoſorum, continuum patiuntur dolorem. Veruntamen ſi illa materia, exiſtens ad intra dictos poros, a dextra expellatur ad cutem corporis, totaliter ceſſat dolor, quia cauſa faciens dolorem ſenſibiliter euacuata eſt, et reſoluta inſenſibiliter. Si autem illa materia remaneret inbibita, vt dictum eſt, iterum *poteſt redire dolor,* et *multoties* ſequitur, quod *non poſſunt exercere, nec mouere tibias, aliquando brachia* et *manus, niſi cum maxima poena doloris.*

Ad vlteriorem declarationem dictorum dolorum eſt intelligendum ſecundum doctrinam AVICENNAE *ſecunda praelect. de cauſis doloris et quarto de accidenti et morbo,* dolorem eſſe triſtem ſenſationem, maxime in ſenſu tactus contingentem. Ex hoc infertur, quod mala complexio, cum ſit obiectum contriſtans et improportionans debitum organum virtutis ſenſitiuae, ideo habet cauſare dolorem, cum virtus ſenſitiua ex tali improportione habeat contriſtari, maxime ſi obiectum ſubito imprimat. Nam ex paulatiua impreſſione, quaſi conſuetudinaria facta, non ſit dolor. Caliditas autem et frigiditas vehementiores ſunt in efficiendo dolorem, et citius impreſſiuae ſunt. Propterea AVICENNA *quarta praelect. capitulo XXX.* innuit dicens: *Iam ſciuiſti doloris cauſas in duobus comprehendi diuiſionibus, ſcilicet mutatione complexionis ſubito et ſolutae continuitatis* etc. Et poſtea innuit, quod mutatio in complexione vel eſt ad calidum, vel frigidum, humidum vel ſiccum, vel eſt absque materia, vel cum humoroſa materia, aut eſt mutatio aduentoſitatem vel ad apoſtema, et aduertendum eſt, quod quaeuis frigiditas ſub aliquo gradu ſit doloris effectiua, ſub tamen gradu valde inſenſo ebetando ſenſum membri, eſt doloris motiua, ſiccitas autem eſt cauſa doloris ſoluendo continuum, aut humiditas cum materia membri in extendendo ſenſibile valet contriſtare virtutem, vel ratione humoroſae materiae, vel ex ventoſitate eleuata ab illa materia, vel materia apoſtemate in hoc membro. Dolor cauſatur a vaporibus eleuatis ab illa materia, congeſta in poroſitatibus panniculorum et neruoſorum membrorum, in ventoſitatem conuerſorum etc. ſicut narratum fuit, ergo cauſa doloris eſt dicta et perduratio, et perſeuerantia per tempus eſt ab illa materia congeſta, fouente et congenerante illum vaporem, conuerſum in ventoſitatem.

Eſt etenim *aliud ſignum, quia appetitus eorum non eſt debilitatus, nec corruptus, vt in pluribus, imo plures eorum habent appetitum fortem, declinantem ad appetitum caninum,* et ratio eſt, quia iſta materia malencolica, quae congeſta eſt in orificio ſtomachi, quia ad ipſum talis materia malencolica deriuatur, eſt in cauſa talis appetitus, quia materia malencolica, veniens ex ſplene ad orificium ſtomachi, quaſi promulgendo profluit, vt dicit AVICENNA. Si autem amplior quantitas non proportionata ad ipſum os ſtomachi profluat, cauſſat appetitum caninum, et hoc ſecundum maiorem vel minorem quantitatem defluxus etc. Ecce cauſam, quare patientes aluhumata habent fortem appetitum, vt in pluribus. Iſtae vero ſignificationes accidentia ſunt ſigna medicis, dantque dicta accidentia certam notitiam, quid nominis et quid rei morbi nunc concurrentis affligentisque multitudinem hominum.

Veruntamen ſecundum noſtram opinionem et intelligentiam *hic morbus eſt tertia ſpecies variolarum, nominata de iſta ſpecie* AVICENNAE *fen. prim. IIII. tract. IIII. capit. VI.* dicit:„ Aluhumata eſt aliquid de variolis et morbillis, id eſt, eſt tertia ſpecies variolarum, quae occurrere poteſt in membris neruoſis corporis humani, licet raro accidat.„ Veruntamen ſecundum RASIM loco ſuperius allegato *variolae* et *morbilli* in multis *differunt,* primo quidem *in colore,* quia *blacerae,* id eſt, morbilli, apparent rubeae in ſuperficie cutis corporis, ſicut ignis perſicus, *variolae et aluhumata non apparent ita rubeae,* ſed *ſunt declinantes ad aliquantulam rubedinem.* Differunt enim *in loco,* quia *blacerae,* id eſt, morbilli, non ſunt profundi, nec eminentes ſupra cutem, *variolae et aluhumata ſunt profundatae, et eminentiam ſupra cutem habent.* Amplius differunt *in quantitate continua,* quia *morbilli* ſunt bothor minores variolis, et ſunt diffuſi in cute, vel vt punctura acuum paruae quantitatis, vt innuit AVICENNA. *Morbillus* eſt minoris quantitatis, et quaſi ipſe non tranſit cutem, et non eſt ei altitudo multum apparens, et praecipue in principio ſui exitus. *Variolae* autem *et aluhumata in principio ſuae apparitionis altitudinem et apparentiam habent ſupra cutem,*

Eſtque alia differentia. Nam *morbilli* cito egrediuntur, et in paruo tempore, *variolae* vero *et aluhumata ſunt egredientes paulatiue,* vt dictum eſt ſuperius autoritate RASIS et AVICENNAE, et AVERROIS; veruntamen *ſunt quaedam velocis et facilis exitus, quaedam* earum *ſunt tardi et difficiles exitus, permaxime aluhumata. Aluhumata* enim *eſt magis eleuata ſupra cutem, et maioris quantitatis continuae, quam variolae, in quantitate vero diſcreta eſt minor valde, quam variolae. Sed aluhumata eſt rara, ſpatium notabile, ponens inter puſtulam et puſtulam.*

Etiamque differunt *in cauſis particularibus.* Nam materia variolarum eſt materia ſanguinea, *materia* enim *aluhumata et groſſior, et multum melancolica,* materia vero morbillorum eſt colerica ſiue ſanguis colericus. Propterea dicit ZOAR; *Variolae generantur ex ſanguine groſſo magis, quam morbilli, qui generantur ex ſubtiliori et ſicciori. Sed aluhumata generatur ex humore multum melancolico aduſtiſſimo, vt furfures ſiccae et aridae. Sed iſtae puſtulae quandoque apparent in facie et in capite multae, in aliis autem membris paucae, et quandoque erunt multae in pectore et in ventre, et paucae in capite et aliis extremitatibus, quandoque erunt in extremitatibus et paucae in capite et ventre.* Si *vero materia fuerit deliminata per totum corpus, apparebunt.*

Diuerſificantur etiam *variolae in forma* ſiue *figura.* Nam quaedam ſunt latae, et quaedam rotundae, *aluhumata* autem *ſemper ſunt latae formae ſiue figurae, quia nunquam perueniunt ad figuram rotundam.* Cauſa autem, quare variolae habent praedictas diuerſitates, eſt materierum in quantitate et qualitate diuerſitas. Nam ſi materia fuerit ſanguis tunc variolae erunt tendentes ad figuram et formam rotunditatis rubeae, groſſae, et ſuperius molles, non pruriginoſae. Si ſanguis fuerit colericus, variolae erunt paruae, acutae, declinantes ad citernitatem, in ſuperiori parte cum aliqua duritie et pruriginoſae exiſtunt. Si ſanguis fuerit phleumaticus erunt latae, albae, molles, non pruriginoſae, niſi fuerit phleuma *i*) ſalſum. Si vero ſanguis fuerit melancholicus, erunt durae valde et obſcurae, ad nigredinem decliues. Raro enim fiunt variolae ex ſanguine phleumatico, et tardius ex melancolico, quia phleuma per ſui viſcoſitatem adhaeret membris, et non obedit expulſioni. Melancholicus vero ſanguis, propter ſui groſſitiem non potens penetrare, non tranſit niſi cum difficultate ad membra, praecipue neruoſa, ſcilicet per viam deriuationis, ſed cum facilitate pertranſit humor melancolicus ad membra neruoſa ad nutriendum ea, et ibi

i) i. e. *phlegma.*

ibi congeritur in poroſitatibus dictorum neruorum neruoſorum.

Signa vero *demonſtratiua variolarum*, et dicit Avicenna, quod, quando apparent in earum principio, faciunt incurrere pruritum in membris, deinde apparent res, ſicut capita acuum in cute, et videntur, ſicut mordicationem pullicum, deinde augentur, donec egrediantur ſimiles milio, deinde augentur totaliter, et implentur ſanie, et poſt complementum reſoluitur, et areſcunt. Faciunt enim cruſtam, quae exſiccatur et cadit.

Sic etiam in principio aluhumata quandoque eueniunt dicta ſigna demonſtratiua, vt puſtulae apparentes, non implentur ſanie: ſicut in variolis, imo prauiſſimam habent tales puſtulae virulentiam, et illa reſoluitur, et areſcit, et facit cruſtam, et exſiccatur, et cadit, quia materia, ex qua generantur puſtulae, ſunt malencolicae, terreae et valde ſiccae.

Poſt hoc dicendum eſt *de ſignis pronoſticis ad bonum et ad malum*, et primo dicemus *de ſignis pronoſticis ad bonum*, notando, vt Avicenna ſcribit, dicens: *Si variola eſt velocioris apparitionis et proceſſionis, et maturationis, eſt ſalua.* Similiter et etiam, *ſi aluhumata eſt velocis proceſſionis et apparitionis, prognoſticatur ſalua*, et ratio eſt, quia illa materia non erit tantum terrea, nec vſtiſſima, imo aliquantulum habebit ſubtilitatem, et poroſitates membrorum neruoſorum erunt dilatati et aperti, et virtus expulſiua poterit illam materiam melancolicam ad cutem expellere. Si vero apparitio fuerit in tertia die, bona ſignificatio erit. Et hoc verum eſt, ſi non fuerint mala accidentia, vtique anguſtia cum difficultate anhelitus. Et *vt plurimum aluhumata apparent in ſeptimo die, et bonum ſignum.* Propterea dixit Rasis, vbi ſupra: *Vidi multoties apparere blaccias poſt nonum diem: Si non, apparuit eis aliquid de accidentibus variolarum et blacciarum, vt vehemens anguſtia et aſſidua, et cetera.*

Aluhumata autem *poſſunt apparere poſt nonum diem, etiamque poſt XIV. et XX. diem*, quia materia eius eſt inbibita in poroſitatibus membrorum neruoſorum, ideo eſt difficilis exitus propter groſſitiem et ſiccitatem materiae melancolicae, et in expulſione, et extra ad cutem ſemper ſequitur aliqua anguſtia et pauca difficultas anhelitus. Sed in variolis et morbillis maxima anguſtia, et difficultas anhelitus, et febris demonſtratur dicere cauſas et rationes ſ. propter quid eſt in capitulis ſuperioribus elucidatum fuit. Idcirco *aluhumata ſunt ſaluae ſecundum plurimum, et raro ex eis deperditur aliquis*, et ratio euidens eſt, quia materia aluhumati eſt materia melancolica ſiue terrea ſicciſſima, quaé raro putreſcit et corrumpitur propter ineptam diſpoſitionem et contrariam putrefactioni et corruptioni. Ideo non cauſſatur febris putrida continua concluſa. *Idcirco raro moritur aliquis ex iſta tertia ſpecie*, ſcilicèt *aluhumata, et ſi contingat mori, erit ex mala diſpoſitione aliorum humorum* exiſtentium in venis habentium facilem et aptam diſpoſitionem, vt putrefiant et còrrumpantur. Si ad intra venas putrefiant, diuerſas febres putridas cauſabunt, ſi ad extra expellantur, et poſſunt cauſare apoſtemata et puſtulas malignas ab igne perſico et pruna vsque ad eſtiomenum. Ex his febribus, apoſtematibus et puſtulis poteſt ſequi mors. *Aluhumata, quae cito apparent, et continue exeunt, et non tarde, nec difficulter, et non delitescunt, et ſunt ſine febre, et cum leuibus accidentibus, praecipue doloribus, cum conſtantia virtutis et appetitus, bonitate ſunt ſaluae.*

Signa autem *pronoſtica ad malum ſunt, ſi aluhumata occultantur ſubito, et non redeunt ad exteriora, et faciunt ſyncopim, ſunt mala valde iſta ſigna.* In variolis et morbillis ſunt ſigna mortis, ſi eis aſſocietur malicia anhelitus et raucedo vocis. Cum autem videris anhelitum *patientes aluhumati* conſequentem et frequentem, et caſum virtutis ſubito, et anguſtiam aſſiduam, et extrema infrigidantur cum ſignis apoſtematis in diaphragmate, ſunt ſigna mortis. *Aluhumata* quoque *ſicca, in quo non coadunatur humiditas, ſed ſunt puſtulae apparentes, vt porri, et ſcindunt cutem vehementi ſciſſione, et concomitatur eam vehemens anguſtia, et multa deſiccatio et ſpiritus corruptio, et vocis defectio eſt mortalis.* De ſpeciebus enim malis et timoroſis, quae plerumque interficiunt, eſt illa, quarum diuerſificatur egreſſio, ſcilicet quae quandoque apparent, et quandoque occultantur, et proprie, quando puſtulae ſunt violaces, et tenaces, et nigrae, cum mortificatione membri, et cum debilitate virtutis, tunc derelinquendus eſt patiens ſolo prognoſtico mortis. Rasis enim 18. *Continentis* dixit: *Variolae nigri coloris, quae deſiccantur et non implentur ſanie, ſed ſunt durae, vt porri, et adducunt ſyncopim, tunc percipitur aegrum mori.* Sicque iudicandum erit *de patientibus aluhumata*. Similiterque *puſtulae apparentes* in variolis aut *aluhumata fuſcae et nigrae* ſignificant caloris naturalis mortificationem et materiae aduſtionem et venenoſitatem, et ſunt ſigna valde mala, pronoſticantia mortem. Sed *iſta ſigna mala raro accidunt in aluhumata.* Ideo dixit Rasis, vbi ſupra, *raro ex eis perditur aliquis.*

Capitvlvm VI.

In quo oſtendemus praecuſtodiam et praeſeruationem corporis humani, ne quis in iſto morbo nunc concurrente nominato aluhumata incidat.

Pro declaratione iſtius capituli intelligendum, quod medici errant profecto, ſi regimen conſeruatiuum a medico dirigendum neglexerint, propterea, quia talis gubernatio eſt vitae vniuscuiusque neceſſaria, cum corpus noſtrum, quatenus ſaniſſimum, facile irregulatum cadat in aegritudinem, vt ipſa docet experientia, hoc tamen non eſſet, niſi corpus mutabile foret, Galieno enarrante in hoc *tertio tegni*, cum ipſe ſcribit, quod impoſſibile eſſet, quod immutabile corpus ſemper maneret in optima complexione et compoſitione. Nam tunc nihil indigeret arte conſtituente ipſum; Quoniam vero immutatur, et corrumpitur, et conuertitur, non ſeruans, quam habebat a principio, conſiſtentiam, propter hoc igitur, quod modis alteratur corpus, totidem et genera procurationis habebit, hoc eſt, conſeruantium cauſarum. Et poſt ſubiunxit. *Alteratur corpus a quibusdam ex neceſſitate, a quibusdam vero non ex neceſſitate.* Dico autem ex neceſſitate quidem, quibus impoſſibile eſt ipſum non approximare. Nam ſemper in continenti immorari, et comedere, et bibere, et vigilare, neceſſarium eſt eis, gladiis vero et beſtiis non neceſſarium eſt vti. Vnde ex priori quidem genere cauſarum cura corpus ars conficitur, cura vero ſecundum nequaquam. Et poſtea enumerat has cauſas. Dixit, eas ſex eſſe, ſcilicet aer, motus, quies, cibus et potus, et cetera, quorum ſingula ſi indigenti corpori adducantur in competenti quantitate et qualitate, ſalubre fit, nihil vero indigenti omnino. Ablatum autem non in competenti menſura et quantitate aegrum conſtituitur. Amplius notandum eſt pro notitia huius capituli, quod cauſae conſeruatiuae ſanitatis illae intelligendae ſunt, quae debite approximatae corpori humano ſub eodem et conſimili diſpoſitione illud permanere faciunt.

Cauſae autem *efficientes* vel *productiuae*, ſcilicet *praeſeruatiuae*, quae contra conuerſantes diſtinguuntur, corpus humanum ſub eadem vel conſimili diſpoſitione non permanere faciunt, et cetera, quia haec dicta *theoretica ſunt, et non practica*, vt *in libello de peſtilentia* in *capitulo decimo* de his longe tractauimus; hic breui ſtilo tranſeamus. Solum tamen eſt dicendum *de cauſis recuperatiuis* vel *producentibus ſanitatem*, quae vocantur *cauſae praeſeruatiuae*, quia faciunt corpus humanum a caſu in aegritudinem euadere, vt ſupra *tertio tegni canone* et *commento* allegatis.

Cauſa praeſeruatiua morbi dicti duplex eſt. Prima namque eſt recurrere ad deum benedictum glorioſamque virginem Mariam etc. (De iſta enim cauſa in *libello de peſtilentia* large ſcripſimus) Pertranſeo ad ſecundam cauſam praeſeruatiuam, quae duplex eſt: Nam quaedam eſt, quando quis incipit incurrere dictum morbum *aluhumata*, a principio illico ſuccurrendum eſt cum regimine praeſeruatiuo, prohibendo materiam vel malam qualitatem materiae menſtrualis, exiſtentem in poroſitatibus membrorum neruoſorum etc. vel in maſſa ſanguinaria, ne magis corrumpatur et aduratur, et ſiccitatem terream ſuſcipiat, et ne mala qualitas confirmetur, et prohibere periculum eius in[illegible]ſionis, ne ad terminum confirmationis, ſiccitatis et frigiditatis attingat. Et quando confirmata fuit in eis ipſa aegritudo, eſt *difficilis cura*, et quaſi incurabilis. Veruntamen quia cura, quae debetur morbo infieri, debet eſſe commixta ex cura praeuiſiua et aliquantulum curatiua, vt Galienvs

tertio tegni canone, ad manifeſtos vero aegros, et *canone, vnum commune habentes*, praeceptum. Vnamquamque cauſam oportet abſcindere prius, deinde venire ad eam, quae facta, id eſt, quomodo hic morbus dictus factus eſt, ſcilicet qua materia ipſius morbi in facto eſſe ſuae aduſtionis fuerit. Tunc vti debet medicus, cura curatiua, et aliquantulum praeuiſiua.

Alia cauſa praeſeruatiua eſt, cum corpora humana diſpoſitionem habeant ad incurrendum nominatum morbum, ſiue illa proueniat a radice ſuperiori, vel a radicibus ſimul coniunctis. In talibus enim neceſſarium eſt vti regimine praeſeruatiuo, ſicut declaratum fuit in capitulis ſuperioribus. Completur autem haec praeſeruatio ſiue praeuiſio dupliciter, primo cum his, quae abſcindunt cauſam primitiuam, ſcilicet influentiam ſuperiorem et corporis diſpoſitionem. Nam cauſae primitiuae et antecedentis abſciſſio regimini praeuiſiuo, id eſt, praeſeruatiuo conuenit. Cauſarum igitur primitiuarum praeuiſio ſiue praeſeruatio in ſiccis rebus nonnaturalibus exiſtit et ſuis annexis, ſub quibus neceſſario tota vita humana ducitur. Peragenda, quae ſunt; *Aer* primo, ſecundo *motus* et *quies*, tertio *cibus* et *potus*, quarto *ſomnus* et *vigilia*, quinto *repletio* et *inanitio*, ſexto *accidentia animae.* *Exercitium* vero, *balneum*, *coitus*, cum aliis eſt de annexis: Et primo *de aere* dicamus.

Capitvlvm VII.

In quo fiet oſtenſio, quod aeris diſpoſitiones medicus conſiderare debet, cum aer ſit prima res non naturalis diſpoſitionis corporis humani conſeruatiua, ſi debito et concedenti modo adminiſtretur: Si vero e contrario, deſtructiua erit, praecipue in praeſeruatione morbi aluhumata.

Poſtquam ea ſupradiximus, medicus examinauerit aeris illius regionis diſpoſitionem et qualitatem, conſiderare debet et quaecunque alia ſibi pertinentia iuxta ſententiam Avicennae, in *ſecunda primi* ſic dicens: *Medicus debet ſcire temporum diuerſitatem, quae in vnoquoque climate commoueri ſolet. Per naturam enim temporum anni ſtat ſanitas plus, quam per alias cauſas.* Quod etiam in *libro de aere et aqua* ſenſit, ſcribens: *Si quis ad medicinae ſtatum accedere curat, neceſſe eſt prius, vt anni tempora et quae in eis generantur, attente requirat.*

De aere igitur in primis inchoantes dicemus, quod duplex ſcilicet exiſtit, *purus* et *impurus*. *Purus* enim, quod eſt elementum, eſt corpus ſimplex, cuius naturalis locus eſt, vt ſit ſupra aquam, et ſub igne, cuius natura calida eſt et humida, et cetera, et hunc aerem non habemus, vt Avicenna in *prima primi* inquit. Alium veto *aerem impurum* hic exiſtentem inſpiramus et exſpiramus. De quo Avicenna *ſecunda prima d. ſecunda cap. IX.* aer, qui nos circumdat, non eſt purus, ſed eſt corpus in ſua ſubſtantia commixtum, et cetera. De huius aeris diſpoſitionibus medicus conſiderare debet. Hoc autem innuit ipſo loco ſuperius allegato, inquiens: *Cum medicus temperantiam aeris temporumque diſcordiam praenotauerit ſcientia ſua, ſemper erit vtilis ad ſanitatis ingenium. In curandis quoque aegritudinibus* confert, proprerea Galienvs *tertio therap. cap. V.* dixit, alias quidem materias eligere et fugere poſſumus, eam autem materiam, quae ex continente, nos non poſſibile eſt fugere, ſed neceſſarium eſt vti ea, quae eſt praeſens, licet frigida ſit in comparatione ſpiritus innati, vt Avicenna *in II. prima d. II. cap. II. inquit*, cum prohibeat ſpiritum, ne ad igneitatem conuertatur, ex qua ad maliciam perueniat exiſtens elementum noſtrorum corporum et ſpirituum, et emanatio naturalis adueniens ſpiritibus. Veruntamem aer ſua caliditate naturali, et quandoque accidentali, nos reſoluit, cum calidus ſit, vt *conſi. dra. XIIII.* probat. Et Galienvs quoque *in quarto de accidenti et morbo cap. VII.* inquit: *Aer, qui vicinus eſt cuti, diſſoluit membra ſub cute exiſtentia, ita, quod inaniuntur.* Propter hoc medicus debet optimas qualitates aeris eligere in conſeruatione ſanitatis eiusque praeſeruatione, et nocentes ipſius diſpoſitiones corrigere et rectificare. Idcirco quis aer bonus, et quis malus ſit, eſt dicendum, vt vnusquisque bonum ac laudabilem a non bono poſſit diſtinguere. Ideo Avicenna *II. prim. capitul. prim.* dicit, aer quidemdum eſt temperatus et clarus, neque ſubſtantia extranea complexioni ſpiritus contraria ei admiſcetur, eſt ſanitatem efficiens: Cum vero eſt e contrario, contrarium operatur. Valde igitur neceſſarium erit nobis, vt aer corrigatur, permaxime, ſi hic morbus ab influentia ſuperiori prouenerit proprietaria, et in tempore calido ſequitur ignitio et aduſtio in humoribus, et citius alterabilis et receptiuus eſt illius influentiae cauſatiuae et mouentis illam materiam *aluhumata*. Ideo quod tibi poſſibile erit, minus, quo poteris, attrahatur aer exterior, et non inſpiretur ad intra corpus, quia tunc talis influentia minus commouebit dictam materiam in poroſitatibus membrorum neruoſorum, et etiam in venis qualitatiue exiſtentem. Veruntamen magis malitioſus magisque commouens eſt aer ſuperior exiſtens, quia directius aſpicit homines ſtantes in loco alto expoſitos, et cum minori alteratione medii in tales homines agit. Nam agens fortius agit in paſſum propinquum diſpoſitum, quam in diſtanti, vt Aristoteles *II. de generatione*, et Avicenna in *de viribus cordis, capit. de Iaccinto*, et tunc debet fieri mora in domibus vel locis concauis, et infimis, et ſubterraneis, cum ſit ibi aer groſſior et frigidior. Nam tali aere groſſo cum ſit in maiori diſtantia, non habet potentiam vel virtutem illa ſpecies influentiae proprietaria penetrandi illum aerem groſſum, ſicut aerem ſubtilem, quia facilius in eo illa ſpecies proprietaria penetrat et melius, et melius corpus eſt receptiuum illius malae qualitatis, vt Avicenna in *ſecunda p. d. ſecunda cap. de naturis temporum* innuit. Tunc ergo ingroſſandus eſt aer irrorando ſaepe domum cum aqua et aceto, et in ea ſpargendo in pauimento roſas, ſalices et nemiffar, et ſimilia, praecipue in tempore calido.

Si vero talis influentia in tempore hiemis prouenerit, etiam eſt neceſſarium vti infrigidantibus et ingroſſantibus. Verum quia talis infectio in hoc morbo dicto plurimum accidit a cauſa ſuperiori, et hoc ſecundum diuerſitatem aſpectuum ſignorum, ſub quibus cadit coniunctio planetarum et ecclipſes ſolis et lunae. Et *ſic ſit iſte morbus aluhumata in vna ciuitate eiusdem climatis et regionis, et non in alia domo, quae vna eiusdem ciuitatis; et non in alia, vel in vno homine illius domus, et non in aliis, euenit. Propterea ſi ipſe morbus infecerit multitudinem hominum in tali loco vel ciuitate etc. ſummo opere fuga eſt neceſſaria in partes longinquas*, ſcilicet quia haec omnia largiſſime ſcripta inuenies in libello noſtro *de peſtilentia cap XI.* Amplius ſermones de hoc extendere non curamus. Notandum eſt enim, quod non ſolum *materia aluhumata mouetur ab influentia proprietaria ſtellarum*, ſeu commoueri poteſt a cauſis exterioribus, permaxime ab aere corrupto et peſtilentiali, ex hac autem cauſa malignatur et mouetur natura, tunc virtus expellit illam materiam aluhumata, et variolarum, et morbillorum diuerſimode. Propterea dixit Avicenna *fen. prima quarti cap. VI. Et de hoc eſt, cuius cauſa eſt res adueniens extrinſecus, ebullitionem faciens occultam*, id eſt, commouens occultos humores in nobis, ſecundum vnam expoſitionem Gentilis, ſcilicet omnes ſpecies variolarum, praecipue *aluhumata quae habet occultos humores*, videlicet materiam melancolicam, aduſtiſſimam, terream, in poroſitatibus membrorum neruoſorum. Ex diſpoſitione occulta aeris ſaepe euenit in pluribus peſtilentiis multiplicatio variolarum, aliquando in alia diſpſitione aeris eueniunt morbilli, aliquando in alia *diſpoſitione aeris occurrit* tertia ſpecies, ſcilicet *aluhumata*, licet rariſſime ipſa eueniat, et in prauis peſtilentiis antecedere videntur omnes ſpecies, permaxime variolae *rariſſime* vero *aluhumata*. Hoc autem innuit Rasis 18. *Continentis* ea de variolis: *Variolae et blacerae, id eſt, morbilli, ſunt de morbo, qui dicuntur nuntii, et cetera.* Similiter eueniunt iſtae praedictae diſpoſitiones, id eſt, ſpecies variolarum, permaxime *aluhumata*, in autumno, cum aer eſt turbatus, puluerulentus et obſcurus, et ſtat ventus meridionalis, vt inquit Rasis 18. *Continentis.* Et ibidem dixit: *Cum videris autumnum vehementis caliditatis et ſiccitatis, et hiemem propriae naturae, exſpecta variolas et alias ſpecies variolarum.* Confirmat hoc Avicenna, dicens: *Euentus earum eſt plus in vere, quam in hieme, et poſt ver in fine autumni, et proprie, quando praeceſſit aeſtas calida et ſicca, et fuerit autumnus calidus et ſiccus.*

Concludamus igitur, cum aer, in quocunque tempore anni fuerit, valde calidus et ſiccus, et praecipue in regionibus calidis et ſiccis, et in corporibus

poribus calidis et ſiccis, ſunt ſigna euentus morbillorum, etiamque *aluhumata*, licet rariſſime eueniat, quia eius materia non mouetur, niſi ab agente forti proportionato ipſi materiae morbi aluhumata.

CAPITVLVM VIII.

In quo tractabimus de re non naturali, vtique de motu, id eſt, exercitio et de ſui oppoſito, ſcilicet de quiete, quae iuuamenta et nocumenta ex eius vſu inſequuntur in corpore humano, patienti morbum aluhumata in eius praeſeruatione et curatione.

Elucidata breuiter prima re non naturali, videlicet de aere, quis iuuatiuus et nocitiuus ſit in praeſeruatione et *curatione aluhumati*, neceſſarium eſt deuenire ad declarandum ſecundam rem non naturalem, ſcilicet *motum* et *quietem*. Proſequendum ergo eſt, quanta iuuamenta motus, id eſt, exercitium ad ſanitatis corporis humani vtilitatem patientis aluhumata inducat, tanta quies nocumenta promouet. Hanc ſententiam GALIENVS in *libello de exercitio cum parua ſpera* innuit, dicens: *Exercitiorum enim quoddam non ſolum corpus, ſed animam laetam reddere poteſt. Tantae enim in ipſo exercitio potens motionis ſit anima, quod multi quidem liberati ſunt ab aegritudinibus ſolum gauiſi.* Poſtea hoc ipſe confirmat, inquiens: *Laudo exercitium, quod corporis ſanitatem praebet, et partium conformitatem, et animae virtutem.* Propterea IPOCRAS in *libro de aere et aqua* dicit: *Exercitium laboris tolerantiam praeſtat, quies autem et requies timorem et ignominiam, labor vero et agitatio animoſitatem miniſtrat.* Ideoque in *ſecundo de accidente et morbo cap.* 3. inquit GALIENVS: *Calor naturalis confortatur et augmentatur ex motu, ad quam confortationum ceterae in corpus proueniunt vtilitates et operationem perfectiones.* Confirmat hoc GALIENVS *ſecundo Amphor. commento* 48. inquiens: *Vtile eſt exercitium. Nam commouet calorem naturalem, et validas facit, quae in membro ſunt, virtutes, naturales, animales et vitales eas fortificando.* Hoc probat GALIENVS *tertio Amphor. comment.* 21. dicens: *Exercitium mundificando corpus a futuris liberat infirmitatibus.*

Propterea conueniens et neceſſarium eſt, quod medicus electus hoc faciat in praeſeruatione corporis humani *patientis aluhumata* eiusque curatione. Hoc RASIS in *quarto Almanſoris cap.* p. inquit: *Sanitas conſeruatur bonitate menſurationis motus et quietis, adque comeſtionis et potus, et cetera.* Hoc videtur innuere GALIENVS *ſecundo de regimine ſanitatis capitul. I.* Si volumus cuſtodire optime ſanitatem, incipiamus a laboribus, deinde ſequantur cibi potusque, deinde ſomni, deinde ſi vſi ſunt venereis, venerea. Haec omnia ſint moderata. Nunc igitur hunc ordinem obſeruabimus in omnibus ſex rebus non naturalibus ſucceſſiue, et in eis annexis. Veruntamen quia de ipſis in noſtro *libello de peſtilentia* longa ſcripſimus, in hoc vero tractatu breuiter tranſeamus, vlterius dicamus, quod *in praeſeruatione corporis humani eiusque curatione morbi aluhumata ſemper vtendum eſt exercitio temperato.* Id AVERROIS in *ſexto quolibet* dixit: Iuuamentum exercitii temperati vniuerſale eſt, quia ſpiritum intrinſecum augmentat, et ſuperfluidates membrorum nutrimenti expellit et reſoluit, fortificatque praeterea exercitium calorem naturalem, et ipſum augmentat, AVICENNA inquiente *in III. primo d. II. capitul. I. Exercitium eſt id, quod calor innatus renouatur, et corporibus leuitatis confert vſum ipſum.*

Namque ſubtilem facit calorem et quod ex ſuperfluitatibus congregatur, quaque die diſſoluit, et ſubdit, et membra apta reddit ad nutrimentum recipiendum, et eorum duritiem reſoluit, et ipſa corpora facit leuia, et humiditates ſubtiliat, et poros dilatat etc. Deinceps dicamus, quod *corpora humana patientia morbum aluhumati in principio non exercitentur,* praecipue euchimica: Nam tunc exercitium non ſolum poteſt non iuuare, ſed plurimum nocere, et eſſe cauſam aliarum infirmitatum, vt vult GALIENVS *Amphoriſmorum comment.* 21. dicens: *Corpora repleta aliquo humore malo exercitari non debent, ante quam euacuentur, ne moti et alterati putreſcant, et aliam aegritudinem faciant.* Hanc ſententiam ſcribit AVICENNA *III. primo. d. II. cap. III.* inquiens: *Hora, qua inceptio exercitii praeparatur, oportet, vt corpus ſit mundum, ne in partibus intraneorum pororum venarum chymi ſylueſtres et mali exiſtant, quos exercitium in corpore diffundit.* Ideoque concludamus, quod *non pura corpora et repleta in morbo aluhumata exercitari non debent*, ſcilicet exercitio forti, ſed moderato et temperato vel debili, et tunc in eis diſſolutio humorum non augetur ea. Propterea voluit AVENZOAR in ſuo *Teſair cap. I.* dicens: *Conueniunt medici, quod exercitium temperatum, ſiue fiat pedibus, ſiue equo, adiuuat in conſeruatione ſanitatis, dummodo tempus non accedat.* GALIENVS in *libro de euchymia cacochymia cap. I.* dixit: *Quicunque vacant circa exercitia et ordinatiuam diaetationem, omnes video ſemper ſanos.*

Sequitur ex his notatis, *quod corpora humana, diſpoſita ad incurrendum morbum aluhumata, vel infecta dicto morbo vniuerſaliter temperato exercitio conſeruandae ſanitatis vtantur, et mirabilis cauſa eiusdem exiſtit.* Et eſt enim e contrario malicia, quae propter priuationem exercitii accidit: Vtique in carceratis manifeſtatur, vt AVERROIS *VI. Colliget* inquit, quia eorum facies cachacidae *k*) fiunt, et eorum color eſt impurus, et omnes ipſorum operationes ſunt laeſae.

Idcirco AVERROIS *VI. Colliget* inquit: *Omnimoda quies corporis non ingreditur viam ſanitatis, imo viam egreditur aegritudinis, cum ad plures producat infirmitates, et ad ethicam l) ſenectutis.* AVICENNA *in III. primo. d. z. c. primo* loquente: *Exercitium relinquens ethicam frequenter incurrit, permaxime patientes dictum morbum aluhumata*, quoniam membrorum debilitantur virtutes et ſpiritus, qui inſtrumenta ſunt virtutum, et vita cuiusque membri inſtrumentum exiſtit. Propterea GALIENVS *in libro de euchymia et cacochymia capitul.* 4. dixit: *Maximum enim eſt malum ad ſanitatis cuſtodiam quies corporis, ſicut maximum bonum moderata motio.* Idcirco deambulationibus fortioribus non vtantur exercitantes vt GALIENVS ſcribit in *libello de parua ſpera*, inquiens: *Qui exercitari non poſſunt, fricationibus mollibus et balneis temperate calidis, et temperato coitu naturali vti debent.* Haec eſt ſententia GALIENI *ſecundo de regimine ſanitatis*, inquientis: *Qui exercitandus eſt, non confeſtim fortiter eſt mouendus, niſi ante frictione praepararetur.* Balneum vero et coitus ſunt de ſpeciebus exercitii. Vide AVICENNA *fen. III. primo d. z. cap. IV. et. V.* ipſe illic longos ſermones facit. Lege ibid. in illo capit. AVICENNAE, quia hic amplius ſcribere noluimus, ſed tibi vtile erit armaria doctorum ſcrutare, ſi iſtae ſpecies exercitiorum ſint vtiles et conuenientes, vel inutiles et inconuenientes *in hoc morbo aluhumata*, et ſic finis capituli iſtius.

CAPITVLVM IX.

In quo oſtendere intendimus de tertia re non naturali, ſcilicet de ſomno et vigilia, et primo de eorum vtilitatibus et iuuamentis atque eorum nocumentis, euenientibus in corpore humano, patiente aluhumata, pro eiusdem morbi praeſeruatione et curatione, ſi innatiui et nocitiui ſint, oſtendemus.

Licitum enim eſt volenti calorem naturalem et vitam conſeruare, vt eam nunquam ſine pabulo et nutrimento relinquamus, quoniam corpus priuatum alimento non poteſt diu durare, teſte GALENO *prim. de alimentis cap. I.* inquiente: *Sine alimento non eſt poſſibile viuere ſanos, nec aegros, cuius cauſam et rationem aſſignauit.* RASIS. 25. *Continentis cap. I.* dicens, quod corpora natura ſunt continuae diſſolutionis ex aere circumferent. et caliditate innata, quae nobis eſt, indiget ergo nutrimento ad reſiſtendum ei, quod diſſoluitur. Confirmat hoc GALIENVS in *libro de diſſolutione continua cap. I.* inquiens, vt corpora hominum ſunt in continua diſſolutione, propter calorem aeris circumdantis ea extrinſecus, et calorem interius exiſtentem, eſt neceſſarium reſtaurare in eis, quod diſſolutum de ipſis eſt, ideo neceſſarii fuerunt cibus et potus. Hoc etiam innuit AVICENNA *in II. primo*

k) i. e. *cachecticae.*

l) i. e. *hecticam.*

primo d. II. cap. II. vbi inquit: *Nutrimento indigentes ſumus, et natura conſeruatio ſanitatis eſt ex nutrimento nobis conueniente, quod aequale exiſtit* etc. Etiamque AVICENNA *in XIII. III. Tractat. II. cap. VII.* inquit: *Neceſſitas cibi eſt, vt ſuppleat locum eius, quod ſoluitur, et cetera, reſolutio itaque caloris naturalis et ab extrinſeco proueniens fecit refectionem, et nutrimenti neceſſitatem, vt deperdita eo modo, quo poſſibile eſt, reſtaurentur.*

Dicunt medici propterea, quod reſtaurata nunquam ad quantitatem, nec ad perfectionem diſſolutorum attingunt. Quod ita ſit, patet per GALIENVM in *primo de regimine ſanitatis*, dicentem: *Si poſſemus tale aliquod introducere, quod ſimile eſſet effluenti, hoc saniſſimum et optimum eſſet: Sed hoc impoſſibile eſt, quia id, quod defluit, ab vnoquoque membrorum tali natura eſt, quali ipſum membrum, a quo defluit, a quo ſumſit fundamentum.* AVICENNA *prima de III. cap. de aetatibus* dicens amplius: *Si haec virtus, ſcilicet nutritiua, infinita foret, et ſemper permutationem in corpore faceret eius; quia diſſoluitur aequaliter et vno modo etc.* Hac de cauſa cibaria optima comedentes et ea perfectiſſime digerentes de neceſſitate morbi habent. Nam ſi poſſibile eſſet ſemper cuſtodire humidam complexionem corporis, immortales eſſemus, vt *primo* et *ſexto de regimine ſanitatis* GALIENVS innuit. Sed quia naturalem viam eam, qua ad deſiccandum fugere non eſt poſſibile, propterea ſeneſcere neceſſarium eſt nobis et corrumpi, et quaeuis refectio cibi et potus, quantumcunque optima, non faciat nos a morte liberos et ſecuros, cum ſint naturales corruptiones duae, quas nullum generatum corpus effugere poteſt. Vna, quod ſemper corpora natura magis deſiccantur, altera, quod ſemper vniuerſa ſubſtantia natura fluit ob innatum nobis calorem. Ad defenſionem harum duarum corruptionum naturalium, et ne humiditas cito reſoluatur, in ipſius quidem fortitudine conſiſtit, vt ipſum corpus vsque ad debitum tempus permanere faciat, et hoc quidem fiet propter regimen rectum reſtaurationis cibi et potus, quae fit loco eius, quod reſoluitur etc. Si igitur haec duo medicus fecerit, ſcilicet quod putrefieri non permittat, et prohibuerit, ne cito humiditas prima reſoluatur, diu ſanos viuere faciat omnes, qui tali vſi fuerint reſtauratione.

O! quam grandis eſt refectionis vtilitas, quae corpus a ſiccitate feſtina praeſeruat! Quae ſiccitas intantum noſtris corporibus eſt inimica atque contraria, quae inceſſanter augendo praecedit, donec nos perimat, teſtante AVICENNA, vbi ſupra dicens: *Quam grande erit refectionis commodum, cum humanum corpus longaeuum et ſanum eſſe faciat toto ſuarum aetatum diſcurſu etc.*

Ex his ſequitur concluſio, quod magna eſt debitae ac ordinatae refectionis vtilitas. Quas autem habeat conditiones, quae debita ſiue ordinata diaeta dici meretur, medici iudicio relinquamus. Quod vnicuique conueniens erit, iubebit offerre, prout regio, natura, tempus anni, conſuetudo et homini expetere videbuntur. Concludendum enim eſt circa bonitatem ciborum et potuum. Nam ſi bonitas ſubſtantiae ciborum neglecta fuerit, non ſolum inutilis, ſed perniciosa erit. Malitia enim ciborum hanc ſolita eſt habere naturam, vt quaeuis per aliquod ſpatium temporis ſua celeret, occultet nocumenta. Poſterius vero ea manifeſtiſſime oſtendet. Hoc innuit AVICENNA in *tertio primi d. II. cap. VII.* dicens. *Ille, in quo mala digeruntur nutrientia, ab hoc non decipiatur, quoniam poſt dies in ipſo mali generabuntur humores aegritudines facientes et peccantes.* Propterea GALIENVS in *libro de diſſolutione continua* dicit: *Omnia cibaria, quae non temperata ſunt, non generant ſanguinem purum, mundum, clarum.* Et cibariorum mali chymi tres ſunt ſpecies. Eorum enim ſunt, quae addunt in choleram, et eorum enim ſunt, quae addunt in phleuma, et eorum, quae addunt in choleram nigram. Oportet omnem hominem dimittere multitudinem eorum et continuationem aſſumtionis ipſorum, et ſi non inferant nocumentum cito, tamen in longo tempore chymi tales generantes ſunt aegritudines malas. *Ab his* enim [illegible] *et potibus, generantibus choleram nigram, praeſeruare debemus corpora diſpoſita ad incurrendum morbum aluhumata, permaxime illo iam infecta.* Vtique ſunt panis furfureus et caro pecudis omnis, et caro caprae, caro hirci et bouis, et carnes cuiuscunque animalis melancolici, et homini etiam oua dura et fricta, et caſeum antiquum et fungi, omnia legumina, ſicut lentes, cicera, milium et ſimiliter omnes piſces ſaliti, et omnes fructus recentes, vt ficus, ceraſa et ſimilia.

Si in multa quantitate frequenter comedantur, multitudinem mali chymi et ſuperfluitatum ex iis generatur, et paucitatem nutrimenti *. *Et a cepis et alliis, et raphanis, et rapis, et paſtinacis, et caulibus, et his ſimilibus, frequenti vſu abſtineant in praeſeruatione et curatione huius morbi aluhumata.* Inquiente RASI *Almanſoris quarto cap. XI. ſaluus exiſtit a ciborum horum malicia, qui non eis vtitur. Quod ſi aliquem eis vti contingat, ſibi ſubuenire debet ſumendo catharcticum, humorem ex eis generatum expellens* etc. Hoc confirmat AVICENNA *I. tertia prim. d. ſecunda cap. VII.* dicens: *Oportet, vt ſanitatis conſeruator ſtudeat, ne cibi ipſius ſubſtantia ſit aliquod nutrientium medicinalium, ſicut olera et fructus, et reliqua ab ipſis, quoniam ſubtiliantia ſanguinem ſunt etc.*

Non ergo ſunt homini *cibaria malae* et illendalis *ſubſtantiae* comedenda, iure merito ab omnibus valentibus ſanitatem conſeruare derelinquenda ſunt, permaxime *in praeſeruatione et cura morbi aluhumati.* Si vero bonae fuerint ſubſtantiae et laudabilis chimi, erunt eligenda. Medico autem non ſufficit ad praeſeruationem et curationem dicti morbi ſolum cognoſcere ſubſtantiam, ſed etiam de *qualitatibus* ipſorum primis intelligentiam habere ſufficientem. Dicamus autem, quae cibaria eſſe non debent fortis caliditatis in virtute, quia calorem naturalem incendunt, et corporis humiditatem innatam deſiccant, vt AVICENNA *Fen. prim. — prim. d. III. capit. prim.* ſcribit, quod caliditas maior, quam debet, reddit corpus ſiccius, quam oportet. Nam omnis caloris cauſae cum ſuperfluunt, in exſiccando iuuant, vt dixit AVICENNA, *in IV. prim. capit. II.* Concludamus igitur, *in corporibus patientibus praedictum morbum cibos valde calidos aut nunquam, aut raro, imo quam rariſſime ſumant, quia corpus exſiccant. Illud enim eſt in cauſa generationis materiae morbi Aluhumata, qui eſt melancolica, ſicciſſima et terrea,* et per auctam caliditatem efficeret cinerea, per conſequens contraria eſſet ad illius morbi praeſeruationem et curationem.

Similiterque etiam cibaria valde frigida actu vel potentia non ſunt comedenda, quoniam naturae humanae frigiditas eſt valde contraria, vt ISACH in dictis praelectionibus inquit. Frigida, velut nix, ſunt multum fugienda, vt IPOCRAS *V. Amphorism.* dicens: *Frigidum eſt inimicum neruis, oſſibus, dentibus, cerebro et ſpinali medullae etc.* propterea *in corporibus patientibus hunc morbum Aluhumata*: Malitia enim frigiditatis paulatim in eis ſe adunat, licet ipſi nocumentum non illico ſentiant, quia ad intra in poroſitatibus neruoſorum membrorum *recluduntur humores,* vt *in articulis et neruis*, et frigiditas ſemper membra percutit debilia et ſenſibilia, et incidunt in maiores *dolores*, et talis morbus difficilis curationis efficitur. *Idcirco male operantur illi ideotae, qui ordinant et applicant infirmis, tali morbo aluhumata afflictis, vnguenta frigidiſſima, narcotica grauantia, et infrigidantia, et adunantia materiam ad intra poros membrorum* etc. ſicut inferius in *cap. de cura accidentium* dicemus. Concludere igitur poſſumus cum AVICENNA *in V. Canon. Tract. IV. cap I.* inquiente, *in omni diſpoſitione oportet, vt vehementer cauſatur frigus, praecipue in diſpoſitione* huius morbi doloroſi. Ex his ſequitur concluſio, quod *omnia cibaria, tam calida, quam frigida, humida vel ſicca, non ſunt in hoc morbo adminiſtranda, niſi cum temperamento.*

Ex ſuperioribus notatis concludendum eſt, quod omnes cibi, habentes complexionem ſuperflue calidam, frigidam, ſiccam vel humidam, ſint inutiles in hoc morbo, permaxime, ſi ſint habentes complexionem frigidam et ſiccam, et hoc in generali, ſiue ſint fructus, ſiue ſint legumina, ſiue olera, etiam de omnibus aliis cibis. Hic autem non volo aliquid dicere de cibis in particulari de complexione et proprietate eorum, quia iam per ea, quae ſcripta ſunt in codicibus ſimplicium medicinarum tractata a doctoribus medicinae, reperies complexionem et proprietatem cuilibet cibi, et exinde iudicare poteris, ſi conuenientes et vtiles ſint ad praeſeruationem et curationem iſtius *morbi aluhumata*, vel ſi e contrario inconuenientes ſint et inutiles, veruntamen quia cibi omnes, qui in vſu ſunt, ad comedendum aggregatas inuenies

inuenies omnium doctorum intentiones. Ideoque remittimus te ad illa, quae dicta ſunt in noſtro *libello de peſtilentia.*

Capitvlvm X.

In quo oſtendemus, quintam rem non naturalem, videlicet repletionem et inanitionem, ſi repletio humorum naturalium temperata fuerit in corpore diſpoſito ad morbum Aluhumata, nullum nocumentum ſequetur: Si autem ſuperflua fuerit repletio, contrarium fiet, ſicque de inanitione dicendum erit.

Vnusquisque medicus debet per ſemet ipſum ſaepe numero conſiderare, debet et animaduertere, ne in corpore humano vel aliquo membrorum ſuorum particularis repletio fiat. Non autem dico de repletione ſolum cibi et potus, ſed de humorum naturalium et non naturalium repletione, et paulatiua eorum congeſtione intelligimus, quae ſaepe contingit ex mala membrorum complexione, quantum cunque reficientia in ſe laudabilia exiſtant, vt facile eſt videre de colericiſſimo homine, temperata diaeta enutrito, in quo non parua colerae quantitas multiplicatur, ſimiliterque de fleumatico ſuo modo, et ſic de ſanguineo, in quo ſuperflua ſanguinis quantitas generatur, multoque magis ad horum humorum augmentum accedere videtur diaeta, quae in quantitate vel qualitate temperamentum ſaepenumero excedit. Si enim plectoria vel cacochymia in toto corpore multiplicatur ex defectu digeſtiuae aut expulſiuae, vel fortitudine attractiuae et retentiuae, vt in ſtomacho, epate vel ſplene, pectore, et humores in dictis membris vel toto corpore aggregati ad plures aegritudinum ſpecies diſponunt.

Ideoque *qui vult corpus humanum a morbo aluhumata praeſeruare et curare, oportet ad duas res intentionem ſuam dirigat, quarum vna eſt ad corpus cum cibo conuenienti loco eius, quod diſſolutum eſt de ipſo, alia eſt mundificatio ab ipſo eius, quod generatum eſt de ſuperfluidatibus ciborum etc.* Quomodo autem repletio et harum ſuperfluidatum aggregatio cognoſcatur, ſiue ſit quantitas laudabilium humorum, quae fit, quando ex bonis et multis cibis et potibus plurimum enutrientibus ſanguis copioſus et alii humores generati adaucti fuerint, quam repletionem, haec ſigna declarant, vt Avicenna *II. prim III. cap. VI.* dicit, membrorum grauitas in motibus, pigritia, faciei rubedo et venarum inflatio etc. Si enim repletio fuerit facta ſola qualitate humorum peccantium, ſcilicet calida vel frigida etc. ſunt ſigna diuerſa et hoc ſecundum qualitatem humoris peccantis. Cum vero cognitum fuerit, in corpore vniuerſalem vel particularem repletionem adeſſe, citiſſime de illius euacuatione prouidendum erit. Propterea oſtendendum eſt primo, quantum periculi emineat ex ſanguinis repletione, quamuis laudabiliſſimi, dicendum eſſe videtur, quod quis repletus omnino euacuatione per flobotomiam indigere, niſi in breui vitam cum morte commutabit, vt dixit Ipocras p, *Aph. In exercitantibus ad ſummum bonae habitudinis ſunt fallaces, ſi in vltimo fuerint etc.* et Galienvs *in comment.* dixit: *Vnde multi morte ſubitanea ſunt extincti, corporibus pertingentibus in vltimitatem plenitudinis.* Hoc innuit Galienvs *in II. Therapeuticae cap. vltimo* dicens: *Cum aequaliter ſibi inuicem aucti fuerint humores, multitudo haec plectoria nominatur.* Cum autem iam tanta colera vel nigra, vel fleumate vel ſeroſis humiditatibus plenum factum fuerit corpus, *cacochymiam,* et non *plectoriam* vocat talem diſpoſitionem. Idcirco Avicenna *in 3. prim. d. z. cap. VII.* dixit: *Vehemens repletio in qualibet diſpoſitione eſt pernecabilis.* Propterea ſi medicus cognouerit ad aliquam praefatarum repletionem corpus deueniſſe, diligenter conſiderare debet, an illa repletio fuerit vniuerſalis, an particularis, et an humorum peccantium quantitate aut qualitate. Quod ſi ei medico notitia fuerit, eſſe vniuerſalem cum humorum peccantium augmento et ſuperfluitate, omnibus rebus conſentientibus, flebotomare ipſum debet, vt Avicenna in *prima tertii cap. XXIX.* dicat: *Cum ſanguis aut cum humore, qui vincit, ſanguis denominatur, a flebotomia incipiemus, quoniam ipſa eſt potiſſimum remedium ad euacuandum ſanguinem et reliquos humores, cum ſuperflue fuerint augmentati.* Hoc ipſe Avicenna confirmat *in 4. primi cap. III.* dicens: *Minutio eſt euacuatio humoris aequaliter augmentati,* et ipſe *in cap. IIII. eiusdem libri, et fere* inquit, *cum humores fuerint aequales, praemittere minutionem: Quod ſi aequales non fuerint, ſuperhabundantem euacua.* Etiamque *in cap. XX. eiusdem* dicit: *Flebotomia eſt euacuatio vniuerſalis, quae multitudinem humorum euacuat.*

Ideo concludamus, quod *in praeſeruatione corporum plethoricorum, habentium aptam diſpoſitionem ad incurrendum morbum aluhumata, ſi eueniat a cauſa ſuperiori, ſcilicet ab influentia coniunctionum planetarum, ſiue eueniat ab aliis cauſis, (quod raro obtingit) conueniens et neceſſarium erit facere minorationem per flebotomiam,* vt Galienvs *VI. Amphor. comment. XXII.* dixit. Flebotomia eſt communis totius corporis purgatio, quia incraſſi corporis * tantum humorum auferre eſt congruum, quantum ſuper id, quod ſecundum naturam adauctum eſt, quoniam quantitas euacuationis dicitur ex quantitate, quae ſecundum multitudinem fit. Igitur ſecundum maiorem vel minorem ſanguinis et aliorum humorum multitudinem et repletionem fiat phlebotomia. Nam flebotomia ventrem deſiccat, memoriam praebet, veſicam purgat, cerebrum temperat etc. Propterea ſcribit Rasis IIII. *Almanſoris cap. XIV.* dicens: *Si neglecta fuerit phlebotomia aut non permiſſa fieri, prout neceſſe eſt plectorico, multa nocumenta proueniunt.* Igitur phlebotomia magna exiſtit medicina, in ſanitate conſeruanda et praeſeruanda valde proficiens, et ad aegritudinum curationem congruens, ſi, vt oportet, fiat. Ecce igitur, quantum *ipſa neceſſaria eſt ad praeſeruandum corpus repletum, aptitudinem habens ad incurrendum iſtum grauem morbum, Aluhumata,* ſi, vt oportet, fiat, ſi iſta conſenſerint, complexio, aetas, tempus anni, conſuetudo etc. *Si vero aliquis hunc foedum morbum habuerit, et corpus plectoricum fuerit, flebotomia erit neceſſaria.* Scilicet in quo tempore morbi, et in qua hora, et de qua parte vel vena fieri debeat, et quae quantitas ſanguinis extrahenda ſit, inferius in *cap. de curatione huius morbi* dicemus.

Vlterius oſtendendum erit, quid agere debemus in praeſeruatione huius grauis morbi aluhumata, ſi corpora repleta fuerint ex aliquo tantum vel pluribus humoribus peccantibus in qualitate, vtique ex colera ſolummodo vel fleumate, vel melancolia, vel ex colera et fleumate, vel ex colera et melancolia etc. *Si hii humores non fuerint ſanguini admixti, non conueniens eſt flebotomia, ſed dicendum eſt, quod cum ſolutiuis et purgatiuis medicinis talis humorum ſuperabundantia minuenda erit,* permaxime tempore veris, vt Galienvs *in 6. Amphor.* inquit, quod ſani, ſi corpora ſua non purgauerint, non diu erunt ſani. Et ibi dicit, quod multos aegrotare ſolitos cuſtodiuit. Propterea in *lib. 4. cap. 15. dixit* Rasis *ad Almanſorum* ſolutione ventris vti, prout oportet, ſumma eſt medicina ad ſanitatis conſeruationem, magnum praebens adiutorium. Eſt enim poſſibile, vt huius operationis cauſa corpus ab humore mundificetur, qui propter ciborum errorem, vel ex diaetae negligentia, vel qui ex corporis intemperantia ſolet generari, mundificetur. Poſtea ipſe Almansor ſubdit, *quapropter medicina ventris ſolutiua quisque vti debet,* quae humorem, qui ei nocere ſolet, vel qui in eo ex ſui corporis diſpoſitione generari conſueuit, et cauſa erroris ſui regiminis expellere conſueuit, cum omnia diligenter perſcrutata fuere et inueſtigata per proportionem ſignorum dictorum in ſuperioribus nominatorum, concludamus, quod, qualiſcunque fuerit illa humorum repletio, ſi magna neceſſitas inſtauerit, in quocunque anni tempore euacuari debet. Si autem nullum notabile periculum praetenderit, in vere perfici debet, et ſic praeſeruabitur a morbis ei euenire potentibus ex tali humorum repletione. Propterea Avicenna *tertia prim. de ſecunda. capit.* 1. inquit: *Nobis neceſſe eſt procul dubio ſuperfluitates euacuare, quarum euacuatio ſecundum plurimum non completur, neque eſt conueniens, niſi cum medicinis fiat ſolutiuis.* Idcirco *in praeſeruatione ab iſto morbo aluhumata eſt neceſſarium corpora plethorica phlebotomare, et cacochymica euacuare* cum medicinis purgatiuis humorum abundantium et ſuperfluorum in corpore cacochymico. Sed *cauere debes* omnino, *ne medicinam exhibeas fortem in hac praeſeruatione, minusque in curatione dicti morbi,* ſicut inferius dicemus, eo, quod laxatiuum violentum, quamuis fuerit rectificatum et temperatum, quantum plus poſſibile fuerit, impoſſibile tamen eſt, quin propter acuitatem et motum ipſius

non

non commoueat et generet groſſitiem et duritiem ſimiliter apoſtemati in ſtomacho, vt dixit Avenzoar *tract. nono cap. VIII.* Propterea ipſe innuit *lib. p. tract. VII. cap. p.* quod omnia laxatiua, quae habent violenter et impetuoſe laxare, trahunt humores a toto corpore ad ſtomachum, et purgant corpus totum, ſtomacho repleto manente.

Et cum hoc etiam talis medicina habet totum corpus deſiccare: Quare humor malus, in ſubſtantia ſtomachi imbibitus, habent remanere. Propterea errant imprudentes medici, cum fortiſſima medicina ſolutiua volentes ſemel expellere, quod pluribus vicibus erat euacuandum, *quorum aliqui ad febres, alii vero eorum ad dyſſenteriam et ad alios morbos inde peruenerunt, et hoc, quia laborioſa pharmaca corpori humano inimicantur.* Nam medicinae ſolutiuae euacuant ex humiditatibus naturalibus et ſpiritum; qui eſt ſubſtantia vitae, et cum hoc virtutem membrorum principalium debilitant. Ea cauſa dixit Ipocras, *quod medicina purgat et inueterat.* Ideo in *quarta prim. cap. VIII.* Avicenna inquit: *In pluribus violentarum medicinarum exiſtit aliqua venenoſitas, et ſolutionem ventris efficiunt ſecundum motum, quo naturae violentia infertur.* Hoc confirmat Averrois 5. *Colliget* inquiens: *Nulla medicinarum purgatiuarum eſt ſine veneno aliquo in aliqua parte ſui.*

Propterea non intendimus impraeſentiarum velle de purgatiuis medicinis longum ſermonem facere, ſed tantum decreuimus *purgari volentes admonere, quod in praeſeruatione, permaxime in curatione huius morbi grauis et foedi, quod pro eorum poſſe laborioſa pharmaca non aſſumant, ſed cum leuibus et benedictis medicinis* ſuperfluitates ſui corporis, cum opportunum fuerit, euacuent, quae non habeant virtutem et membra principalia debilitare, ſed potius eis conferre vtique, quia, cum eſt de melioribus et ſublimioribus medicinis, habens praerogatiuam ſupra alias medicinas, vt inquit Messve. Nam virtus in *aloe* inuenitur ad confortationem membrorum debilium addere et ad reditionem eorum in proprias virtutes conferre. Solutione enim educit coleram et fleuma, et mundificat caput ab eis et ſtomachum, et iuuamento maximo doloribus eorum confert, et multa alia iuuamenta. Aloes enim in corpore humano inducitur, quae inuenies ſcripta ab Abem Mesve et aliis medicinae doctoribus: quae cauſa breuitatis dimittamus. Si autem in corpore habentes aptitudinem ad praedictum morbum conueniat aloes, particulariter dicere non poſſumus, cum tanta ſit diuerſitas in complexionibus aetatis, regionibus, temporibus et conſuetudinibus, et tanta ex parte materiei diſparitas ratione qualitatis et quantitatis, praeparationis, loci et huius modi. Ideo medicus ſapiens propter haec dicta habet medicinas diuerſificare. Similiterque omnes ſpecies *mirabalanorum* valent ad mundificandum repletiones humorum, quia non debilitant cum ſolutione ſua, imo confortant ſtomachum, et proprie viſcera, et confortant cor et epar, et corpus totum etc. Ex dictis Mesve et aliorum ſapientum etiamque *reubarbarum* eſt conuenientiſſimum in tali praeſeruatione. Nam ſi medici tunc medicina reubarbari vtantur, non id faciunt, quod ipſum ſit fortiſſima medicinarum, ſed quia ſecuriſſima et optima, nullam ingerens moleſtiam corpori. Propterea Mesve dixit: *Eſt ex medicinis benedictis et ſolennibus etc.* et infra ipſe ſubdit: *Non eſt in eo nocumentum apparens, et datur in omni tempore et in omni aetate, itaque pueris et praegnantibus etc.* Amplius dicit: *Solutione educit coleram et fleuma, et maior eorum proprietas eſt modificare et confortare epar et ſtomachum etc. Iſta eſt ſingulariſſima medicina in praeſeruatione corporis diſpoſiti ad incurrendum aluhumata,* quia reubarbarum conferre dicitur doloribus pungitiuis epatis et ſtomachi, et clarificat ſanguinem, et aufert opilationes dictorum membrorum et viſcerum etc. Eſt etiam vtiliſſima et ſecuriſſima medicina *caſſiae fiſtula in praefata praeſeruatione,* quia in ipſa eſt fiducia iuuamentorum, et eſt ſine nocumento, carens acuitate et mortitatione etc. cuius poſſe eſt, quia mundificat ſanguinem, et compeſcit omnem acuitatem, ſedatque ſitim, vt inquit Abem Mesve. Similique modo *tamarindi* et *manna* medicinae valde vtiles exiſtunt in ſupradicta praeſeruatione illorum corporum cacochymicorum, praeparatorum ad illum morbum inpurgatione humorum ipſorum, praecipue colericorum, praecipue ſanis non minus, quam aegris quibusdam conuenire videntur habentes. Igitur et ſimilibus benedictis euacuatiuis eſt vtendum, cum aut corporis, aut membrorum repletionem ex malis humoribus congregatam euacuare voluerimus, poſtponendo laborioſa ſoluentia, vtique ſunt *ſcamonea, turbith, coloquintita etc.* ex quibus ſtomachus et membra principalia in eorum operationibus plurimum impediunt et debilitant. Ergo *cum talibus medicinis exſoluentibus in praeſeruatione huius morbi raro adminiſtrentur,* ſed euacuentur cum dictis medicinis ſimilibus benedictis. Quod ſi aliqua ratione vel cauſa praedicta ſimplicia euacuantia quis accipere non poſſet, pharmaca benedicta et ſecura ex ſimplicibus medicinis benedictis laudatis compoſita et conſtituta aſſumere poterit, vel ſub forma pillulari, vel ſub forma potus, vel ſub forma electuarii, ſiue ſub forma bolorum. Omnia haec remittantur medico prudenti. Et *iſtis medicinis compoſitis neceſſarium erit vti in praeſeruatione huius morbi aluhumata,* qui non virtutem et membra principalia debilitant, ſeu potius conferent corporibus cacochymicis praeparatis ad incurrendum praedictum morbum, et attentione dignum eſt, quod in tempore, in quo iſte morbus grauis et foedus aluhumate concurrit, et grauat gentes, et in corporibus hominum abundantibus humore melancolico euenit, et contingit in eis, generatur multitudo humoris melancolici in venis et membris neruoſis.

Ideo eſt conueniens medico intentionem ſuam dirigere ad digeſtionem et euacuationem humorum melancolicorum. Et nota ſecundum Abem Mesve, quod tria conſiderabilia complent intentionem ſolutiui in euacuatione humoris melancolici. Primum eſt, quod non ſubita et fortis fiat euacuatio in morbo melancolico, ſed per interualla et temperata; ſecundum conſiderabile eſt, quod euacuatio non fiat cum fortiter et laborioſe euacuantibus, praecipue in principio. Tertium, ergo non exſpolient ſolutiua a rebus linificantibus et humectatiuis. Ideo non eſt recedendum a medicina humectatiua etc. Et licet haec conſiderabilia permaxime conueniant in cura morbi melancolici, veruntamen in praeſeruatione valde conuenientiora ſunt iſta tria conſiderabilia.

Sequitur ex his, quod in praedicta praeſeruatione erit rectum humorem melancolicum multoties et interpellate euacuare, propter ineptitudinem ad eductionem materiae et in tempore medio cum aequantibus materiam. Haec autem large intendimus declarare in curatione dicti foedi morbi. Concludamus ergo, quanta ſit purgationis debitae vtilitas, et quanta eius neceſſitas in praeſeruatione corporum praeparatorum ad morbum aluhumata, ne inde putrefactio vel corruptio et incineratio in naturalibus et vtilibus contingat humoribus, ex quibus iſta aegritudo aluhumata citius generetur, vel ne diuerſae aegritudinum ſpecies generentur, et ob hanc cauſam neceſſe eſt, vt corpora mundificentur in vere ab extraneis et inutilibus humiditatibus, ſiue cum phlebotomia, vel cum aliis ingeniis medicinarum ſolutiuarum, vt naturales humores puriores reddantur, et ne in breui mors vel ſaltem dicta aegritudo, vel alia ſequatur. De inanitione autem e contrario dicendum erit, et aliqua vtilia dici poſſent, ſed cauſa breuitatis ſilentium ponimus, remittendo haec dicta ad *capit. de repletione et inanitione* noſtri libelli de praeſeruatione et curatione a peſtilentia.

Capitvlvm XI.

In quo oſtendemus, ſextam rem non naturalem vtique de accidentibus animae, quae iuuamenta et vtilitates, vel quae nocumenta et inutilitates ſequuntur in corporibus, habentibus aptitudinem ad incurrendum hunc morbum aluhumata, vel in iam morbatis et afflictis hoc graui et foedo morbo.

Ad clarificandum ergo hoc capitulum dicamus cum Galieno, in *primo de regimine ſanitatis* inquiente: *Oportet medicum, qui ſanitatem vult cuſtodire, ſtudere, ne mores animi corrumpantur, non vt philoſophus, qui vult ipſius animae ſanitatem conſeruare, et faciat hominem virtuoſum, ſed ne facile in aegritudinem corpus deueniat.* Ex qua ſententia manifeſtum eſt, quod medicus de accidentibus animae curam habere debeat, ne totum corpus a ſua temperie et naturali complexione labatur et permutetur, ſequendo ſententiam Galieni in *tertio tegni textu comment. XXXV.* dicentis.

centis. Abſtinere manifeſtum eſt, quoniam ab intemperantia oportet animae paſſionum, ſcilicet irae, triſtitiae, gaudii, furoris, timoris, inuidiae et ſolicitudinis. Exterminant enim haec et permutant corpora ab ea, quae eſt ſecundum naturam, conſiſtentia. Propterea omnia animae accidentia ſequuntur aut eis aſſociantur motiones ſpiritus interius aut exterius, vt dixit Avicenna in *ſecunda prim. diſoda- cap. XXIV.* et iſta motio aut erit ſubito, aut paulatim, et ad eius motionem ad exteriora, ſequitur eam frigiditas corporis eius, quod interius exiſtit, et fortaſſe, ſi ſuperfluit illud, quod reſoluitur, ſubito infrigidatur corpus exterius et interius, et ſequitur eam ſyncopis aut mors. Propterea dixit Haly in *comment.* ſuperius notato, quod ira et furor faciunt *accidere* caliditatem ſuperfluam, gaudium vero et laetitia caliditatem aequalem, timor autem et pauor accidere faciunt frigus. Iſta ergo accidentia hoc faciunt mediante motu ſpiritus, vnde corpus exſiccatur, teſte Galieno *tertio commenti XXXXVI.* inquiente, *omnes animae paſſiones exſiccant corpus.* Ex his apparet, quod animae accidentia omnino vitanda ſunt propter magnum periculorum, ſequens ad ſubitum et fortem motum ſpiritus interius aut exterius. *Abſtinendum ergo eſt ab ira, triſtitia, inuidia, timore, ſolicitudine et aliis animae accidentibus in corporibus, habentibus aptitudinem ad incurrendum morbum aluhumata, permaxime in ipſis, in quibus eorum corpora vexata et infecta ſunt hoc praenominato morbo.* Praecipue in talibus illa fugienda ſunt accidentia, quae triſtari faciunt, vt Rasis in *libro IIII. capit. VIII. Almanſoris* dixit, quoniam omnibus ſanis nocumenta inferunt, exceptis hiis, qui carnis indigent minoratione, et *firmatur hic morbus aluhumata in corporibus, vel aliis dictis accidentibus animae, permaxime hiis, qui triſtati erunt,* quoniam corpora eorum replentur humoribus melancolicis terreis. Idcirco omnia accidentia animae, quae nocumenta et inutilitates in talibus corporibus inducunt, ſunt fugienda cum patientia animi et bona tolerantia, et cum citius poſſibile fuerit, expellenda ſunt. A triſtitia ergo eſt abſtinendum, cum ex ea non pauciora eueniant nocumenta. Si ergo immoderata fuerit triſtitia, in frigidarum complexionum corporibus corpus refrigeratur, calorque extinguitur naturalis ſua in corporis interiora conuerſione. Propterea triſtitia omnibus eſt nocens corporibus. Haec omnia Aly Abbas *quinto theoricae cap. vltimo* ſcripſit. Hoc voluit Avicenna *III. prim. cap. IIII.* dicens: *Triſtitia multum exſiccat et pigritia virtutis laxat animales etc.* Propterea *quinto de accidentia et morbo cap. VI.* inquit: *Quibus accidit triſtitia, frequenter mortui ſunt, et hoc puſillanimibus ſolet euenire. Nam eorum anima debilis atque defecta extinguitur et ſuffocatur.*

Similiterque a timore pariter caueamus, quia timor infrigidat: Manifeſtant autem terrefacti, et tremunt. Hoc innuit Galienus in *V. de accidenti et morbo, capitul. VI.* dicens: *Timor ſanguinem, calorem atque ſpiritum reportat ad interiora*, ſcilicet ad ſuam originem ad cor, atque exteriora corporis refrigerat. Et ſubiunxit poſtea, *in timore virtus animae non confortatur, neque ad exteriora reuertitur in tantum, quod calor extinguitur etc.* Ea ratione Galienus in *libro de lipothym. cap. III.* dixit: *Timor et terror turbant virtutem, et debilitant ipſam non minus aliis cauſis.* Ideo Ipocras in *VI. Aphoriſ. XXIII.* dicebat: *Si timor et puſillanimitas multum habeant tempus, melancolicum perficiunt etc.* Ex hiis concludere poſſumus, quod omnes *animae paſſiones fortes* valde *nociuae ſunt* et inutiles, nocumenta fortia inducentia *in corporibus, diſpoſitionem aptiſſimam et promtiſſimam habentibus ad incurrendum morbum aluhumata, et permaxime morbum iſtum patientibus.*

De omnibus accidentibus animae velle dicere iuuamenta et nocumenta, quae accidunt in corporibus, eſſet res vana prolongare ſermones, poſtquam largiſſime per philoſophiae, et praecipue medicinae doctores inuenies ea ſcripta et notata, et tu poteris applicare ed praeſeruationem et curationem dicti *morbi aluhumata.* Qua de re hic ſilentium ponimus, quia iam large ſcripſimus in *libello* noſtro *de peſtilentia.*

Capitvlvm XII.

In quo oſtenſionem faciemus, quae corpora habent maiorem diſpoſitionem et aptitudinem ad incurrendum iſtum morbum aluhumata, etiamque Aphrodiſiac. ſi in hominum corporibus, dictus morbus per contagium euenire poſſit.

Pro declaratione primae partis huius capituli eſt notandum, quod *duplex* eſt *agens, quod commouet iſtum morbum aluhumata in corporibus humanis, qui dicitur tertia ſpecies variolarum*, ſcilicet *extrinſecum* et *intrinſecum.* Cum *agens* autem *intrinſecum* poteſt eſſe *calor*, faciens hanc ebullitionem in ſuccis et in ſanguine, ex qua ebullitione eueniunt vel exeunt variolae. Nam calor intrinſecus agens hanc ebullitionem in ſanguine multum aquoſo, humido et fluido efficitur, calor innaturalis additur calori naturali, qui in ſimili ſanguine per ebullitionem acquiritur, qui ei eſt extraneus, et quodammodo extrinſecus, et innaturalis, ſicut contingit in ſynocha inflatiua et in ſynocha de putrefacto. Et talis calor poteſt dici quodammodo naturalis, qui non adueniens eſt a cauſa extrinſeca primitiua, ſeu multoties ſanguis ab vtero contractus vel ex vſu ciborum generantium ſanguinem conſimilem, eſt aptus huic ebullitioni, ex qua fiunt permaxime variolae, quia morbilli non fiunt, niſi a ſanguine colerico, et *aluhumata non fiunt, niſi a ſanguine groſſo melancolico terreo.* Et raro talis ſanguis groſſus ebullit, quia parum habet de aquoſitate, humiditate et aqueitate. Ideoque *raro habentes hunc morbum aluhumata ante exitum puſtularum febrem patiuntur, et rariſſime vel nunquam euenit iſte morbus ab hoc agente vel cauſa*, ſcilicet a calore quodammodo naturali, ſiue exeant ex reliquis nutrimenti ſui menſtrualis in vtero, ſiue poſt exitum ab vtero a materia aggregata et congeſta ex malis cibis in poroſitatibus membrorum, praecipue neruoſorum, ſimili materiae menſtruali. Si vero ab iſta cauſa euenire contingat, tunc generaliter *corpora immunda*, plena ſuperfluitatibus, habentia vitam pigram, et copioſe comedentia, *multiplicantia* ſuperfluitates, et *coitum vtentia*, et alia inordinata praua in ſex rebus non naturalibus facientia. Talia corpora habent aptitudinem et diſpoſitionem ad incurſum variolarum, vt ſunt corpora calida et humida, vt ſanguinea, poſtea ad morbillos corpora plena ſanguine colerico, poſtea autem corpora plena ſanguine melancolico groſſo, vt melancolica corpora. Propterea Avicenna *prim IIII. capit. de variolis* dixit, quod corpus variolis praeparatum eſt calidum et humidum, et conturbatae humiditatis et propriae, quod parum extrahit de ſanguine per flebotomiam, quia corpora munda ſecundum medicos dicuntur illa, quae in humoribus ſuis non excedunt quantitatem, nec qualitatem, nec vtroque modo, vt Galienus in *libro de euchimia.* Tale autem forte agens, in corporibus mundis non inueniens reſiſtentiam in ſua actione, non agit in illa corpora corrumpendo, ſed ſolum modicum illa alterando, et non terminatiue in illis corporibus agendo, vt ſunt corpora ſanguinea, carnoſa, plena bonis humoribus.

Agens autem *extrinſecum* eſt etiam duplex. Quoddam eſt, vt *calor ſolis* vel calor extrinſecus eueniens in tempore veris, permutati ad calidum et humidum valde, vel in fine autumni, et proprie, cum praecedit aeſtas calida et ſicca, et tum autumnus calidus eſt et ſiccus. Iſti calores poſſunt facere ebullitionem in ſanguine, et poſſunt eſſe cauſa variolarum et morbillorum, vt dixit Avicenna et Rasis 18. *Continentis.* Sed *rariſſime commouent tertiam ſpeciam variolarum, ſcilicet aluhumata*, quia quamuis mouere poſſint materiam variolarum et morbillorum, *non tamen mouent materiam aluhumati, quia indigent agente valde forti extrinſeco, ſibi proportionato et conuenienti.* Et quando euenit tale agens extrinſecum, ſcilicet caloris ſolis, et cetera corpora ſupra nunc ſcripta habent diſpoſitionem et aptitudinem commouendi variolas et morbillos, ſed rariſſime ad aluhumata, quia tale agens non eſt ita forte, quod materiam aluhumati commoueat. Eſt etenim *aliud agens extrinſecum*, permaxime *aer corruptus peſtilentialis*, id eſt, aliqua diſpoſitio occulta aeris, ſicut aliqua parua *conſtellatio peſtilentialis*, cuius cauſa eſt occulta. Propter hoc Avicenna *Fen. prim. quarti d. 4. cap. VI.* eſt dicens, et hoc, cuius cauſa eſt res adueniens extrinſecus, ebullire faciens occulta. Et eſt aliqua influentia occulta, manans a conſtellatione coeleſti, et ſic ex illa diſpoſitione aeris multiplicatur ſaepenumero ſpecies variolarum, aliquando in alia diſpoſitione aeris peſtilentialis eueniunt morbilli. *In aliqua* vero *diſpoſitione aeris occurrit tertia ſpecies variolarum, quae dicitur aluhumata, licet ipſa rariſſime eueniat, quia ſua influentia, manans a conſtellatione coeleſti occulta, rariſſime*

me euenit. Ideo dicit 18. *Continentis cap. de variolis: Variolae et blacerae, id eſt, morbilli ſunt de morbis, qui dicuntur nuntii, ſcilicet futurae peſtis.* Et poſt innuit: *Vtplurimum mouentur ex corruptione inducta a cadaueribus, et proprie in aeſtate.* Et Avicenna dixit, quod ſunt de ſumma aegritudinum aduenientium, ſcilicet curſu aeris peſtiferi. Zoar autem dixit, quod euenire conſueuerunt tempore peſtilentiae factae ex corruptione aeris vel aquae putridae, vel corruptae etc.

Ideo generaliter concludamus, *in omni peſte corpora immunda ſunt plus diſpoſita incurrere iſtum morbum, aluhumata, quam corpora munda,* vt in antedictis declaratum fuit. Veruntamen dicta corpora habent aptitudinem et diſpoſitionem incurrendi iſtum morbum *aluhumata* a radice ſuperiori coeleſti ex formis ſiue imaginibus coeli, quae eſt quaedam influentia, ſiue tota proprietas, ſiue forma ſpecifica, vel virtus ſpecifica, conceſſa a prima cauſa, proueniens a corporibus coeleſtibus ex illo influxu ſtellari vnicuique indiuiduo ab illo propria natiuitate fere differente.

Et ſic eſt ſingularis et appropriatus, quia conuenit vni talis effectus, non conuenit alteri, et ſic, quod conuenit vni homini ſecundum complexionem inſequentem materiam, non conuenit alteri homini etc.

Quia haec omnia declarata largiſſime fuerunt in *caſu IV. libelli noſtri de peſtilentia*, hic non volumus iterum repetere, ſed ſolum dicamus, quod *quandoque prouenit ab aliqua influentia, mouente hunc morbum aluhumata.* Homines non habent diſpoſitionem et aptitudinem incurrendi hunc dictum morbum per complexionem inſequentem formam, ſcilicet ſanguineam, flegmaticam, colericam et melancolicam, ſed habent diſpoſitionem et aptitudinem incurrendi aluhumata per complexionem inſequentem materiam magis diſpoſitam ad ipſum morbum per illum aſpectum vel influxum coeleſtem, determinatum, ſpecificum, cui correſpondet conſignatio paſſiua illius hominis, et non alterius. Incurret talis homo illum morbum et non aliter homo, et *iſtam proprietatem influentiae ignorabimus, quam diu vixerimus in hoc mundo.* Ecce *veram* et *certam cauſam*, quia corpora humana habent diſpoſitionem et aptitudinem incurrendi morbum aluhumata, et ſic finis primae partis capit. Facta declaratione, quae corpora habeant diſpoſitionem et aptitudinem ad incurrendum morbum aluhumata.

Nunc dicendum de altera parte iſtius capituli, videlicet, *ſi in hominum corporibus ipſe morbus per contagium euenire poſſit.* Et notandum eſt pro veritate huius dicti, quod *iſte morbus aluhumata eſt contagioſus*, et hoc clare demonſtrat Sapri *m*) *de differentiis febrium*, inquiens: *Et quoniam peſtilentia, ſcilicet aeris conſtitutio, attulit febrem, nec hoc ignorant, qui participant intellectu, et qui conuerſatur cum his, qui peſtilentiam patiuntur. Fallax etenim periculum eſt, quod pertranſeat, ſicut ſcabie aliqua et ophtalmia. Fallax etiam eſt et cum his, qui a phtiſi poſſidentur et mordentur, et vniuerſaliter, quaecunque putride ſpirant, vt et domus, in quibus iacent, putridae exiſtant.* Et Avicenna in *II. prim. d. pri. capit.* 8. hoc confirmat, dicens: *Et eſt praeterea ex aegritudinibus quidem, quae ab vno ad alium tranſit, ſunt lepra, ſcabies, et variola, et febris peſtilentialis, et apoſtemata putrida, et praecipue, cum domus ſtricta fuerit, et ſimiliter eum vicinia fuerit ſub vento, et ſicut ophtalmia, et praecipue ei, quae oculis eum intuetur, et ſicut congelatio, cum imaginatur aliquis, quod acetoſum illud operetur, et ſicut phtyſis et albaras, et ſunt aegritudines quaedam, quae in ſemine haereditant, ſicut albaras alba, et tinea naturalis, et podagra, et phtyſis, et lepra.* Etiam Rasis *IIII. ad Almanſorem* ſcribit, inquiens: *Terra, in qua anthrax et peſtilentia fuerit, fugienda eſt.*

Et ſic dicendum eſt, quod *iſte morbus aluhamata exiſtit contagioſus*, quia eſt tertia ſpecies variolarum. Et Avicenna ſcribit, quod variola eſt morbus contagioſus. *Propterea ſtantes in loco infecto dicto morbo fuga ſtatim facta eſt tuta, ſed tunc, ſi per multum temporis ſpatium ſit mora, iam in fuga non eſt tanta ſecuritas.* Summo ergo opere tria in fuga in hoc morbo aluhumata obſeruanda ſunt. Primum trium eſt, quando in aliquo loco vel villa, vel ciuitate videris homines ex dicto morbo infici, ſtatim fugam facies: Secundum eſt, quod fugias ad partes longinquas, ad loca ſana, vbi homines non ſunt infecti tali morbo; Tertium eſt, quod tarde redeas, vel peruenias ad locum, vbi aluhumata multitudinem hominum inuaſit. Idcirco aduertendum eſt, ſecundum doctrinam doctorum ſuperius nominatorum et aliorum, loquentium de variolis et morbillis, etiam de iſta tertia ſpecie aluhumata, quod ſunt morbi contagioſi.

Eapropter ſi *aluhumata* a radice ſuperiori, ſcilicet a coniunctione planetarum infortunatarum et eclypſibus ſolis et lunae atque ab eius influentia proprietaria, ſolum euenerit, ad loca inferiora eſt fugiendum, quia in talibus locis aer eſt groſſus, et per conſequens non faciliter imprimitur illa influentia in aere groſſo, ſicut in ſubtili, vt Avicenna *prim. d. 2. capit. de naturis temporum.* Et hoc probat ſenſuale iudicium et rationabile. *Nam incarcerati, et homines incluſi, et mulieres religioſae incluſae, non habitantes, nec participantes cum extrinſecis, et ſimiliter in locis paludoſis apti et groſſi aeris commorantibus, ſunt tuti ab hoc morbo aluhumata.* Propterea dicit Avicenna *II. prim. capit. de aere bono*, inquiens: *Cum vero aere acciderit putrefactio communis, tunc diicoptus magis recipiens erit, quam ſtrictus et occultatus.* Si autem *aluhumata* ortum habuerit a radice extrinſeca inferiori, tunc fugiendum eſt ad loca montanoſa, alta, ſubtilem aerem habentia, et dimittenda ſunt loca groſſi aeris. Nam *vnus homo infectus dicto morbo poteſt inficere homines conuerſantes et ſtantes cum infecto. Etiamque poteſt inficere aerem camerae, et domum, vbi habitant, et ſic pertranſit de vno homine ad alium, et de vna domo ad aliam, et perducitur ille aer malitioſus per totam ciuitatem, et inde inficiuntur homines illius ciuitatis ex hoc contagio, coad iuuante virtute proprietaria ab influentia ſtellari proueniente.*

Hac de cauſa et ratione concludere poterimus, quod citius homo infectus ſub duplo infecit hominem ſanum tempore concurrente aluhumata, quam aer infectus malitioſus inficiat eum, et ratio eſt, quod duplicatur cauſa iſtius imperfecti aeris ad certam notitiam huius morbi, quod ſit contagioſus, eſt conſiderandum, quod ſiue ipſa ſit in generatione foetus in vtero, vel a tempore extra vterum multipliciter interuenit, ſcilicet aut ab aere corrupto peſtilentiali, vel ab hepate. Ipſum namque eſt cauſa efficiens antiquior, et conſequenter ſplen, aut ab aliis partibus vena corpore toto aut a cibis prauis, et partibus melancolicis, et vniuerſaliter a mala diaeta. *A quacunque cauſa proueniat iſte morbus aluhumata, eſt contagioſus, et hoc propterea, quia homines ſtantes in via domo aut conuerſantes cum ipſis dormiendo vel comedendo, vel alio quocunque modo, eſt maximum periculum, quod non proueniat in ipſis hominibus per contagium hic morbus, permaxime, ſi multam moram fecerit cum eis. Veruntamen dicimus, ipſam aegritudinem magis contagioſam eſſe propter coitum cum muliere, habente hunc morbum aluhumata, et maxime illius, cum qua homo habens dictum morbum coiuit. Propter enim caliditatem viri et apertionem pororum membri virilis vaporis a materia corrupti eleuati eum celerius corrumpunt. Hac de cauſa et ratione cauendum eſt a copula mulieris, patientis morbum aluhumata. Mulier autem non ſic inficitur, niſi fortaſſe ex crebro coitus ipſorum vſu*, cum matrix frigida ſit et ſicca, denſa, minimeque laeſionis receptiua, ſemen etiam patientis aluhumata, ab ea ſuſceptum, celerius eiicitur, aut inconfuſum quieſcens extinguitur. Et quamuis doctores dicant, in leproſis hoc eueniſſe, *nos* tamen *in patientibus hunc morbum per experientiam vidimus contigiſſe in iſto tempore, quia hic morbus homines cruciabat per contagium, praecipue ex coitu cum muliere hoc morbo infecta.*

m) Quis ille ſit, neſcio.

Capitvlvm XIII.

In quo oſtendemus, medicum ſcientificum et prudentiſſimum eſſe eligendum in cura iſtius morbi foedi dicti aluhumata, qui eſt tertia ſpecies variolarum, vt cauſam ipſius morbi antecedentem et coniunctam abſcindere ſciat, vtque infirmus ſanitatem aſſequatur.

Iſtud eſt ſingulare, et difficillimum capitulum *de cura aluhumati.* Quae quamuis ſit tertia ſpecies variolarum, valde *diuerſificatur cura ipſius a cura variolarum et morbillorum propter diuerſitatem ipſorum in materia, et in locis, vbi talis materia collocatur, etiamque penes accidentia conſequentia.* Nam *materia aluhumati eſt groſſa terreſtris*, materia autem variolarum et morbillorum non eſt tantum groſſa, quia habet magis de ſubtilitate. Secunda, quia *materia aluhumati habitans eſt in poroſitatibus membrorum neruoſorum et panniculorum, oſſium et aliorum membrorm neruoſorum*, ſed materia variolarum et morbillorum eſt in poroſitatibus membrorum carniformium, diuerſificanturque ſimiliter penes accidentia. *In aluhumata* vero *ſunt dolores fortiſſimi, nunc in vna parte corporis nunc in alia parte, aliquando in diuerſis partibus totius corporis.* In variolis enim et morbillis non ſunt dolores ſimiles, veruntamen ſunt in ipſis alia accidentia, ſicut febris continua, anguſtia et inquietudo, permaxime in morbillis, qui cauſantur a ſanguine colerico, *in aliis* autem *accidentibus aliqualem aſſimilationem habent variolae et morbilli cum aluhumata*, licet *de propriis accidentibus ſequentibus in aluhumata, permaxime de dolorum acerrimorum cura*, capitulum proprium facimus.

Nunc oſtendimus, *quomodo hunc morbum aluhumata curare* poterimus, et primo dicamus, quod ſi ſapiens medicus fuerit, cauſam huius aegritudinis remouere et abſcindere debet, et haec eſt ſententia Galieni *III. tegni XCIIII. comment.* inquientis: *Vnum commune oportet praeceptum habere efficientem vnamquamque quod cauſarum abſcindere poteſt, deinde ſic venire ad eam, quae facta eſt, diſtraſiam.* Hoc affirmat Avicenna *in XVII. III. tract. 4. capit. II. Curatio vero eſt inciſio cauſae*, et *IIII. prim. capit. vltimo: Impoſſibile eſt, vt febris remoueatur, cauſa eius remanente.* Propterea ipſe in *prim. IIII. tract. II. capitul. VII.* ſic ſcribit: *Cum inuenies virtutem reſiſtentem tolerantem, abſcinde cauſam, et remoue humorem.* Idcirco Galienvs in *lib. IV. de ingenio ſanitatis cap. IV.* inquit: omnes antiqui, qui praeceſſerunt, cauſam auferendam eſſe et prohibendam, non ſolum vulnerum, ſed aliorum morborum demonſtrarunt. Propterea Galienvs in *prim. terap. cap. XI.* ſingulariſſime dixit: *Ad cauſam ſemper ibimus, cognoscentes, quod non eſt poſſibile finaliter nullam diſpoſitionem ſanare, adhuc manente cauſa, faciente eam, ceſſare vero eam impoſſibile eſt, manente cauſa.* Vide igitur, quod omnes antiqui medici ſapienter concordarunt, quod cauſa aegritudinis primo ſit remouenda, et poſtea ipſa diſtraſia abiicienda contra empyricos et irrationabiles illico ad localium applicationem praecedentes etc. propter hoc, *quia dictus morbus aluhumata eſt valde difficilis eradicationis propter materiam conſuetam, quae ſtat in poroſitatibus membrorum neruoſorum.* Ratio enim eſt, quia materia illa groſſa, et terreſtris, et imbibita, et congeſta, eſt in dictis poroſitatibus membrorum, etiamque quia membra neruoſa, vt panniculi etc. habent in ſua ſubſtantia fortem denſitatem. Qua de re ab ipſis materia talis cum difficultate exalatur, et ſenſibiliter et inſenſibiliter reſoluitur. Quanto magis cum medicinis purgatiuis illius materiae facere euacuationem videtur impoſſibile, propterea, quia ſunt longinqua a ductuum euacuatione, et alia ratione probatur, quia materia illa groſſa, et terreſtris, et congeſta, non eſt apta, vt educatur cum medicina laxatiua. *Igitur oportet, vt educatur a natura vel ab artifice ad ſuperficiem cutis totius corporis, ſicut per experientiam vidimus in multis hominibus patientibus hunc morbum aluhumata, maximamque iſtius materiae quantitatem eſſe a natura expulſam ſine adiutorio medici*, ſicuti vt plurimum ſequitur in variolis et morbillis. Et non mirandum eſt de ipſis, quia variolae maiorem ſubtilitatem habent, quam aluhumata, praecipue morbilli, ſed *mirandum eſt de materia aluhumata, quomodo natura cauſam expellit ad extra ad cutem*, et non eſt aſſignanda alia cauſa, niſi quod natura forti nihil eſt impoſſibile, vt Galienvs ſcripſit in illo *Comment. Amphi.* dicens: Quibuscunque inter renes et ventrem fleuma concluditur, dicens, primum tamen oportet certificari, quod Ipocras dixit naturae forti nihil poſſe repugnare in expellendis humoribus, licet materia ſit groſſa, et viae ſtrictae ſint etc.

Canonicus ergo et ſapiens medicus, antequam ad talia perueniat, cum euacuationibus procedit vniuerſalibus, cum neceſſe fuerit, vtique cum flebotomia et pharmacia, vt Avicenna *prim. IIII. capitul. XXXXVI.* inquiens: *Scias, quod eſſe contentus infrigidatione et dimittere flebotomiam et ventris ſolutionem*, addit, *in opilatione et coartatione.* Quare additur, *putredo et caliditas in febribus.* Et Rasis in *libello de aegritudinibus iuncturarum capit. XVIII.* ſic ſcribit: *Vnguenta et emplaſtra, quando corpus fuerit plenum multis humoribus, attrahunt humores ad loca magis, quam diſſoluant*, et ſic breuiter dicamus, quod ſi in hac aegritudine aluhumata repletio materiae antecedentis et coniunctae contingerit cum euacuatione, curanda erit per flobotomiam ſcilicet et per pharmaciam, ſecundum quod ſigna demonſtrabunt. Quanto magis, ſi vltra praedictam repletionem materiae morbi dicti corpus fuerit plethoricum vel cacochimicum, vt manifeſte patet ex illo Ipocrat. *II. Amphor. Ampho.* dicente: *Ex plenitudine quaecunque aegritudines fiunt, euacuatio ſanat, et quaecunque ab euacuatione plenitudo et aliorum contrarietas*, in cuius *commento* Galienvs dicit. Neque diutius hiis immorandum eſt, cum omne contrarium ſuo contrario ſit medicandum. Et hoc confirmat Galienvs *tertio tegni textu comment. LXXXII.* inquiens: *Curatio quidem vnum habet modum, et maxime communem intentionem, ſcilicet ei, quod ſoluendum eſt contrarium.* Hoc etiam voluit Avicenna *in IIII. prim. capit.* dicens, cum aegritudinis qualitas ſcita fuerit, erit medicina eligenda, quae ei in ſua qualitate ſit contraria, quoniam aegritudo ſuo medicatur contrario, ſicut conſeruatur ſanitas ſuo ſimili. Concludamus autem ſecundum omnium medicorum ſententiam, quod curatio fieri habeat in omni aegritudine per contraria.

Qua de re veniamus *ad curationem huius morbi aluhumata*, quod cauſa faciens hanc aegritudinem eſt materia ex reliquis nutrimenti menſtrualis, qui derelinquitur in foetu ipſo ſtante in matrice, et quibus omnia membra ſimplicia nutriuntur, etiamque materia aggregata ex malis cibis generatur in membris foetus extra vterum, quae eſt ſimilis materiae menſtruali, et ipſam conſeruans, quae congeſta eſt in poroſitatibus membrorum neruoſorum, vtique in aluhumata vel in poroſitatibus membrorum carniformium, vt in variolis et in morbillis, et ſanguis menſtruus exiſtens in matrice tempore nutritionis membrorum foetus inficit eius maſſam ſanguineam per materierum reliquias, vel qualitatiue eius membra ſimplicia inficiuntur, et ratione iſtius infectionis qualitatiue ſemper extra vterum regenerantur ex malis cibis materiae congeſtae ſimiles reliquiis materiae menſtrualis nutrimento in matrice. Iſta talis mala qualitas inficiens vel reliquiae illius materiae remanentes in ſanguine tenent modum cauſae antecedentis, vel poſſimus dicere, quod *iſtae materiae*, congeſtae in poroſitatibus membrorum neruoſorum, poſſunt dici *cauſae antecedentes reſpectu puſtularum expulſarum ad extra ad cutem*, quae dicuntur *cauſae coniunctae.* Et licet haec dicta de cauſa antecedente et coniuncta ſint ſuperius ſcripta, veruntamen pro vera huius morbi cura licitum fuit repetere. Principaliter vero medici intentio in cura morbi aluhumata materiam reſpicit ipſam velle digerere, aut euacuare, aut diuertere, aut ad exteriora deducere.

In principio autem huius morbi, ſi materia aluhumata fuerit ſanguinea, id eſt, ſanguis groſſus, vel ſi materia aluhumati fuerit alii humores, vt puta fleuma vſtum, vel colera vſta, vel melancolica, et fuerint permixti cum ſanguine, primo incipiendum eſt a flobothomia, niſi ſponte ex naribus, emorrhoidibus ſiue menſtruis ſanguis effluxerit. *Talis flobotomia fieri debet a principio, antequam incipiant apparere puſtulae in ſuperficie cutis exterioris.* Propterea dixit Avicenna: *Oportet in variolis incipiatur et extrahatur ſanguis ſufficienter, cum conditiones fuerint ſeu particulares, ſeu a virtute, aetate, tempore anni, et ſimilibus, et ſimiliter, ſi morbillus fuerit in repletione ſanguinis, et ſpatium illius eſt vsque ad quatuor dies, fieri debet flobotomia. Et quando praecedunt variolae, id eſt, quando ad extra in cute ſunt apparentes, non oportet,*

vt adminiſtretur flobotomia, niſi inueniatur vehementia repletionis et dominium materiei: Tunc enim flobotometur quantitate, qua exſiccet etc. Propter haec dicta GENTILIS mouet quaeſtionem: *Vtrum flobotomia in variolis competat poſt quartum diem?* Dicendum ad hoc, quod ſi materia variolarum fuerit ſanguinea vel permixta illa materia cum ſanguine, et ſit in corpore maxime plectoria, id eſt, vehementia repletionis, in ipſorum exitu ad extra timetur corruptio membrorum. Propter hoc dixit AVICENNA, *flobotometur quantitate, qua exſiccet,* id eſt, educat illud ſuperfluum, ſecundum quod repletio exegerit. Et hoc eſt difficile. Tunc incipientibus apparere variolis, poteſt fieri flobotomia, quia materia eſt in venis multa et fortis ebullitio, quam multitudinem euacuat flobotomia, et temperat illam ebullitionem, et minorat materiam, et facit naturam potentem ſuper reſiduo, et flobotomia illa non diuertit materia, quae iam exiuit venas. Tanta eſt in venis repletio, quod per flobotomiam iſtam minoratiuam non fiet venarum inanitio, ſed ſolum minorabitur ſuperflua repletio. Si vero incipiunt apparere vel exire variolae in multa quantitate continua vel diſcreta in cute totius corporis, et illa materia non ſit ſanguinea et permixta cum ſanguine, nec multa plectoria, tunc flebotomia non competit, quia ille exitus ad extra eſt quidam modus criſis, et ſic flobotomia impedit eorum exitum, et facit materiam reuerti intus. AVICENNA vero dedit ſpatium exitus variolarum vsque ad quartum diem, id eſt, conſuetum, vtplurimum eueniens vsque ad quartum, incluſiue vel excluſiue. Si vero incipiunt apparere in ſecunda die, tunc non competit flobotomia poſt quartum, nec poſt tertium. Et ſic ſimiliter de aluhumata intelligere oportet. Omnia iſta remittantur iudicio ſtimatiuo medicorum, quia *terminus apparitionis* variolarum, et morbillorum, et *aluhumata, non eſt in omnibus aequalis* ſeu varius: Ideo diuerſificati ſunt auctores in aſſignando numerum dierum, in quibus ſanguinis minutio fieri debeat. Ea propter RASIS 18. *Continentis* dixit: *Vtaris flobotomia ante quartum diem.* Seu AVICENNA inquit: *Spatium flobotomiae vsque ad quartum diem.* Termini autem praedicti non ſunt punctuales, quia aliquando tardant vsque ad ſeptimum, et vltro. Sed *poſtquam aluhumata exierit ad extra ad cutem in multa quantitate, nullo modo eſt fienda flobotomia,* vt dixit AVICENNA. Fortaſſe flobotomia eſt mala, propterea, quia conuertit et repellit ad interiora illud, quod procedit, ſcilicet ad exteriora, et ſic operatur ad oppoſitum motus naturae, et haec flobotomia dicta directe conuenit propter cauſam antecedentem, quoniam ipſa eſt vehementis vtilitatis et neceſſitatis ipſam flobotomiam facere in principio aluhumata, praecipue in plethoricis. Et debet fieri flobotomia de baſilica dextra aut ſaltem de mediana, quia quamuis diuertant ipſam materiam de exteriori ad interiora, talis materia non eſt ſic venenoſa, ſicut materia variolarum et morbillorum, quoniam materia aluhumata eſt valde terrea et ſicca, et non poteſt ſuſcipere corruptionem, ſicuti variolarum et morbillorum.

Ergo neceſſarium eſt medico obſeruare virtutem. Nam ſi virtus, quae natura dicitur, ſufficiens ſit ad ſuperandum infirmitatem, vel e contra imbecillis ſit, quoniam ſi fortis ad bellandum cum aegritudine fuerit, debet ſic eam conſeruare, et cauſam aegritudinis abſcindere. Si autem imbecillis et debilis extiterit, poſtpoſita cauſa, debet eam ſufficientiſſime vigorare et cum nutrientibus fortificare, vt AVICENNA in *prima quarti tract.* 2. *cap. VII. Eſt* inquiens, *cum inuenis virtutem reſiſtentem tollerantem, abſcinde cauſam, et expelle humorem etc.* Propterea dicebat GALIENVS *p. regiminis auctor. Comment. XLIIII.* Sublimior intentionum omnium eſt intentio ſumpta a virtute, quoniam curans eſt virtus, et non medicus, quia cum fortis non fuerit, non prodeſt curatio, quomodocunque fiat. Et AVICENNA in *prima quarti* dicit: *Propterea ſollicitudo medici eſſe debet circa corporis virtutem integratam etc. ex vitali et animali, et naturali etc.* Concludimus igitur cum GALIENO in p. *de febribus ad Glauconem,* dicentem: *Neceſſe eſt, vt reſpicias ad aegri virtutem, et ad impetum cauſae, et ad quantitatem virium eius, qui aegrotat, et ad qualitatem morbi, ne forte non reficiendo ciborum refectione vires aegroti conſumas, et fortiter abſtinendo ad periculum deducas.*

Ex hoc ſequitur, quod *in hoc morbo aluhumata in curationem eius flobotomia non fiat in quantitate magna diſproportionata virium aegroti, et virtus non deficiat in tam foedo morbo cronico.* Idcirco in hoc morbo aluhumata fieri debet flobotomia minoratiua, et non flobotomia eradicatiua vsque ſincopim. Attende, quod in hoc morbo aluhumata talis flobotomia vel farmacia inducunt in corpore patiente dictum morbum maximum nocumentum et mortem. Similiter flobotomia venarum magnarum non conueniens eſt materiae coniunctae, quoniam ipſa non euacuari poteſt cum flobotomia, vt ſuperius dictum fuit. Concludamus igitur, quod non fiat flobotomia magna, ſed ſolum ſecundum quod illa repletio ſuperflua exegerit. Permaxime *in morbo aluhumati longe minor debet fieri flobotomia,* quam in variolis, etiamque minor fienda eſt flobotomia in complexione fleumatica, et minor in colerica, et longe minor in complexione melancolica. Veruntamen in melancolicis maxime conuenit emorrhoidarum vel menſtruorum prouocatio vel ſaltem flobotomia ſaphenarum. Et de conferentibus proprie eſt appoſitio ſanguiſugarum ſuper emorroidas, ſi apparentes fuerint, vel ſaltem in venis in circuitu ani, et proprie, in quibus eſt aſſuetus pati fluxum talem, et per ea, quae dicta ſunt, tu intelliges, ſi flobotomia fienda ſit in morbo aluhumata. Sed propterea medicus ſapiens id minime facere praeſumat, vbi peracutiſſima haec aegritudo accidentia adduxerit, et virtus robuſta foret, et ſic ſemper de conſeruatione virtutis procurabit, vt, eius robore conſeruato, citius liberet ab infirmitate, et ſuam ei deſideratam tribuat ſanitatem. Si vero flobotomia in principio dicti morbi ante quartum diem non neceſſaria fuerit, propter conditiones nominatas, et corpus cacochimum valde ſteterit ſine materia digeſta vel non digeſta fuerit, praecipue ſi materia furioſa fuerit, *farmacia fieri debet in principio ante quartum diem,* non ſumendo hunc terminum pro praefixo, et fiat, quanto citius fieri poterit, *ante apparitionem puſtularum.* Nam ſi puſtulae apparuerint, tunc ab omni euacuatione per fluxum ventris eſt ceſſandum, etiamque a criſteriis acutis, quoniam diuertunt ad contrarium motus naturae, niſi neceſſitas repletionis inteſtinorum fuerit: Tunc fiat cum criſteriis leniriuis. Propterea dixit ALMANSOR: *Summo opere cauendum eſt, ne aliquid, quod ea ventrem ſoluat, tribuatur, poſtquam variolae et morbilli, et aluhumata, apparere inceperint.* Hoc confirmat ZOAR, dicens: *Elongentur ab omni laxatiuo penitus, donec aegritudo declinauerit multum.* Tunc materia remanens eſt euacuanda cum medicinis benignis lenientibus, quam materiam aduſtam educant cum facilitate abſque calefactione adurente, et cum manna, et caſſiae fiſtula, tamarindis vel ſimilibus, cum decoctione florum cordialium, prunorum damaſcenorum et paſſularum ſine granis, et ſenae, epithimi, et parum de liquiritia raſa.

Poteſt fieri euacuatio cum medicinis iſtis ſimplicibus, vel poteſt fieri euacuatio cum medicinis compoſitis, ſcilicet cum electuario lenitiuo vel cum diaprunis et diacatolicone, et ſimilibus. Et cauendum eſt a medicinis ſoluentibus fortibus, vtique a medicinis ſcamoneatis et ſimilibus, agitantibus materiam remanentem in maſſa ſanguinaria, ex qua agitatione et ebullitione poſſet ſequi febris, quamuis materia faciens aluhumata ſit materia melancolica, et terrea, et aduſta, quae non commouetur, nec eſt apta ebullitioni, nec putrefactioni et corruptioni, neque febri. Veruntamen ſi febris cauſatur ex hac agitatione, facta a tali medicina forti, eſt febris cauſata ex aliquibus humoribus exiſtentibus in maſſa ſanguinaria, diſpoſitis ad putrefactionem, et per conſequens ad febrem. Et attentione dignum eſt, quod flobotomia et medicinae laxatiuae faciant redire materias de exterioribus ad interiora. Propterea in variolis et morbillis eſt prohibitum. Apparentibus ipſis in cute totius corporis, eſt malum exercere flobotomiam vel farmaciam, quia ſit tractus illarum materierum de exterioribus ad interiora vsque ad cor. Ex hoc ſequitur maximum nocumentum et mors, quia iſtae materiae variolarum et morbillorum valde maximae corporis venenoſitatis ſunt. Sed *materia* iſtius tertiae ſpeciei *aluhumata non eſt tantum corrupta, nec venenoſa. Idcirco in curatione ipſius non ſit tantum nocumentum per flobotomiam et farmaciam per eius reditum de exterioribus ad interiora,* ſicut in variolis et morbillis, quamuis aliqua nocumenta ſequantur ex eo, quod materiae antecendentes etiam ſunt in venis et coniunctae vero materiae, quae ſtant in poroſitatibus membrorum neruoſorum, non expurgantur, imo in ipſis retinentur et figuntur. *Et ſunt cauſa dolorum et aliorum accidentium in membris dictis. Idcirco medicus*

prudens

prudens et ſcientificus, quando videt in corporibus hominum patientium hunc morbum aluhumata puſtulas in eorum cute exiuiſſe, tunc dirigere debet intentionem ſuam ad adiuuandam naturam, quantum poterit, quia per criſim permutatiuam fortis natura expellit illam materiam melancolicam aduſtam de interioribus ad exteriora, ſcilicet de venis magnis ad cutem exteriorem totius corporis. Hac de cauſa ſcribit Ipocras *prim. Amphor.* dicens: *Quum oportet ducere, vndecunque repitur natura, inde ducere oportet per conuenientes regiones.* Cum ergo inceperint apparere puſtulae, debet medicus iuuare naturam ad expellendum materiam ad ſuperficiem cutis, vt dixit Rasis, cum hiis, quae aperiunt poroſitates membrorum omnium, permaxime membrorum neruoſorum, vbi recondita et recluſa eſt materia morbi aluhumata. Dentur ergo ſecundum intentionem doctorum ſuccus opii et ſuccus foeniculi cum melle roſato colato, facto ſyrupo liquido. Valet ad extrahendum et expellendum materiam melancolicam morbi aluhumata, praecipue ſi addatur ſuccus pulegii. Similiterque valet ſyrupus factus de aquis dictorum ſuccorum, Viaticvs *n*) autem exhibet aquam opii et foeniculi cum oxyzacra compoſita. Medicina autem, faciens velociter apparere et exire variolas et morbillos, eſt haec, quam ſcribit Rasis *XVIII. Continentis.* Rec. ficuum citrinarum ʒvij. lentium excorticatarum et lacte ana ʒiij. Tragacanti et maratri ana ʒij. Haec enim medicina tremorem cordis et laeſionem ſtomachi et partium circumſtantium remouet, et iſta medicina valde iuuatiua eſt, ſicut dictum fuit in variolis et morbillis. Non tantum enim iuuamentum praeſtat *in aluhumata*, propterea, quia intrant lentes. Aliam enim ponit medicinam ipſe Rasis multae experientiae et bonitatis, trahens velociter ad ſuperficiem corporis variolas et bothor, et omnia, quae neceſſaria ſunt exterius extrahi, et iuuamentum praeſtabit in expellendo puſtulas. Rec. ficus albas iij. num. paſſular. enucleatar. ʒ. x. laccae mundae ʒ. m. Croci ʒ. ſem. Coquantur in tribus rotulis aquae, et dentur in tribus diebus quolibet die tertia pars rotuli. Alia medicina extrahens variolas et aluhumata cum facilitate, quando difficulter egrediuntur. Rec. aquae foeniculi, ſparagi et bruſci ana ʒ. m. Seminis apii, aniſi, carnii et ſeminis melonum ana ʒ. n. laccae ablutae ʒ. v. Cum zuccaro fiat ſyrupus, detur mane et ſero, et attende ea, quae dicta ſunt ſuperius per Rasim, ſcilicet, quod, quando variolae incipiunt apparere, iuuentur cum eis medicinis, quae aperiunt opilationes, et ad exteriora vehementer expelluntur. Hoc confirmat Avicenna *Fen. prim. IIII. capit. X. de cura variolarum* dicens: *Et accidit inquietudo et anguſtia, et fortaſſe accidit nauſea, imo oportet, vt iuuentur ſuperfluitates in huiusmodi diſpoſitione cum eo, quae faciunt ebullire, et aperiunt opilationes, ſicut foeniculum et apium cum zuccaro, aut ſuccus eorum, aut decoctio ipſarum radicum, et ſeminum, et fortaſſe odoratur aliquid de croco.* Et aqua ficuum eſt bona valde. Ficus enim ſunt vehementis expulſionis ad exteriora, et illud eſt vna de cauſis euaſionis a nocumento earum variolarum. Et ſic in cura iſtius tertiae ſpeciei aluhumata intelligatur, quod, quando puſtulae in principio apparent, poſt eius apparitionem debent adminiſtrari medicinae, quae expellant materias de interioribus, id eſt, poroſitatibus membrorum, ad ſuperficiem cutis corporis. Et ſic Rasis et Avicenna ordinant medicinas expulſiuas materiem variolarum et morbillorum ad cutem exteriorem corporis.

Sic illas medicinas expulſiuas ordinabis *in aluhumata*, diminuendo aliquas illarum in doſi, et aliquas addendo, et aliquas non adminiſtrando ſecundum iudicium ſtimatiuum, vtiliſſimum ad materias huius morbi aluhumata coniunctas in poroſitatibus membrorum neruoſorum expellendas ad extra, et tunc ex illis medicinis ſuperius ordinatis poteris facere electionem, quae erunt vtilia ad huius morbi materias expellendas, et hoc ſecundum diuerſitatem materiarum aduſtarum in ſubtilitate et groſſitie earum, et ſecundum complexionem, aetatem et tempora anni etc. Ego autem videns receptas, poſitas a Rasi et ab Avicenna et ab aliis doctoribus, extrahentes materias variolarum ad extra ad cutem in pluribus infirmis patientibus aluhumata, apparentibus puſtulis, in ſui principio ordinaui hanc receptam, vt inueni maximum iuuamentum. Rec. ficuum albar. pinguium No. VI. paſſularum ſine granis ʒj. Laccae ablutae ʒv. ſeminis foeniculi ʒiij. Croci j. Tragacanthi ʒij. Fiat decoctio in vna libra aquae foeniculi et alia apii, et cum zuccara alba ſyrupus fiat bene coctus et clarificatus, vt decet. Et iſta eſt medicina, velociter expellens et extrahens materiam aluhumati per puſtulas ad ſuperficiem cutis corporis exterioris. Iſte autem *ſyrupus* valde iuuatiuus fuit ex eo, quia ipſa accidentia, praecipue *dolores, valde remiſſi fuerunt, et in aliquibus ex toto ceſſauerunt.*

Et ſcias, quod per adminiſtrationem medicinarum attrahentium materias ad exteriora oportet eligere calida plus minus ſecundum intentionem et remiſſionem febris, et ſecundum naturalem compoſitionem pororum corporis in conſtrictione et apertione puſtularum, et ſecundum materiei groſſitiem et ſubtilitatem. Si vero poſt apparitionem aliqua alleuiatio et declinatio videatur, reliquiae tamen aliquae et mala qualitas in venis in maſſa ſanguinaria et in poroſitatibus membrorum neruoſorum ſemper remanent, ex eo, quia materia, faciens hunc morbum, eſt melancolica, ſicca et terrea. Natura etiam non poteſt ipſam totam expellere per vnam criſim, quamuis virtus ſit fortis, ex inobedientia materiae, praecipue a membris neruoſis, propter ſtricturam pororum. Et cito talis alleuiatio et declinatio in aliquibus patientibus aluhumata efficiatur. Hoc fit propter materiae paucitatem, quod rariſſime in patientibus hunc morbum euenit, vel *propter vnguenta narcotica videntur eſſe totaliter alleuiati et ſani*, vt inferius in capit. *de accidentibus* dicemus. Veruntamen *natura per plures criſes talem materiam expellit.* Tunc medicus non dimittere debet totaliter praedictas medicinas, ſed permiſcere poterit cum medicinis digerentibus materiam, vt apta ſit ad eius expulſionem, et hoc ſecundum diuerſitatem complexionis, et temporum anni, et accidentium morbi etiamque ſecundum diuerſitatem materierum. Propterea in materia melancolica ſanguinea ordinatio erit ſingulariſſima talis. Rec. Syr. fumiterrae ſimpl. Syr. endiuiae ſimpl. ana ʒj. aquae decoctionis ſeminis foeniculi et apii ana ʒj. et ſic miſce. Poterit enim accipere infirmus qualibet die doſim conſuetam Syruporum et aquarum, et quanto per plures dies accipiet, tanto melius operationem faciet digerendi iſtam materiam et aperiendi poros, et tunc iterata virtus fortis poterit melius materiam per puſtulas expellere ad ſuperficiem cutis. Etiamque praedictus ſyrupus rectificabit membrorum malam qualitatem. Ad materiam autem aduſtam colericam valet ſyrupus de fumoterrae ſimplici cum oxyzacra ſimplici, vt Rec. Syr. fumiterrae ſimpl. Oxyzacrae ſimpl. ana ʒj. aquae foeniculi, aquae cichoreae vel capillorum veneris ana ʒj. et ſemis. Miſce, et valebit ad reliquias materierum aduſtarum colericarum ad ſuperficiem cutis expellendas et eas rectificandas, et cetera. Ad materiam autem fleumaticam aduſtam valet talis ordinatio. Rec. Syr. de biſanciis, oxyzacrae compoſitae ana ʒj. aquae apii et ſeminis foeniculi ana ʒj et ſemis. Miſce. Ad materiam melancolicam naturalem vel exuſtione melancoliae eſt talis ordinatio optima. Rec. Syr. de fumoterrae maiori ʒij. aquae fumiterrae et foeniculi ana ʒj. et ſemis. Miſce. Etiamque valet ſyr. de Epythimo ad iſtam materiam melancolicam ex melancolia naturali vel ex vſtione melancoliae. Similiter intelligendum eſt, quod in omni materia melancolica, ex quocunque humore efficiatur, valent iſti duo ſyrupi, ſcilicet ſyrup. de fumoterrae mai. et ſyr. de Epithimo. Et ſimiliter valde eſt iuuatiuum ſerum caprinum cum Zuccaro vel cum puluere facto et epithimo. Rec. Epithimi ʒiv. fiat puluis ſubtiliſſ. et addatur zuccari albiſſimi puluerati ʒj. et ſemis miſc. et accipiet de eo quolibet mane quantitatem ſeri caprini ſex vnciarum vel nouem cum puluere dicti epithimi ʒij. Et per plures dies adminiſtrare poteris infirmo patienti aluhumata, quia ſecundum Aben Mesve ſerum caprinum eſt medicina bona infectionum cutis, quarum materia eſt colera et humor aduſtus, ſicut eſt impetigo et ſerpigno, et ſcabies ſicca, et puſtulae, et pruritus, et vlcera mala ſicca, et lepra etc. Et doſis eius eſt ab vnciis VI. vsque ad libram I. praecipue cum dicto puluere epithimi. Nam Aben Mesve eſt dicens: *Cum mirabolis indis, et epithimo, et polypodio, ſolutione melancoliam educit.* Et confirmat hoc Aben Mesve in cap. *de epithimo*, dicens:

n) i. e. Constantinvs Africanvs, auctor *viatici.*

Aphrodiſiac.

Poſſe

Poſſe praerogatiuam habet educere ſuper omnibus ſolutione educentibus melancoliam: Educit enim ſine moleſtia et facile. Poſt autem adminiſtrationem ſeri caprini etc. Si medico prudenti viſum fuerit quod in maſſa ſanguinaria haec materia iſtius morbi reagregata et regenerata fuerit, tunc bonum erit purgare a venis hanc materiam antecedentem cum medicinis ſuperius ſcriptis benignis, vt cum caſſiae fiſtula, tamarindis, ſenne et hiis ſimilibus, vel medicinis compoſitis, ſicut ſuperius dictum fuit. Veruntamen *ſi natura iſtas materias aluhumati in quacunque criſi per puſtulas ad ſuperficiem expellat, tunc adiuuanda eſt natura cum* illo ſyrupo ſuperius et vltimo ordinato de ficubus, et paſſulis, et lacca etc nouiter compoſitus, quia valde adiuuabit ad has materias aluhumati de interioribus ad exteriora extrahendas, ſcilicet ad ſuperficiem exterioris cutis expellendas. Et aduertendum eſt, quod in *qualibet criſi permutatiua expellitur materia in morbo aluhumata de interioribus membrorum ad exteriora per puſtulas*, et ſic concludendum eſt, quod *iſta materia aluhumati per plures criſes ad ſuperficiem cutis exterioris expellitur*, in quocunque humore fiat ipſa materia. Et ſic per illas dictas purgationes particulares poſt longum tempus deueniunt ad perfectam curationem.

Capitvlvm XIV.

In quo oſtendemus curam accidentium vt plurimum aduenientium in aluhumata, permaxime de mitigatione et correctione dolorum ipſos patientes aluhumata fortiter aggrauantium ſcribere intendimus.

Poſtquam in curatione iſtius morbi aluhumata ordinem demonſtrauimus, poſt vero neceſſarium eſt, vt veniamus *ad curam accidentium conſequentium ipſum dictum morbum aluhumata, praecipue de doloribus ipſos in diuerſis corporis partibus fortiter aggrauantibus.* Ad minus mitigare et corrigere valeamus, quia in aliis accidentibus recurſus fieri poteſt, et in eorum propriis capitulis librorum antiquorum et modernorum reperies ſcripta. Nam *accidentia, quae vt plurimum variolis eueniunt, in membris ſunt guttur, oculus, partes ſuperiores naris et pulmo, et inteſtina.* Haec ſunt membra, quae praeſeruatione indigent a nocumento variolarum, vt dicit Avicenna. Haec ſunt membra, quae proprie vulnerantur a variolis.

In hoc enim *morbo aluhumata raro euenit, vt deſtruatur oculus, et accidat in eo albugo*, ſicut in variolis, et ratio eſt, quia materia aluhumati eſt ſicca, terrea, non penetrare potens pelliculas oculorum. Veruntamen *in gutture fortaſſe ſit perforatio, et accidunt in gutture et in ore vlcera, quae prohibent deglutitionem, et in partibus oris alcola o). Et aliquoties peruenient ad hoc, vt ſit illic vlceratio pernicioſa. Etiamque in ſuperioribus vero narium partibus accidunt vlcera, quae ſtringunt meatum odoratus. Similiterque accidere poſſunt apoſtemata in pulmone, et ſit conſtrictio anhelitus vehemens, et cum vlcerantur, faciunt cadere in ptiſim. Et multoties accidit excoriatio in inteſtinis propter fluxum diarricum a colera fellea vel praſina, cui ſuccurrere eſt difficile.* Et licet omnia iſta dicta accidentia poſſint aduenire in hoc morbo aluhumata, ſed ſaepius et vtplurimum fiunt in variolis, et eſt ratio, quia materia variolarum habet magis de ſubtilitate et corruptione, et fortius corrumpit et corrodit membra ſupra dicta, et in ipſis membris penetrant ratione ſuae ſubtilitatis et corruptionis materiae variolarum. *Quod non accidit, niſi rariſſime, in praedictis membris patientibus aluhumata.*

Verumtamen ad ipſorum membrorum praeſeruationem et curationem inuenias ſcribentem Rasim *in* 18. *Continentis* et Avicennam, et etiam Nicholvm, qui dicta omnium iſtorum aggregauit, qui de cuſtodia et praeſeruatione tam in oculis, in gutture et naribus, et in ore, quam etiam in inteſtinis multa remedia in capitulis propriis ſcripſerunt. Quae quamuis ſint remedia ad laeſionem et cuſtodiam dictorum membrorum patientium variolas, quilibet medicus prudens, ſi talia accidentia in hoc morbo aluhumata aduenerint, conſtimatiua bona remedia illa ad cuſtodiam et curationem applicare poterit. Et ex his multa vtilia ad iſtius morbi accidentia componere et ordinare valebit. Hac de cauſa et ratione cauſa breuitatis ad illa capitula te remittimus.

Amplius autem licitum eſt nobis tractare *de iſto accidente vt plurimum adueniente in hoc morbo aluhumata*, quod eſt *dolor*, qui magis rectam operationem ipſius morbi impedit, cum dolor ſecundum Avicennam ſit ſenſibilitas rei contraria. Iſta ſecundum Galienvm quarto de *aegritudine et Simhomate p)* ſedatio doloris eſt delicia. Et per oppoſitum eſt rei conuenientis, atque non ſentire rem diſconuenientem et contrariam naturae. Breuiter dicendum, quod modus doloris curatiuus eſt ſedatio doloris, applicando contraria cauſarum doloris. Ideo Avicenna *quarta prim. cap. XXX.* eſt dicens: *Ad ſummum quod dolores ſedat, eſt aut id, quod complexionem mutat, aut quod reſoluit materium, aut quod ſtupefacit.* Ideo ſedatio doloris fieri poteſt reſoluendo materiam vel ventoſitatem, a quibus pendet dolor. Similiterque fit ſedatio doloris, ſcilicet ſtupefaciendo naturam ſtupefaciens remouet dolorem, deſtruendo ſenſum membri, vel propter infrigidationem multam, vel propter veneroſitatem contrariam virtuti ſenſibili illius membri. Propterea Averrois 5. *Colliget, cap de medicinis mitigatiuis doloris* inquit: *Prima via mitigandi dolorem eſt, vt remoueatur cauſa doloris, ſecunda eſt, vt ſtupefaciat membrum, ita, vt non ſentiat dolorem, ſicut ſit cum opio. Tertia eſt medicina, quae facit in membro id, quod repugnet rei, quae inducit dolorem, et iſtua eſt verum mitigatiuum.* Et inferius ſubdit: *Ergo neceſſe eſt, quod medicinae, quae hoc faciunt, ſint temperatae, ſimiles calori naturali, aut parum calidiores.* Et poſtea innuit dicens: *Ideo poſſunt iſtae medicinae mitigare dolorem, qui eſt ex cauſis calidis et frigidis per eundem modum*, eo, *quod augmentant calorem naturalem, qui eſt inſtrumentum naturae, qui eſt medicinalis ſecundum omnem partem.* Et tunc dominatur natura ſuper malam complexionem, quae facit dolorem ipſam remouendo.

Capitvlvm XV.

In quo oſtendere volumus curam in generali accidentium, permaxime dolorum contingentium in membris corporis patientis iſtum morbum aluhumata.

Circa correctionem et *curam doloris* maximam diligentiam habere oportet, propter id, quod Avicenna dicit: *Omnis quidem dolor, qui ſit fortior, interficit, quoniam ex eo inprimis accidit frigiditas corporis et tremor, poſtea ſit pulſus paruus, deinde deſtruitur, et poſtea ſequitur mors.* Confirmat hoc Gordonivs, inquiens: *Aegritudines doloroſae ſunt multum pernicioſae ſiue periculoſae.* Et ita oportet medicum multum eſſe ſollicitum et feſtinare in ipſius remotione, cauſa doloris, quando citius poſſibile fuerit, ne, ſi fiat diuturnus, ex vehementia doloris et proſtrata virtute deficiat. Idcirco regulariter eſt prius remouenda cauſa, conſequenter remouetur accidens doloris, quoniam coactae, vbi vehemens fuerit dolor, et tantae intentionis, vt non det inducias ad abſciſſionem cauſae. Primo oportebit intendere ad remotionem doloris, quia cura mendoſa magis neceſſaria eſt et melior, quam vera, vt Galienvs *XII. tract.* inquit: Prima ergo via eſt ſedare dolorem, remouendo rem contrariam, euacuando, aut alterando, aut ſoluendo, et iſta via eſt certa, vt inquit Galienvs *V. farmacorum*, et Avicenna, vbi ſupra.

Idcirco *medicus arte doctus ſemper debet materiam iſtius morbi, aluhumata, digerere, ſubtiliſare et mollificare ipſam materiam congeſtam, vt facilius apta ſit, vt natura ad exteriora per puſtulas vel per alium modum criſis ad extra expellat ſenſibiliter vel inſenſibiliter.* Verumtamen cum iſta materia aluhumata terrea ſit atque ſicca, exiſtens in poroſitatibus membrorum neruoſorum, praecipue in panniculis oſſium, quae congeſta fuit tempore nutritionis foetus in vtero ex menſtruis. Et poſt exitum foetus ab vtero illa materia congeſta menſtrualis a materia, quae generata eſt ex cibis malis, per diſcurſum aetatum fouetur, et ſemper ſit eius regeneratio et reaggretio in dictis poroſitatibus membrorum, et congeritur, et ab iſta materia melancolica eleuatur vapor, conuerſus in vento-

o) i. e. *aphthae.*

p) i. e. *ſymtomate.*

ventoſitatem, cauſat dolores. Ad remouendum iſtam cauſam doloris, quae difficillime eradicari poteſt, principaliter ergo recurrere eſt neceſſarium, vt iſta materia coniuncta congeſta non foueatur a materia antecedente, quae ex malis cibis generatur in epate et venis ex ſanguine menſtruo tempore, quo nutriebatur foetus in vtero, conuertitque chylum ex bono cibo vel malo generatum ad ſanguinem fecalem melancolicum. Propterea vtiliſſimum erit illum ſanguinem digerere et mundificare a fecibus melancolicis, vtique cum ſucco de fumiterra mai. vel ſimplici, vel cum ſucco de epithimo et ſimilibus, vel cum ſero caprino, et poſtea per interpellatas vices ipſam euacuare materiam antecedentem, ne conuertatur in materiam coniunctam congeſtam cum medicinis non fortiter educentibus. Similiter cum medicinis materiam melancolicam digerentibus digeſtio et ſubtiliatio fiat, et apta efficietur haec materia, vt natura illam expellat ad cutem exteriorem totius corporis. Et iſta eſt prima via remouendi dolorem, vt remoueatur cauſa doloris. Secunda via eſt, vt ſtupefaciat membrum, ſcilicet eius ſenſum particularem tollendo, ita, vt non ſentiat dolorem, poſtquam neceſſitas vrget, propter ſinchoma doloris. Oportet ergo medicinam applicare, quae virtutem membri mortificare poſſit. Melius enim eſt inducere quid nocumenti ad corrigendum membrorum dolorem plus, quam permittere doloribus hominem mori, vt *XII. tract.* deducitur euidenter. Neceſſarium igitur eſt medico tranſire ad dolorum ſedantia, ſtupefactiua, quae non vere, ſed apparenter ſedant dolorem, et talia ſunt contrariiſſima hiis, quae vere dolorem ſedant. remouendo cauſam doloris. Veruntamen *quia iſtae medicinae ſtupefactiuae ſunt valde ſuſpectae ſecundum magis et minus, idcirco cum maxima cautela tutiora ſunt adminiſtranda.* Hac de re quantitas, et tempus, et hora, debent eſſe opportuna. *Praecipue ad intra poros bibita ſunt magis timoroſa, quam ad extra in membro doloroſo applicata. Propter hoc in doloribus, euenientibus in membris hominum patientium hunc morbum aluhumata, ſit res timoroſa et mala adminiſtrare narcoticas inunctiones ſupra membra doloroſa applicata vel poſita*, hac ratione, quia talia membra ſunt neruoſa, denſae ſubſtantiae et ſtrictorum pororum, et materia groſſa, ſicca, terreſtris, propter appoſitionem narcoticarum medicinarum pori magis obturantur et clauduntur, et ſunt in cauſa maioris prohibitae inſenſibilis et ſenſibilis reſolutionis materiarum coniunctarum in poroſitatibus membrorum neruoſorum. Et quamuis propter medicamina narcotica, ſtupefaciendo ſenſum membrorum, dolorem patientium membra priuantur dolore, et *homines vexati tali morbo cum doloribus et cruciati ab ipſis, putant, et imaginantur eſſe liberos et curatos ab hoc morbo crudeli et foedo, et poſt tempus nobis indeterminatum redditur fortior dolor et difficilioris curationis* propter ineptam materiae dictae coniunctae et ventoſitatis groſſae reſolutionem.

Sed in veritate *multi cum hiis vnctionibus curati fuerunt, et poſt nunquam in eis rediuiuum factum fuit.* Talis aſſignari poteſt ratio, quoniam tales, qui propter vnctiones narcoticas curati fuerunt, fuit in eis pauca quantitas materiae antecedentis et coniunctae, exiſtens in aliquibus hominibus patientibus aluhumata. Et cum vnctionibus narcoticis dolor naturalis valde fortior factus eſt, qui potens fuit reſoluere illam materiam coniunctam, exiſtentem in poroſitatibus membrorum neruoſorum, et ſic remotus eſt dolor. Etiamque calor naturalis fortificatus remouebit malam qualitatem, exiſtentem in epate et venis a tempore generationis foetus in vtero, et illam adaequauit tali modo, quod exinde non potens fuit materia, quae ex cibis malis generatur, ſimilis illi materiae menſtruali, ipſam regenerare, quae cauſabat *aluhumata.*

Capitvlvm XVI.

In quo oſtendere intendimus in particulari accidentium correctionem et remotionem, praecipue dorum, ideoque quam primum ad narcotica ſedantia dolores eſt deueniendum.

Rationalis ergo et ſcientificus medicus in curando iſtum morbum aluhumata curatiuas iam dictas ſuperius obſeruabit intentiones, niſi aliquorum accidentium fortiſſimorum malitia curam peruertere cogerit: Tunc nullum ordinem habebit in curatione, quia eius cauſam negligit: Et tantummodo ad accidentium remotionem in particulari intendere debet, et quam primum ad narcotica eſt licitum, deueniat, et *ſomnum patientibus inducat*, vt eos quietos faciat, *ſicuti in dolore membrorum patientium aluhumata per narcotica vidimus ſaepe contigiſſe.* Et quamuis multa pericula ſomnifera inducant, vtique Avicenna in *quarto primo cap. XXX.* dicente: *In dolore colico in exhibitione narcoticorum magnificatur malus finis, quoniam materiam augmentat, et frigus, et congelationem, et clauſuram.* Confirmat hoc Avicenna in *prima III. Tract. V. cap. X.* inquiens: *Tibi quidem conuenit, ne declines ad narcotica, quantum potes.* Et in *capite XXIV.* eiusdem: *Si narcotica et ſomnorifera tibi neceſſaria ſunt, propter doloris vehementiam, vtere eis cum cautela et timore.* Veruntamen Avicenna *XVI. tertii cap. IV.* inquit: *In narcoticis eſt timor, licet quandoque accidat, vt ſint neceſſaria. Nam ipſa quandoque conferunt, in quantum ingroſſant materiam, et in quantum faciunt dormire, et prolongant neceſſitatem ſurgendi ad ucellam q) propter ſenſum mortificationis, et quocunque ſit non oportet, vt adminiſtretur. Quaedam ab eis excuſatio eſſe poteſt, quod ſi neceſſaria fuerit, eorum adminiſtratio non exhibeatur ei, cuius infrigidatur corpus, et debilitatur virtus. Et apparet illud in pulſu.* Et poſtea ſubdit: *Et iam teſtificati ſumus nos vidiſſe, qui ſuppoſuit ſibi collyrium ex opio, et mortuus fuit.* Etiamque *Fen. XV.* 3. *tract.* 4. *cap. II. ait: Incipientes ſedare dolorem cum narcoticis componunt rem maximi erroris.* Adminiſtratio, cui narcoticorum non eſt curatio vera in aliquo, vt illud ratio, quoniam curatio vera eſt inciſio cauſae. Imperiti autem et incipientes hoc non timebunt, propterea in huius doloris accidenti, proueniente in morbo aluhumata, diuerſi diuerſas ordinant ordinationes, ſcilicet vnguenta narcotica et alia adminiſtrant. Aliqui vnguendo partem membrorum, vbi dolor infeſtat et cruciat ipſos. Aliqui enim ſolum vnctionem in inguinibus et ſub acellis r) faciunt. *Ex quibus vnctionibus ſequitur, vt in pluribus, maxima conſtrictio et ſuffocatio in partibus gutturis, et exeunt vt plurimum in aliis partibus corporis puſtulae et vlcera vsque ad tracheae arteriam et pulmonem, et ſequitur anhelitus conſtrictio, et eſt res pernicioſa et ad periculum mortis perductiua.* Quare eſt neceſſarium recurrere ad remedia ordinata per doctores veteres et modernos in capitulis propriis accidentium euenientium in variolis, ſicut dictum eſt in principio huius capituli. Qua de re decreuimus in hoc capitulo declarare, quo modo prudentiſſimus medicus poſſit ſecundum regulas medicinae narcoticis vti, et hoc cum maximo timore et cautela, et praemiſſa pronoſticatione propinentur, vt dolor aut aliquod aliud fortiſſimum accidens ſopiatur, ne virtus totaliter reſoluatur, cum dolor permaxime virtutem proſternat, Avicenna inquiente *Fen. ſecund prim. de z. cap* 22. *Dolor virtutem diſſoluit et membra a ſuis propriis operationibus inhibet, adeo, vt membra ab aeris prohibeat attractione, et eius deſtruat operationem etc.* Et in *IIII. prim. cap. XXX.* Avicenna inquit: *Omnis quidem dolor, qui ſit fortior, interficit etc.* Ideoque debent medici omni ſuo ingenio ſedare dolorem primo cum rebus bene curantibus ipſum, ſi eis poſſibile eſt, et ſi medicus non poteſt cum his dolorem ſedare, tunc cum cautela ad narcotica tranſire debet, eligendo ex eis, quae magis correcta ſunt, et ab auctoribus commendata. Et *primo exterius apponat, et poſtremo peros exhibeat in modica quantitate et cum timore.* Propterea Averrois *VII. Colliget cap. de Syncopi accidente cauſa doloris* dicit, quod non ſit narcoticis vtendum, niſi cum infirmus in articulo mortis eſſe reperitur cauſa doloris. Tunc cum ſedantibus dolorem intendere oportet cum quibusdam remediis mitigantibus dolorem, a leuioribus tamen incipiendo; Quibus non conferentibus, ad magis narcotica et ſomnifera tandem deueniendum eſt, et non ad omnia, ſed ſolum ad correcta et conſolata cum ſuis beznacroticis licet peruenire, Avicenna in *quarto prim. cap. XXX.* dicente: *Stupefacientis complexionem conſiderare debes, et ipſius qualitatem, et quos ex eo facilius eſt, dones etc.* Idcirco in hoc accidente doloris, proueniente cum hoc morbo aluhumata, primo remedia exterius erunt applicanda in membris, in quibus doloribus

q) i. e. *ſellam.*

r) i. e. *axillis.*

loribus cruciantur, poſtremo per os exhibeantur, ſi dolor ea membra magis atque magis infeſtauerit, adeo, quod virtutem deiicere incipiat. Tunc ad narcotica cum cautela tranſire debet, eligendo ex eis, quae magis correcta ſunt et ab experientia commendata quaeuis. A doctoribus medicinae nulla remedia in doloribus, accidentibus in aluhumata, invenies ſcripta. Nam de tali morbo dicto nil teoricum, nec practicum doctores ſcripſerunt.

Capitvlvm XVII.

In quo ſiat declaratio, ſi vnguenta ordinata per peritos et imperitos in arte medicinae medicos in doloribus contingentibus in hoc morbo aluhumata, quod iuuamentum vel nocumentum ex ipſis vnguentis ſequatur.

Ad ſedandum hos dolores fortiſſimos et acerrimos vulgares in arte medicinae imperiti adduxerunt a diuerſis partibus mundi *multa remedia medicinalia*, praecipue *vnguenta, quae ingrediuntur in compoſitione ſua argentum viuum et aliae ſimplices medicinae, quae habent virtutem corrigendi qualitatem narcoticam argenti vivi et eius venenoſitatem,* ſicut inferius dicemus. Si illa vnguenta ſunt a peritis medicis vel ab imperitis ordinata et compoſita, ignoramus, et licet multae et diuerſae compoſitiones vnguentorum inuentae ſint ſcriptae a Rasi, ab Avicenna et ab aliis doctoribus antiquis et modernis, praecipue a Gordonio et a Gvidone, qui curant omnem ſpeciem ſcabiei, et valent ad ſcabiem foedam et pruritum, in quibus vnguentis quaſi in omnibus intrat *argentum vivum extinctum cum ſaliua hominis ieiuni, et mirabilem faciunt operationem in hoc morbo aluhumata et eius accidentibus doloroſis*, tamen non volumus in hoc ſcripto ponere, niſi ea, quae magis ac magis conferunt ad remouendum *dolorem, contingentem in aluhumata,* etiamque *ad ſanandum puſtulas, in ſuperficie cutis membrorum corporis contingentes et apparentes:* Verumtamen ſimplicia medicinati componentia iſta vnguenta valent et conferunt in pluribus ſcabiei ſpeciebus foedis.

Primo ſcribamus quasdam *compoſitiones unguentorum, quae curauerunt plurimos infirmos habentes aluhumata cum fortibus doloribus, et ipſis doloribus fortiſſimis cruciabantur, et quaſi per omnia membra corporis diuerſimode vexabantur ſecundum magis et minus, vtique in vna hora in capite, in alia hora in tibiis et brachiis, etiamque in muſculis, permaxime in nocte. In aliqua autem hora dolores non patiebantur, et puſtulas extenſas in corpore habebant minutiſſimas et groſſas ſecundum magis et minus. Diuerſae erant, ſed cum ſequenti vnguento: Omnia membra vexata doloribus vncta fuerunt vtique cum manu dextra vel ſiniſtra, et vnguebantur cum manu calida, calefacta ad ignem, vt vnguentum penetraret ad intrinſeca membrorum vſque ad panniculum oſſium et ad membra neruoſa, et hoc de mane et ſero ieiuno ſtomacho. Et tandem in primis diebus vnctionis fortiorem dolorem patiebantur, ſed poſt, tranſactis quatuor diebus vel ſex, quieti a doloribus fuerunt, et puſtulae omnes remotae. Et ſic continuando ipſas vnctiones in octo diebus a doloribus fortibus ſanati fuerunt. Et ſic multi curati ſteterunt cum his vnguentis. Verumtamen vt plurimum, qui vncti fuerunt, ipſis accidit vnum fortiſſimum accidens, ſcilicet ſuffocatio magna in partibus gutturis et yſofago, et tracheae arteria, et alcola in partibus oris et gutturis. Qui videbantur ſuffocari, propterea fuit neceſſarium medicinis ſuccurere, et adiuuare eos vtique cum gargariſmatibus opportunis et proportionatis ad haec accidentia*, ſecundum doctrinam doctorum ſcribentium de hoc accidenti, euenienti in variolis et morbillis, etiamque intelligi poteſt in aluhumata. Et tu ſecundum ingenium naturale tuum arte doctorum poteris adhibere remedia, quae ſcribere in hoc loco eſſet vanum et non artificiale, et ſic cum ingeniis dictis a doctoribus medicinae curatiuis ad ſanationem peruenient, ſeu nunquam vere recidiuati fuerunt, in quibus materia aluhumata reſoluta conſumta fuit a calore naturali vſto propter recluſionem factam ab vnguentis intrantibus argentum viuum, vel aliqua medicina ſimplex narcotica, et hoc bono ordine in cibo et potu obſeruato, et medicinis aliquibus in perfecta conualeſcentia indigentibus, cuius ordinatio vel compoſitio eſt prima talis. Rec. picis graecae, olei roſati perfecti, auſugiae s) porci recentis ſine ſale, terebentinae de pino, maſticis, thuris, ceruſſae, argenti viui extincti cum ſaliua hominis ieiuni ãã ʒv. et ſemis. Reſinae de bota ʒiij. ſucci marangulae vel acetoſitatis citri, et quantum ſufficit, fiat vnguentum fluxibile, et vngue, ſicut dictum eſt. Aliud vnguentum, quod quidam Portoguenſis, qui ſtabat in caſtro Sancti Angeli, portauit de pedibus t) ſuis, *cum quo vnguento patientes aluhumata multos eſſe curatos demonſtrabit. Cuius ordinatio eſt iſta:* Rec. Lithargirii ʒij. Ceruſae ℥j. et ſemis, Thuris, Maſticis, ãã ʒij. Reſinae pini ʒj. argenti viui ʒ. iiij. Auſugiae porcinae ʒviij. olei roſati ʒij. Miſce, et fiat vnguentum fluxibile. Iſtud vnguentum cum tali doſi medicinarum ſimplicium erit in multa quantitate. Poteris reducere vncias ad drachmas, ſi volueris. Cum hoc vnguento voluit ſe inunguere *Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis* de Segvorbia u), *qui hunc morbum patiebatur cum terribilibus et fortiſſimis doloribus, qui die ac noctu, praecipue in lecto, quieſcere, nec dormire poterat, ſtante tanta fortitudine dolorum, qui ad ſincopim et deſtructionem virtutis vitalis et aliarum virtutum portabat.* Dominatio autem ſua petiit ab aliis medicis conſilium, et a me, ſi vngueret ſe, et ſi vnguentum erat malum? Et diximus, quod omnia ſimplicia erant bona, excepta multa quantitate argenti viui, in quo erat frigiditas et humiditas ſuperflua, et venenoſitas, ex quibus ſequebatur maxima opilatio et conſtrictio pororum panniculorum et membrorum neruoſorum, in quibus poroſitatibus exiſtebat materia coniuncta aluhumata, quae erat materia frigida et ſicca, ex qua eleuabatur vapor, et conuerſus in ventum cauſabat dolorem in dictis membris, ſicut ſuperius ſcriptum fuit. Sed quando materia aluhumata frigida et ſicca eſt pauca, atque expulſa per viam criſis in maiori quantitate, quae remaneat in poroſitatibus illorum membrorum ad partes exteriores cutis totius corporis, aut quia pauca materia generata fuit a principio generationis ex ſanguine menſtruo foetus in vtero, vt regenerata a cibis malis extra vterum, calor autem naturalis recluſus ad intra in membris adauctius propter argenti viui frigiditatem eſt, poteſt reſoluere illam paucitatem materiae cum adiutorio medicinarum ſimplicium ingredientium in iſto vnguento, et cum confortatione virtutum naturalium membrorum, continentium materias, ex quibus ſequitur curatio ab aluhumata per diſcurſum temporis, obſeruato bono regimine in cibo et potu, et in aliis rebus non naturalibus. Si vero materia illa frigida et ſicca, exiſtens in poroſitatibus dictorum membrorum, remaneat in multa quantitate, et pauca reſoluta fuerit, tunc poſt tempus redire poteſt dolor fortior, qui prius erat ex eo, quia ratione argenti viui aucta fuit obturatio et clauſio pororum. Quare illa materia retenta ſtetit. Veruntamen per aliquod tempus non patiuntur dolorem, quia argentum viuum ratione ſuae frigiditatis et humiditatis narcotizauit, et remouet ſenſitiuam virtutem membrorum. Etiamque calor non fuit potens exalare vaporem a materia, et facere ventum, et ſic per tempus aliquod non paſſi dolorem fuerunt, poſtea vero narcozicitas ipſam euanuit, calor vero naturalis fortificatus ab intra et ab extra fuit, et agens in materiam illam eleuabit vaporem in ventum, et poſt tempus ſequitur dolor acerrimus cum anguſtia et inquietudine, et maximaira, et melancolia, et multis inſomnietatibus nocteque die propter hoc accidens dolorum *ſua Dominatio Reuerendiſſima* ad multam conſumtionem humiditatum radicalium corporis et virtutum debilitatem peruenit. Propterea Avicenna *Fen. prim. d.* 3. *ſumma prim. cap. XIV.* inquit, *dolor virtutem diſſoluit, et membra a ſuis propriis operationibus prohibet etc.* Et poſt innuit in fine capitis dicens: *Et inprimis calefacit membra, poſtea infrigidat, propter illud, quod diſſoluit de ſpiritu et vita. Poſtea vero ſua dominatio* non potuit pati dolores iterum, et iterum vnxit membra ſui corporis. *In fine deuenit ad vnctionem factam in inguinibus et ſub accellis*, quae ſunt emunctoria membrorum principalium, ſcilicet epatis et cordis. Quam compoſitionem vnguenti inferius ſcribemus. Quae vnctio maxima accidentia in prima Dominatione ſua induxit, vtique *maximam inſomnietatem*, quia neſciebat, ſi dormiebat vel vigilabat,

s) i. e. *axungiae.*

t) *Hensl.* leg. *de partibus.*

u) Fuit a 1495. Cardinalis et Magiſter domus ſacri palatii, de quo vid. *Aſtruc* et *Hensler* l. c. p. 58.

bat, immo cogitabat ſe dormiſſe per ſex horas, et non dormierat media hora. Aliud accidens Dominationi ſuae euenit, quod *ſuffocatio* magna in partibus gutturis et yſophagi, et trachearteriae, et alcola in partibus oris et gutturis: Quod accidens contingit Dominationi ſuae a frigiditate et veneноſitate argenti viui: in compoſitione vnguenti ingreditur magna quantitas. Propterea dixit Avicenna *Fen. VII. IIII. tract. III. cap. VI. Elonga illud, in quo ponitur argentum viuum extinctum, quantum poteras, a partibus ſtomachi et membrorum nobilium.* Et niſi cum gargariſmatibus et aliis medicinis optimè iuuatus fuiſſet, ad periculum mortis perueniſſet. Verum *membra* Dominationis ſuae *demacerabantur*, niſi propter maximum ſuum regimen in cibo et potu, quia ſemper cum conſilio nutritus fuit nutrimentis humectatiuis reſumptiuis, vtique de bono brodio caponis iuuenis cum offis, vel bona commeſtione alba, quae hic Romae *piſtum*, et cum comeſtione brodii cum borraginibus et lactucis, et ſimilibus nutrimentis in prandio et in coena. Et aliquantulum fuit *praeſeruatus a conſumtione et deſiccatione membrorum corporis, perducente ad ethicam x) febrilem vel ſenectutis.* Etiamque virtutes omnes, praecipue vitalis, fortificatae fuerunt cum vſu continuo per vnum menſem et per amplius tempus ſeri caprini materia illa frigida et ſicca, ſubtilitata et habilis facta fuit ad eius expulſionem, coadiuuante vſu tiriacae magnae vnius anni. *Natura illam materiam ad exteriora cutis membrorum totius corporis expulſit per puſtulas, ex quibus multa virulentia ab ipſis exiuit, praecipue ab illis puſtulis coxarum, ex qua virulentia et ventoſitate ſequebatur fortiſſimus dolor. Expurgata illa virulentia, et reſoluta ventoſitate, dolor ceſſauit.*

Sed *aliquando illa materia* melancolica, exiſtens in poroſitatibus membrorum neruoſorum, corrumpitur, et *efficitur tantum virulenta, quae corrodit membra, ſicuti viſum eſt in aliquibus infirmis, quae facta fuit tantum virulenta, quae corrodit, vt materia cancroſa, vt viſum fuit in* Petro de Borgia, *in quo virulenta materia puſtularum capitis corroſionem in pellicaneo y) et in craneo capitis ſui manifeſte fecit. Etiamque in multis infirmis pauperibus, vexatis hoc morbo aluhumata, fuit demonſtratum.* Propterea eſt neceſſarium illam virulentiam ad extra extrahere cum ingenio medicinali cum medicinis ſimplicibus attrahentibus, vt cum fermento acri cum auſugia gallinae recentis ſine ſale, et ſimilibus medicinis mollificatiuis cum pauca attractione. Nam ſi haec virulenta materia ad extra non expellitur, maximum in membris peruenit nocumentum. Vnguentum autem ordinatum pro inguinibus eſt iſtud. Rec. argenti viui extincti cum ſaliua hominis ieiuni ʒ. iv. auſugiae porcinae ʒviij. cineris vitis albae ʒiij. ſucci citranguli, quantum ſatis, fiat vnguentum liquidum. Et licet multi patientes per iſtud vnguentum dicant ſe eſſe ſanatos, *Reuerendiſſimus Dominus Cardinalis* de Segvorbia nocumenta plurima habuit propter vnctionem iſtius vnguenti. Praecipue in eo cauſata fuit *febris lenta putrida*, et cum ea complexionata fuit ethica febrilis et ethica ſenectutis, in membris omnibus totius corporis maraſinatio et deſiccatio erat, et inde ad mortem peruenit.

Sed quia argentum viuum nocet membris principalibus, et dentibus, et gingiuis, propter hoc dixit Gvido 6. *Breuiarii cap. de pruritu et tironibus,* auctoritate Avicennae *ſeptima quarti tract.* 3. *cap.* 6. dicens: *Elonga illud, in quo ponitur argentum viuum, quantum poteris, a partibus ſtomachi et membrorum nobilium.* Hac de cauſa damus conſilium, quod nullus vngatur hoc vnguento propter nocumenta, quae ex eo adueniunt, praecipue ex frigiditate argenti viui, repercutiente materias illas corruptas et malas ad interiora corporis, permaxime ad membra nobilia.

Licitum eſt ergo quaerere, *ſi argentum viuum eſt frigidum et humidum, vel calidum et humidum?* Propterea, quae dicta ſunt ſuperius, quod illud ratione frigiditatis repercutit materias malas, et ſit retroceſſus illarum ad interiora corporis, et videtur, quod non, per Mathevm de Silvaticis *in libro pandectarum* medicinarum ſimplicium dicit auctoritate Pavli *cap. de argento viuo. Argentum viuum calidum et humidum eſt in quarto gradu. Nam ex effectu cognoſcitur, quod ſit calidum, quia diſſoluit incidendo et penetrat.* Et auctoritate Almansoris *tract. III. cap. de argento viuo. Argentum viuum, quando extinguitur, ardens eſt.* Et auctoritate Serapionis *lib. aggregatoris cap. Arbach eſt argentum viuum, eſt occidens, quoniam bibitur ſua grauitate, ac corrodit omne, cui obuiat ex membris intrinſecis.* Item Hamet Algezar, qui fecit *librum fiduciae de ſimplicibus medicinis cap. de argento viuo* inquit: *Argentum viuum calidum et humidum eſt in quarto gradu.* In contrarium eſt Avicenna in *ſecundo Canonis proprio cap.* dicens: *Argentum viuum eſt frigidum, et humidum in ſecundo gradu.* Et ipſe Avicenna *lib. IIII. Fen. ſexta Tract. I. Summa ſecunda cap. II.* inquit: *Et quanquam perducit ad epilepſiam et apoplexiam propter laeſionem cerebri cum frigore eius, et propter commotionem et permutationem ipſius.*

Notandum tamen eſt, quod maxima diſcordia videtur eſſe *de complexione argenti viui* inter doctores. Nam Pavlvs et Almansor, et Serapio, et Hamet Algezar, ipſum ponunt calidum et humidum in quarto gradu, et Avicenna oppoſitum ponit, ſcilicet quod eſt frigidum et humidum in ſecundo. Et quamuis Platearivs in *libro ſimplicium medicinarum in cap. proprio* argenti viui dicat, quod eſt calidum et ſiccum in quarto gradu, poſtea innuit, inquiens: *In quibuſdam libris inuenitur, quod eſt frigidum in quarto, ex effectu tamen eius caliditas eſſe probatur, quod diſſoluit, inſcidit, penetrat, ſed quia valde frigidum actualiter, frigidum actualiter dicitur.* Pro iſta maxima diſcordia inter doctores ſolennes et veteres difficile verum inuenitur, vt dixit Damascenvs z) in ſuis *Amphor.* Pro vera notitia et declaratione huius quaeſtionis, ſi argentum viuum ſit calidum et humidum in quarto, vel frigidum et humidum in ſecundo, attentione dignum eſt, quod *argentum viuum duplex* eſt. Quoddam eſt *artificiale*, quoddam *minerale*. *Artificiale* autem, quod fit cum foco vel cum igne. *Arteficiale* autem conficitur, ſicut dicunt doctores etc. Et *minerale* autem inuenitur in mineris metallorum, *arteficiale* autem, quod fit cum foco vel cum igne ex lapidibus minerae, ſicut fit aurum et argentum, vt dicit Avicenna. Ideoque argentum viuum arteficiale, quod fit cum foco, eſt calidum et ſiccum, ſed quando ipſum eſt *ſublimatum*, eſt calidius. Propterea dixit Avicenna *ſecundo Canone: Argentum viuum,* (*ſupple artificiale*) *ſublimatum eſt interficiens propter vehementem inciſionem.* Et de iſto argento viuo dixerunt doctores ſuperius nominati, quod eſt calidum et ſiccum in quarto gradu per rationes, per eos aſſignatas. Veruntamen argentum viuum minerale ſimplex eſt frigidum et humidum, et ſic bene dixit Avicenna in *ſecundo Canone*, quod eſt frigidum et humidum. Et ipſe probat *ſeptima quarti*, allegato cap. dicens: *Quanquam perducit ad epilepſiam et apoplexiam propter laeſionem cerebri cum frigore eius et commotionem, et permutationem ipſius cerebri.* Etiamque probatur ratione, quia valde ponderoſum eſt. Ponderoſitas in eo a frigiditate prouenit, et non a caliditate. Propterea argentum viuum extinctum maioris ponderis eſt, quia, quando extinguitur, magis coadunatur ſubſtantia argenti viui, quia virtus vnita fortior eſt ipſa diſperſa. Ea de cauſa eſt maioris frigiditatis. Propter hoc dixit Dioscorides: *Virtus argenti viui eſt homicidialis, pondere ſuo ſcindendo inteſtina.* Propterea dixit Avicenna auctoritate Pavli: *Ex hominibus fuerunt, qui biberunt extinctum in ileon, et valet contra ſcabiem.* Oleo nucum parum calefacto, admiſce acetum, deinde litargirium et ceruſſam pulueriſatam in eadem quantitate, bulliant ad ſpiſſitudinem mellis, et refrigeratis impone argentum viuum commiſcendo, et vſu reſerua ad panos faciei poſt partum. Anſugia gallinae argentum viuum et ceruſſa conficiantur. Ex hoc facies inuncta clarificatur et dealbatur. Quod ex eo extinctum eſt, eſt *medicamen pediculorum* et lendium cum oleo roſato, vt dixit Avicenna. Et poſtea ſubdit Avicenna: *Extinctum valet ſcabiei cum oleo roſaceo aut cum medicinis ſcabiei, et vlceribus malis.* Debet autem extingui, quia cum alia re non poteſt admiſceri, niſi prius extinguatur, et ipſius ad aliud non fiet commixtio.

x) i. e. *hecticam.*

y) i. e. *pericanio.*

z) i. e Ianvs Damascenvs.

Ex hiis notatis ſequitur clarificatio huius quaeſtionis de argento viuo, *ſi eſt calidum vel frigidum.* Notandum tamen eſt, quod iſta vnguenta, quae ſuperius ſcripſimus, et quae poſtea dicemus, excepto illo vnguento, cum quo fit *inunctio in inguinibus*, vti poteritis in principio, facta aliquali euacutione per flobotomiam et farmaciam, vel cum farmacia ſola ad euacuandum materiam antecedentem humoris peccantis. Poſtea *ſi apparuerint multae puſtulae, diſperſae per totum corpus, et cum doloribus aliquorum membrorum corporis fortibus, tunc licitum erit medico facere inunctionem dictorum vnguentorum in partibus membrorum, vbi dolor fortiſſimus et puſtulae extenſae fuerint. Et per ipſam vnctionem fortaſſe remouebitur dolor, et puſtulae ſanabuntur,* ſicut ſuperius diximus in hoc capitulo, *quia multi patientes aluhumata cum doloribus membrorum cum vnctione vnguentorum dictorum perfecte ſanati fuerunt, et nunquam poſt paſſi ſunt aluhumata cum doloribus.* Et iſtud euenit ratione paucitatis materiae peccantis et coniunctae, quia calor naturalis, reuocatus ad interiora membrorum propter vnguenti narcotici vnctionem, fortis factus fuit ad reſoluendam ventoſitatem et materiam imbibitam coniunctam in poroſitatibus membrorum neruoſorum, ſi pauca fuerit et apta reſolutioni ſenſibilis vel inſenſibilis. Si vero multa materia ſteterit, non ſequetur iuuamentum, imo nocumentum in doloribus propter clauſionem venarum et pororum membrorum neruoſorum, quia non tota materia coniuncta reſoluta fuit ſenſibiliter vel inſenſibiliter. Hac de cauſa *redeunt poſt tempus dolores in membris fortiores, quam in principio morbi.* Sed quia hoc ſuperius diximus, non volumus amplius dicere.

Aliquis vero diceret, *ergo malum erit facere vnctionem cum dictis vnguentis? Quare ergo tu das conſilium vnctionem facere cum vnguentis praenominatis?* Ad hoc reſponſum damus, et dicendum eſt, ponendo concluſionem, quod talia vnguenta cum argento viuo ſunt adminiſtranda propter hoc, quia *tutius eſt in doloribus fortiſſimis portantibus infirmum ad deſtructionem virtutum, praecipue vitalis, vsque ad ſyncopim, quam dimittere aegrum mori, permaxime in principio morbi.* Ea de cauſa voluit Galienvs *ſecundo Regiminis acutorum comment. prim.* ſuper verbo, *in pleuriſi vero accidente dolore etc.* qui mandat in dolore accidente propter pleureſim in coſtis calefactorium in principio adhibendum eſſe cauſa diſſoluendi dolorem propter euaporationem, quam facit calefactorium, quia de natura vaporationis eſt, vt rarificet cutem, et ſit facilis reſolutio, et ſubtiliat ſanguinem, qui eſt in apoſtemate, et reſoluit materiam vaporoſam propter additionem caliditatis innatae, et ſic applicata calefactoria curant aut dirigunt, quid agere debeat medicus. Nam ſi corpus non eſt plenum et paucitas materiae, euaneſcit dolor et pleuriſis: Si corpus eſt plenum et materia multa, dolorem augmentat, et ſic dirigit medicum, quid agendum ſit. Et ſic dicimus tibi, in hoc dolore facto in aluhumata regulam ſimilem obſeruare debes, quam Ipocras et Galienvs ſeruant in dolore pleuritico, ſcilicet *vti dictis et dicendis vnguentis, qui in multis patientibus dolores in hoc morbo aluhumata cum vnctionibus ipſorum vnguentorum curantur a doloribus et a puſtulis.* Et ſi in aliquibus ſequatur contrarium, diriget medicum ad ſciendum, quod materia antecedens et coniuncta eſt multa, et exinde iudicare poterit, quam operationem exercere debeat medicus. Dicendum eſt illa operatione vtendum, quam exercuimus in principio huius morbi aluhumata cum doloribus, ſcilicet flobotomando et farmacando, ſicut large ſuperius diximus.

Veruntamen quia *multa* et *diuerſa vnguenta* inueni ordinata ad curandum hunc morbum, quae reperta ſunt in vulgaribus et imperitis, ipſis praedicantibus multos curaſſe infirmos, tali morbo vexatos, et iam ſuperius ſcripſimus aliqua vnguenta minus nociua propter ſimplicia intrantia, imo quandoque iuuantia et curatiua ſunt dicti morbi, volumus in loco hoc addere et ſcribere *alia vnguenta*, quae nobis iudicata fuerunt eſſe minus mala, et erunt conferentia pro aliquibus, habentibus complexionem magis declinantem ad caliditatem et ſiccitatem. Et primum eſt. Rec. Scindal. albor. Sandalor. citrinor. āā ℥iiij. auripigmenti ʒj. Thuris, Maſticis āā ʒ. ſemis, butyri vaccini ℥iij. olei roſati ℥ij. argenti viui extincti ℥iiij. ſucci citrangulae q. ſ. m. f. vnguentum. Aliud vnguentum valde bonum et per me approbatum in complexione ſanguinea calida et humida. Rec. Anſugiae porci rec. ℥iij. Terebentinae de pino, litargirii arei, ceruſſae āā ʒj. argenti viui extincti ℥ij. olei roſacei perfecti ʒj. ol. Laurini ℥vi. ſucci acetoſitatis citri q. s. f. vng. liquidum. Et *cum iſto vnguento curaui Dominum* Comes a), *Canonicum Illerdenſem, a doloribus fortibus in tibiis, brachiis et aliis membris cum puſtulis extenſis per totum corpus.*

Aliud vnguentum. Rec. Olibani, Ceruſſae āā ℥ij. Sanguinis draconis ℥iij. bobar. ʒj. argenti viui extincti ℥ij. aloe, mirrae āā ʒj. olei myrtini ℥iiij Succi acet. citri q. ſ. m. et f. vng.

Aliud vnguentum, quod pro maiori parte extraxi a Gordonio in *capit. XXIV. de puſtulis,* et eum valde laudat. Rec. Litargirii ℥iij. Tartari ℥ij. argenti viui extincti ℥iiij. Succi Chelidoniae, fumiterrae, ſcabioſae, lapati acuti āā ʒj. ceruſſae lotae ℥ij. et ſemis, cum anſugia porci antiqua et pauca fece aceti fortis fiat vnguentum.

Plurima autem *vnguenta* inuenies ordinata per doctores antiquos et modernos *ad ſcabiem* et *ad malum mortuum* atque *ad impetiginem*, et *ſerpiginem*, et *pruritum*, quae fiunt de ſuperfluitatibus expulſis a natura ad exteriora inter cutem et carnem etc Ea propter non omnia vnguenta, quae valent in omni ſpecie ſcabiei, iuuabunt, et praeualentia erunt in hoc morbo dicto. Sed tu poteris ordinare meliora vnguenta ad morbum hunc aluhumata, quam vnguenta, quae ordinata per imperitos medicos inuenta fuerunt.

Capitvlvm XVIII.

In quo demonſtrabimus mitigationis doloris tertium canonem, qui eſt de ſumma leuiter reſoluentium, et ſunt medicinae temperatae ſimiles calori naturali aut parum plus excedentes ſecundum intentionem Averrois. *Si ſunt conuenientes et vtiles in hoc morbo aluhumata, dicemus.*

Poſtquam explicati fuerunt duo canones *ſedationis doloris* ſecundum intentionem Avicennae. Primus ergo canon fuit, quod ſedatio doloris ſit remouendo rem contrariam, ſcilicet euacuando vel alterando. Et in ſumma, ſedans dolorem antecedere debet mutando complexionem aut reſoluendo materiam, a quo dolor dependet. Secundus canon fuit, ſenſum particularem tollendo, vtique ſtupefaciendo naturam. Stupefaciens remouet dolorem deſtruendo ſenſum, et hoc propter infrigidationem multam vel propter venenoſitatem contrariam virtuti illius membri.

Nunc dicendum eſt de *tertio canone*, qui canon eſt *ſedans dolorem*, et ſunt *ea* quoque, *quae fluxa faciunt*, id eſt, de ſumma leuiter reſoluentium, vt dicit Avicenna, vbi ſupra, et ſubdit poſt ipſe dicens: *Et fluxa quidem facientia ſunt danda poſt euacuantia, ſi neceſſe fuerit euacuare, donec materiam reſtringas, quae ad membrum deſcendit etc.* Et Averrois *V. Colligit cap. iam allegato* dicit: *Tertia eſt medicina, quae facit in membro illud, quod repugnat rei, quae inducit dolorem, et iſtud eſt verax mitigationum.* Averrois autem dat rationem: *Nam medicinae, quae ſedant certa ſedatione, ſunt temperatae, ſimiles calori naturali aut parum plus excedentes.* Et cum hoc ſunt ſubtilis ſubſtantiae, ita, quod poſſint multiplicare calorem naturalem, et praeparare humorem ad digeſtionem, vt ſit facilis permutabilis a natura: Et ſic debet eſſe temperati caloris aut aliqualiter intenſioris, vt ipſis itaque obiectis proportionatis congaudeat virtus ſenſitiua, quae appropinquat naturae caliditati, et obiecta proportionata ipſam confortant, ſicut in vola manus approximata dolori calido et frigido confert. Et tales medicinae anodinae debent habere virtutem actualem, vt veniant vel confortent caliditatem dolentis membri, vt Avicenna inquit. Quamuis ſecundum virtutem ſiunt aperitiuae pororum, iſtae tales medicinae multum ſunt iuuatiuae, praecipue, quoniam corpora plectorica et cachomica ſunt debito modo euacuata per flobotomiam

a) Hensl. leg. Centes.

botomiam et farmaciam. Hac de cauſa dicit Avicenna: *Et fluxa quidem facienda ſunt danda poſt euacuantia etc.* Et multoties quidem non eſt multum neceſſaria euacuatio, et ſimilia ſibi, vt dicit Avicenna: *Supple tu, quando non eſt ibi repletio.* Et poſtea innuit Avicenna dicens: *Quoniam ſaepe ſufficit balneum, et forte ſomnus, et ſimiliter, tunc ſunt conuenientes omnes medicinae anodinae dulcoratiuae*, vt Avicenna dicit, ſicut ſunt anethum, ſemen lini, mellilotum, et camomilla, et ſemina apii, et amygdalae amarae, et omnes res in primo gradu calidae, et proprie, quando fuerint cum ea conglutinandi potentia, ſicut gummi prunorum et amidi, et crocus etc.

Et res magis conuenientes *ad ſedandum dolorem* ſunt *pinguedines et olea.* Et pinguedo quidem, ſicut gallinae, anatis et anſeris, quae eſt mollior ſecundum Galienvm, de oleis vero oleum vetellorum ouorum, vt dicit Azarni, in *Antidatario*, et oleum oliuarum dulce calidum parum in ſecundo pharmacarum. Galienvs tamen in *quinto pharmacarum* vult, quod ſuppuratiua dicta cum maturatiuis, quia habent calorem ſimilem calori naturali humano, ſicut ſedatiua doloris, et per conſequens reſolutiua domeſtica, ex quibus ſimplicibus poſſunt componi multae formae euaporatiuae generales ad omnem dolorem euenientem in quacunque aegritudine.

Capitvlvm XIX.

In quo intendimus oſtendere, quae euaporationes ſint conuenientes ad mitigandum dolores, accidentes in hoc morbo aluhumata, ſi balnea, et ſi vnctiones, et ſi alia euaporantia, vt calefactoria vel ſacellationes conueniant, et primitius dicere volumus de balneo in generali atque dulcis ſimplicis actu frigidae.

Nunc vero eſt nobis neceſſarium ſcribere, quae *euaporationes* ſunt conuenientes, et ſi *balnea*, et ſi *vnctiones*, et ſi alia euaporantia, vt calefactoria et ſacellationes conueniant ad *mitigandum et curandum dolores, accidentes in morbo aluhumata.* Et primitius dicemus *de balneo.* Ad notificandum vero, ſi balnea conueniant ad mitigandum et curandum dolores euenientes, neceſſarium nobis fuit ponere diuiſionem, quam ponit Conciliator b) *Doctrina* 128. *de balneo.* Nam quoddam eſt *aereum*, quod balneum *terma* vel *ſtufa* dicitur. Aliud eſt *balneum aqueum*, verius dictum *lauacrum dulce*, quando quis vtitur aqua dulci, corpus in eam aquam infundendo vel ipſam ſuper ſe proiiciendo. Et horum aliud *calidum*, aliud *frigidum.* Et quanquam vtimur ambobus, vt euenit multoties in termis, vnde *vndecimo de ingenio ſanitatis* ſecundum hoc quatuor diſtinguit balnei partes, quarum prima eſt aer calidus, cui primo copulatur ingrediens, ſecunda ingreſſus in calidam, tertia exitus in frigidam, quarta ſudoris abſterſio. Et amplius balneum diuerſificatur, vt duo praedicta reliquum compoſitum, quod duplex etiam eſt. Aliud enim naturaliter eſt tale, vt ſulfureum, piceum, aluminoſum etc. alterum arte conſtruitur, vt cum herbae, frondes et cetera, calidae vel frigidae, in aqua decoquantur balnei, vel in arte proſternuntur ſecundum vtilitatem a medico intentam.

Concludamus ergo, quod *patientes hunc morbum aluhumata cum eius accidentibus, praecipue cum doloribus, a balneo in generali excludantur, et ab eius ſpeciebus, vt termis.* Nam *termas* vero appellamus balnea calida, ex terra naſcentia, a *termo* graece, latine *calor.* Etiamque ab *ſtuphis. Stupha* autem nominamus locum vndique vallatum, cuius aer et parietes per medium caleſiunt, ſiue id ab igne calefiat, ſiue ab aqua, aut ſimplici, aut minerali, aut compoſita. *Lauacrum* vero ad balneum liquidum humidum magis proprie ſe extendit, a *lauo veniens*, et iſtud diuidi poteſt. Nam aliud eſt *frigidum*, aliud *calidum*, vt ex aqua dulci vtrumque factum. Nonnullum *vinoſum*, et aliud *oleaginoſum* etc. Propter hoc *a balneo aquae frigidae dulcis patientes aluhumata, permaxime cum doloribus, non in tale balneum intromittamus.* Nam balneum aquae dulcis actu frigidum et ſimplex non intromittere debemus, quia infrigidatiuum eſt per ſe, et humectatiuum, opilatiuum, conſtipatiuum, caloris naturalis extinctiuum etc. quamuis autem per accidens aquam frigidam calorem ipſum viuificare poſſe, et in membris et poris reſolutionem inducere, humores etiam frigidos reſoluere. Vnde *quinto Amphor. Amph.* 21. Eſt autem, vbi in tetano ſine vulnere iuuene bene carnoſo, aeſtate media, frigidae aquae multa infuſio caloris reuocationem facit: Calor vero hic liberat. Et Ipocras, eodemque loco. In articulis dolores et humores ſiue vulneratione podagram et ſpaſmos horum multa aqua frigida infuſa refrigerat, et attenuat, et dolorem ſoluit. Veruntamen in regimine autem ſanitatis frigidum laudauerunt balneum, aetatem, virtutem, figuram ac tempus praeſens conſiderantes, accidentiaque animi, debilitatem corporis non poſtponentes. Attamen *in hoc morbo aluhumata cum doloribus ab vſu balnei aquae frigidae ſe abſtineant*, quoniam aqua frigida inſpiſſat et membra indurat, quae pro eo tempore extenſione indigent, et mollificatione, quoniam calor in eis quantitate et qualitate diminutus frigiditati aquae reſiſtere non poteſt. Per conſequens ergo *in principio, augmento, ſtatu et declinatione huiusmodi morbi nunc in eis accidentibus vſus balnei aquae frigidae totaliter prohibendus eſt.*

De balneo itaque *calido* aggrediamur, dicentes primo, quod tale balneum duplici reperitur differentia. Aliud quidem *humidum aqueum*, in quo infantes vtplurimum balneantur, aliud vero *humidum aereum*, quod medici *ſtufam* vocarunt *humidam*, vt nonnulli ſe ex iis pinguiſieri, ceteri macreſcere ſe putant. Et primo dicamus *de balneo calido humido aqueo*, quod ex parte ſuae intentionis et remiſſionis ipſum balneum varietatem recipere poteſt. Itaque aliud calidum nimis, aliud tepidum, reliquum mediocre. Ex qua varietate diuerſos in corpus humanum effectus inducit, et ex quibus aperte ſatis eius dignitates et nocumenta apparebunt. Et ne ſermo noſter trahatur in longum, *de balneo nimis calido, et de tepido*, et etiam *de mediocri* concluſionem inferam, quae a me traditae fuerunt, et ipſas impraeſentiarum notificabo. Et eſt prima iſta concluſio, quod *in morbo aluhumata cum accidentibus conſequentibus ipſum, praecipue cum doloribus membrorum corporis, balneum aquae dulcis, calidae, tepidae vel temperatae, etiamque mediocriter calidae, in principio, augmento et ſtatu morbi dicti plurimum nocere poterit.* Et probationes adducemus plurimas. Prima eſt, (nam balneum aquae dulcis calidae eſt leuatiuum, mundificatiuum ſorditiei cutis, pulueris et ſudoris abſterſiuumque) quoniam ſua caliditate humiditates viſcoſas et congelatas in orificiis pororum ad ſuperficiem mouet. Verum ſi balneum per caliditatem accidentalem hoc faciat, per eſſentiam vero infrigidat, et membra mollificat, quoniam aquae natura in vltima eius frigiditate exiſtit, quamuis calori accidentali calefiat, qui non permanet, ſed tollitur, et remanet operatio naturalis, propter illud, quod ex ea penetrauit in corpus, eſt infrigidatio, etiamque, quia aqua, ſiue calida, ſiue frigida, eſt humida. Idcirco cum multum humectauerit, calorem conſtringit innatum propter ſui multam humiditatem, et extinguit ipſum, et infrigidabit, et ſic nauſeam commouet, et quietos humores mouet, eos ad putrefactionem praeparat, eosque ad receptacula inducit, et in ſuperficie et in iuncturis dolorem, vt Avicenna *XXII. tertii cap. de praeſeruatione a podagra* dicens: *Et minorent in balneationibus ſuis, quia ipſae liquefaciunt humores, et faciunt currere ad iuncturas.* Iterum amplius: *Euacuatio, quae fit per exercitium et balneum, humorum eſt ſubtilium, qui ad cutis perueniunt partes, et parati ſunt egreſſui.* Et *quinto terap.* Galienvs inquit: Ex hac probatione concluſionis ſequitur, quod *nullo modo balneum calidum aquae dulcis vel tepidae, vel mediocris, competit in hoc morbo aluhumata in principio, augmento et ſtatu.* Et probatur: Nam illa res, quae opilat venas, et conſtringit poros, et prohibet materiam variolarum, et morbillorum, et aluhumata, exitum ad exteriora, et facit materias earum redire retro ad intra corpus, non conueniens eſt, nec iuuatiuum, imo nocitiuum applicare balneum in patientibus variolas, morbillos et aluhumata. Nam frigiditas aeris et quaecunque frigiditas exterior hoc facit, et per conſequens balneum

b) i. e. Petr. de Apono.

neum aquae dulcis calidae opilabit poros corporis, et eos conſtringit, quia, remota caliditate accidentali, eſſentialiter reſtat vel remanet frigiditas aquae naturalis, quae fortius opilabit et conſtringet poros, quam aeris frigiditas. Remanet ergo concluſio, probata ſcilicet, quod *balneum calidum non conuenit in patientibus hunc morbum aluhumata in principio, augmento et ſtatu.*

Secunda concluſio eſt iſta. *In patientibus aluhumata, ipſo exiſtente in declinatione, manifeſta et cum accidentibus communibus et propriis, permaxime doloribus membrorum corporis, valde remiſſis et quietatis, ipſisque exiſtentibus conſumtis, deſiccatis et maraſmatis, et ſine febre putrida.* Balneum aquae dulcis temperatae calidae ingrediantur poſt prandium, poſtquam cibus in ſtomacho et epate digeſtus fuerit, hora diſtributionis nutrimenti per omnia membra corporis. Hoc probatur: Nam tunc competit eis tale balneum, cum temperet eorum ſiccitatem, et humectet praeparans cibum ad diſtributionem per corpus. Hoc autem balneum omnes medici illuſtres, vt Galienus *de maraſmo X. cap. II. tract.* et Avicenna *IIII. Can.* Hali Abbas, Scirapio, Rasis, hanc ſententiam pronunciauerunt, quia dictum balneum malam complexionem ſiccam remouet et humectat, et humidi radicalis conſumtionem prohibet, iuuamentum autem non parum confert, nedum etiam in febre ethica, etiamque extenuatis omnibus et ethica ſenectutis, vt Galienus *VII. tract.* Balneum enim hoc non reſolutiuum eſſe debet, ſed repletiuum et humectatiuum, quale eſt iſtud aquae dulcis encrate et menſurate calore et frigiditate.

Tertia concluſio eſt, quod *in patientibus aluhumata, ipſo exiſtente in quocunque tempore iſtius morbi, non conueniens eſt balneum, quod ſtupham nominamus, cuius aer vel parietes per medium calefiunt, ſiue id ab igne fieri contingat, ſiue ab aqua, aut ſimplici, aut minerali, aut compoſita, vtique herbas, frondes, calidas aut frigidas, in balneo decoquendo, aut in aerem ſternendo.* Cuius concluſionis ratio eſt. Nam iſtius morbi materia, tam antecedens, quam coniuncta, frigida et valde ſicca, et groſſa eſt, inhabilis ad reſolutionem, et tale balneum ſiue *ſtupha* grandes effectus in corpus humanum induceret, vt calefacere, reſoluere et humiditates eius amplius exſiccare. *Haec contraria ſunt curationi morbi aluhumata,* cum materia antecedens, et permaxime coniuncta, ſit terrea et ſicca. Propter hoc indiget humectatione, et non deſiccatione. *Idcirco balneum, quod ſtupha dicitur, eſt contrarium praenominato morbo.*

Quarta concluſio eſt, *quod balnea ex mineralibus ſimplicibus arteficialiter facta, ſiue naturaliter producta, vtique ex ſulfure, alumine, ſale nitro, cinere, calce, gipſo, ferro etc. patientibus hunc morbum aluhumata, et in eius accidentibus, praecipue doloribus membrorum, non ſunt adminiſtranda.* Probationem iſtius concluſionis dicamus, cum omnia iſta mineralia, ſimplicia dicta, habeant virtutes inducendi ſiccitatem eſt terreſtreitatem, in quacunque materia faciendo fortem reſolutionem et conſumtionem humiditatum in ipſa, cum illa mineralia ratione eius caliditatis et ſiccitatis hoc praecipue faciunt, inducendo ſiccitatem maximam. Ergo in materia antecedente, permaxime coniuncta, morbo aluhumata ea propter reſolutionem partium ſubtilium, remanente groſſa parte, maiorem ſiccitatem et terreſtreitatem in ipſa augmentabit, et magis ipſam ingroſſabit, et inhabilem ad exitum extra poros cutis corporis faciet, et *accidentia, ſequentia aluhumata, permaxime dolores, non ceſſabunt,* quia materia non reſoluitur, nec euaporatur. Et ſemper a caliditate debili eleuatur vapor, qui conuerſus in ventum cauſabit dolorem in membris ſenſibilibus.

Quinta concluſio. *Hoc balneum de grotta dictum, per miliare vnum a ciuitate Viterbenſi diſtans, in declinatione morbi aluhumata et in ipſius doloribus membrorum valde iuuatiuum eſt.* Huius concluſionis probationem dicamus. Hoc namque balneum compoſitarum eſt virtutum. Nam eius aquae color ad auri colorem tendit. Propter quod opinantur vim auri tenere. In ſapore quidem percipitur, vt guſtus aeris, propterea, quia minera eius expoliari non videtur. Haec enim aqua, cum bibitur, ſoluit ventrem, et ratio eſt, quia a ſale et nitro non euacuatur in totum. Haec autem aqua limpidiſſima eſt, et guſtui ſic delectabilis ſe reddit, vt quandoque ab aegrotantibus ex ea bibatur incredibilis quantitas, nullo ex tanto potu nocumento percepto. A dominio vero *ferrea* dicitur, et quia mineris aliis participat, vt aere vel ſale, et nitro, velut temperata eſſe videntur. Non intromittantur in balneum, niſi *tempore veris vel autumni,* ſcilicet de menſe Aprilis et Maii, Septembris et Octobris, et mora contrahatur ad virtutis tolerantiam debite commenſuratam. Et quamuis ipſa ſit exſiccatiua et ſtiptica, eſt reſolutiua, calefactiua et ſuperfluitatum conſumptiua. Propter quod membra relaxata confortat, catarro confert, etiam paraliſi et ſpaſmo, ceteriſque neruorum paſſionibus, et originibus eorum, ſpleneticis et epaticis, confert eorum virtutes confortando, et omnibus virtutibus naturalibus ſubuenit, opilationes renum aperit, et ipſos mundificat a renulis mucoſitantibus, et lapides frangit, cum potus eius vſus fuerit, curat dolores colicos et iliacos, ſi a vento ſiue ab humoribus peruenerint, podagricis ſubuenit etc. Concludamus igitur, quod *hoc balneum de grotta conuenit in morbo aluhumata et eius accidentibus, praecipue doloribus membrorum, in declinatione. In aliis temporibus morbi non vtilis eſſe dicitur,* propter ea, quae ſuperius ſcripta ſunt de proprietatibus huius balnei.

De balneo vini ſimplicis ponimus concluſionem ſextam, quod *balneum vini veteris,* quia ad calidum et ſiccum accedit, *in patientibus morbum aluhumata, nec in eius accidentibus, permaxime doloribus, in quocunque tempore huius morbi valde inconueniens eſt.* Hanc concluſionem adducimus probandam. Nam iſta vina calefacientia ſunt corpora patientibus aluhumata, et ea exſiccant, et multo plus reſoluunt de humiditatibus membrorum, et ad interiora corporis penetrabunt, et ſic materia morbi aluhumata magis reddetur terrea, et ſicca, et inhabilis ad motum reſolutionis, id eſt, euacuationis. Et quamuis videatur confortare membra, virtus eorum deficit propter maximam reſolutionem ſenſibilem et inſenſibilem ſpirituum. Et ſic adeo debilitabitur, et via reſolutionis infrigidabitur, et caput a vaporibus ſic magis laedetur. Amplius poſt balnei vini exitum caliditas in membris diſproportionata relinquetur, quae a virtute vini veniet, et longiori tempore durabit, ſicque cutis rarior remanebit per occurrentia ad facilius pati. Concludamus igitur, quod *balneum vniuerſale vini ſimplicis veteris per totum corpus in quocunque tempore morbi aluhumata et in eius accidentibus inutilis et inconueniens eſt,* propter rationes iam aſſignatas, quas ſcribere iterum non curamus. *In balneo* autem *particulari membrorum aliquorum de ſimplici vino propter aliqua occurrentia accidentia adminiſtrare poteris cum infuſione aliquarum medicinarum confortantium iuncturas et neruos,* vt ſaluia, roſa, acorus etc. quae variari habent temporis conſtitutione varia ac complexione, et compoſitione. Vel balneum de aqua decocta cum hiis medicinis dictis vel ſimilibus cum parua permixtione vini ſimplicis poterit iuuatiuum eſſe in praefato morbo et eius accidentibus, faciendo tali modo et ordine, quod ex tali permixtione vini cum aqua decocta cum medicinis anodinis ad temperamentum perueniens, confortat calorem naturalem, ſicut ſuperius allegatum fuit.

De balneo vero *oleaginoſo* ſeptimam introducemus concluſionem, ratione et experientia dignam. *In quocunque ipſius morbi tempore balneum oleaginoſum, vniuerſaliter per totum corpus adminiſtratum, et eum vsque ad collum poſitum, valde inutile et inconueniens eſt, et ex eo multa nocumenta ſequuntur. Si vero propter accidentia, ſequentia dictum morbum, vtique dolorem, valde iuuatiuum eſt et curationis cauſa. Si balneum olei ſupra membrum particulare applicetur, et oleum temperatum inter caliditatem et frigiditatem exiſtat, et illud membrum doloroſum in vaſe pleno oleo temperato calido immittatur etc.* Pro prima parte concluſionis probationis veritatem ſcribemus, vallatam auctoritate et ratione. Et prima auctoritate Rasis 18. *Continentis* dicentis: *Non appropinques eis oleum in principio et fin ne morbi,* ſcilicet variolarum, et morbillorum, et aluhumata, *quod in principio prohibet exitum eorum, et in fine reddit vlcera corrupta et non cauat locum.* Confirmat hoc Avicenna: *Non appropinques eis oleum aliquod omnino, quoniam cum viſcoſitate ſua opilat.* Et amplius inquit: *Non inungas, neque emplaſtres corpus morbillos et variolas patientes: Ex hoc ſubito anhelitus conſtringitur, et acquiritur fluxus ventris malignus et vrina ſanguinea.* Sed ratione probari

probari poteſt: Nam in principio iſtius morbi, augmento et ſtatu, ſi ſunt corpora pletorica vel cacochimica, et talia in balneo ſunt intromittenda, vt Galienvs dixit *tertio tegni*, inquiens: *Nullus pletoricus, neque cacochymicus balneo vti praeſumat, ne commoti humores aliquam faciant aegritudinem*, vt ſenſit Haly Abbas *V. teoricae cap. XIII.* cum inquit: *Aliquotiens malis aliquo in membro poſitis humoribus, cum a balneo liquefacti fuerint, decurrentes bonis miſcentur humoribus, quibus ſecum corruptis, malorum quantitates augentur. Ideo corpora habentes repleta balneo non expedit vti, antequam eorum euacuentur corpora etc.* Idem hoc confirmatur. Nam balneum vniuerſale olei, per totum corpus applicatum, quamuis in principio dictum balneum aliquam euaporationem et reſolutionem in materia morbi aluhumata faciat, attamen poſt ratione viſcoſitatis olei opilationes pororum, cutis exterioris totius corporis producit, et materia peccans retrahitur ad interiora membrorum corporis, praecipue ad principalia, ex qua opilatione febres putridae et apoſtemata in interioribus cauſari poſſunt. Et hoc eſt, quod Avicenna *Fen. 2. primo. d. 2. cap. XIX.* dicit. Veruntamem opilationes efficit, propter quod ſui cauſa a ſtomacho et ab epate nutrimentum ad membra trahitur non coctum, et eſt, cum in fine primae digeſtionis, et antequam adſit vacuitas, ingreditur. Etiamque recluſa et retroceſſa materia maligna aluhumati ad cor poterit cauſare ſincopim et mortem, vel propter moram in balneo, propter id, quod Avicenna, vbi ſupra dixit, quod ſi quis eorum multam in balneo facit moram, timetur, ne ſuperueniat eis ſyncopis, propterea, quia calefit cor, et commouetur ſyncopis. Alias rationes ſcribere poſſemus auctoritate Rasis et Avicennae, et aliorum doctorum, quas cauſa breuitatis dimittimus.

Capitvlvm XX.

In quo fiet oſtenſio de particulari balneo olei ſimplicis calidi, etiamque de aliis vnctionibus, ſi ipſum adminiſtratum fuerit in aliquo membrorum totius corporis dolores habentium patientisque morbum aluhumata, ſi conueniens et vtile ſit, demonſtrare intendimus.

Poſtquam declaratum ſtetit de balneis in generali, tam de artificialibus, quam de naturalibus, et de eorum ſpeciebus, nunc declarare volumus *de balneo particulari olei ſimplicis calidi*, etiamque *de aliis vnctionibus*. Galenvs autem particulare olei ſimplicis calidi *adminiſtratum in aliquo membrorum corporis patientium dolorem ipſo afflicto aegritudine aluhumata, valde vtilis et conueniens eſt*, quia mirabiliter confert in doloribus membrorum neruoſorum, et ſpaſmo, et in punctura, calorem confortando naturalem, et materiam et vaporem conuerſos in ventum reſoluendo, ſi ipſum membrum dolorofum in ſemicupo oleo calido pleno imponatur, et mora balnei iſtius ſit tanta, quanta vsque quo nec triſtitiam aliquam et anguſtiam in animo infirmi fecerit, ſed gaudium et laetitiam: Poſt balneum vero illico membrum doloroſum cum panno lini, poſito in aqua decoctionis maluarum, roſarum et camomillae, cum manibus bene expreſſo et calido abſtergatur, vt olei viſcoſitas a membro remoueatur, vt pori non obturantur, ſed aperti remaneant. Et tale balneum fieri poteſt duabus vicibus in die, vtique de mane, ieiuno ſtomacho, ante prandium, et de ſero ante coenam. *Erit ſingulare remedium in doloribus membrorum patientium aluhumata*, et tempus durationis balnei dicti ſint tot dies, quantum medicus practicus et prudens eliget eſſe fiendum. Si vero difficillima ſint tibi balnea facere, vti poteris *vnctionibus*, habentibus virtutem mollificatiuam et reſolutiuam. Nam vnctio talis competit in doloribus membrorum patientium aluhumata, cum ſit talis materia coniuncta melancolica ſeu frigida et ſicca et terrea, et talis materia indiget mollificatione cum caliditate temperata, reſoluente et confortante calorem naturalem. Et multas formas oleorum et pinguedinum inuenies a doctoribus nominatas in ſimplicibus dolorum paſſionibus. Et Gvido dicit, iſtam vnctionem eſſe mirabilem, vt ſequitur. Rec. Micam panis albiſſimi, et miſce eam in lacte vaccino calido, vt fiat vnguentum, et poſtpone opii thebaici ſcrup. I. Croci ſcrupulum ſemis, et iterum miſce, vt linimentum, et ſaepe remutetur ſupra locum doloroſum. Ad idem valet cerati roſati drach. II Opii, croci ana ſcrup. I. miſce, vt vnguentum liquidum fiat. Ad idem, ſequens linimentum. Rec. capita papaueris albi cum ſemine et corticibus, numero duo, ſeminis iusquiami ʒv. Omnia bulliant in vna libra aquae communis vsque ad conſumtionem ℥iv. et coletur, et in hac colatura addatur muſtilaginis ſeminis pſillii et ſem. lini ãã ʒj. olei roſati ʒj. et ſemis, miſce, et ſiat linimentum valde liquidum, in quo infundatur pannus lineus, et calidum applicetur membro dolenti. Aliud vnguentum, quod Gvido vocat reſumtiuum, et eſt ſedatiuum dolorum, ſuperpoſitum in membris corporis patientis aluhumata. Cuius ordinatio eſt iſta. Rec. butiri rec. olei violar. ãã ʒj. anſugiae gallinae, anatinae, anſerinae, medullae bouis, omnium recentium ãã ʒvj. cum cera fiat vnguentum, et valet in doloribus membrorum neruoſorum. Item olei de vitellis ouorum eſt ſingulariſſimum in doloribus dictis, vt dicit Gvido auctoritate Azarai *c)* *in Antidotario.* Etiamque oleum oliuarum dulce parum calidum, vt Galienvs in *ſecundo farmacorum*. Omnia haec medicinalia et ſimilia ſedant dolorem, facta euacuatione, proprie per flebotomiam, ſi dolor ſit fortis et de materia ſanguinea. Nam flebotomia ſedat dolorem vera ſedatione cum cauſam cito remoueat, et de hoc inter doctores non eſt contrarietas. Sed ante appoſitionem iſtarum medicinarum ſub forma oleorum vel vnguentorum fomentetur vel balneetur particula doloroſa cum aqua calida decoctionis camomillae, meliloti, et pauco oleo dulci embrocando membrum doloroſum per moram quartae partis horae, et poſt membrum ſuauiter exſiccetur, et medicamen applicetur cum panno lini ſubtilis membro dolenti. Et etiam haec omnia relinquantur medico prudenti, etiamque medico operanti. Eſt enim neceſſarium, quod poſt vnctionem factam cum vnguento vel oleo in membro dolenti poſt duas vel tres horas membrum doloroſum vnctum iterum ſuauiter exſiccetur, vtique res vnctuoſae, prouenientes ab vnguento vel ab oleo, remoueantur, vt illud membrum dolens non remaneat opilatum, et materia talis coniuncta non euaporari et diſſolui ſenſibiliter et inſenſibiliter poſſit, ſicut in ſuperiori capitulo *de balneo olei dulcis calidi* diximus. *Aliae* autem *euaporationes ex medicinis calidis et ſiccis, vt calefactoria et ſacellationes*, vtique ex milio et ſale, et ſimilibus, *in doloribus membrorum corporis patientis aluhumata*, *non ſunt adminiſtranda*, quia in materia coniuncta maior ſiccitas et terreſtritas cauſaretur propter reſolutionem partium ſubtilium, remanentibus partibus groſſis. Et ſic finem impono in curatione et in eius accidentium remediis, praecipue dolorum membrorum neruoſorum corporis patientis morbum aluhumata.

Capitvlvm XXI.

In quo oſtendere volumus cauſam, propter quam dolores in membris corporis patientis aluhumata in aliquibus per longum temporis ſpatium ſunt permanentes, et difficulter abſoluuntur, et multoties in ipſis membris doloroſis tumores ad extra ſunt apparentes. Propterea ad eorum curationem aliqua medicanda ſcribemus.

Quandoque in hoc morbo aluhumata per longum temporis ſpatium dolores membrorum non abſoluuntur, immo ipſi continue magis ac magis cruciant et infeſtant ipſos patientes, et *multoties in eis ſequuntur tumores in membris doloroſis, ad extra apparentes, cum aliquali duritie, ſine multo ſenſu doloris ad tactum.* Qui tumores cum duritie ſunt de materia coniuncta melancolica, exiſtente in poroſitatibus membrorum neruoſorum, cauſata a materia ſuperflua menſtruali in vtero matris, vel a materia cibali extra vterum per viam congeſtionis, non autem per viam deriuationis. Ad hanc materiam extrahendam ad extra vel ipſam reſoluendam ſenſibiliter et inſenſibiliter multa diuerſa medicinarum remedia ſuperius ſcripta fuerunt, quae quandoque non ſufficiunt ad perfectam curationem dictorum accidentium, propter id, quia materia talis eſt facta terrea magis, et magis ac magis incuneata

c) Superius dic. Azarni.

neata et adhaerens extat in dictis poroſitatibus membrorum nernoſorum, ideoque difficulter propter applicata medicinalia raro curatio ſequitur.

Nobis viſum fuit aliud curationis ingenium demonſtrare, quod valde in ipſam materiam coniunctam incuneatam extrahit ſenſibiliter ab ipſis poroſitatibus membrorum. Sed quia multoties in vlceribus et apoſtematibus malis et puſtulis non ſufficiunt methodo curatiua, ſcilicet regimen et potio per medicinam, neceſſarium eſt ergo medico vti *cauterizatione*, quia cauterizatio eſt medicamen valde vtile, iuuans ad prohibendum, ne corruptio ſpergatur, et ad confortandum membrum, cuius complexionem volumus rectificare, et ad reſoluendum materias corruptas in membro retentas, et ad reſtringendum ſanguinis fluxum, vt Avicenna *quarta prim. cap. XXIX.* dixit. Pro intelligentia autem dicendorum eſt notandum, quod cauterium reſoluit materias corruptas, et medicinae cauſticae etiam reſoluunt, licet differentur, quia cauterium reſoluit eas ſubito, et medicinae vero cauſticae paulatim faciunt illud. Ideoque quando eſt neceſſaria ſubito reſolutio et conſumtio alicuius humiditatis malae, retentae in membro, ex cuius retentione haeſitatur de membri corruptione, debemus vti cauterio reſolutiuo. Cauterium autem reſoluit tales humiditates, retentas in membro dupliciter, vno modo *occulte*, alio modo *manifeſte*. *Occulte* quidem, conuertendo humiditatem in formam vaporoſam, quam ex membro virtute caliditatis igneae eleuat et exalat, et manifeſte reſoluit, ſicut ſi ſanies fluat et euacuetur per aliquod orificium illud, cuius euacuationis manifeſtae cauſa fuit cauterium.

Sed quis dubitare poterit, *ſi iſta cauterizatio fieri debeat cum igne vel cum medicina cauſtica, et quae ſit melior et ſecurior, an illa, quae ſit cum igne, an illa, quae ſit cum medicina?* Ad hanc dubitationem dicendum eſt, quod regulariter melior eſt, vt in pluribus cauterizatio facta cum igne, quam cum medicinis, et ratio eſt. Nam *cauterium cum igne* facit iuuamentum in membro infirmo abſque hoc, quod non noceat ei, et membris aliis, quae ſunt ſana. *Cauterium* autem *cum medicina* multoties efficit magnum nocumentum ipſi membro et aliis ſanis membris. Nam aliquando in eis facit accidere *aegritudinem difficilis curationis*, et cauſa huius tota dependet ex ſubtilitate, et ſimplicitate, et acuitate ſubſtantiae ignis: Quod contrarium efficit medicina cauſtica ex groſſitie, et terreſtritate, et commixtione ſubſtantiae medicinae cauſticae. Nam talis medicina ad actum ſuae operationis paulatim deducitur, et dolorem praeſtat tempore longo, quia figitur propter groſſitiem eius, et in membro ebullitionem inducit in ſpeciebus et humoribus, et propter dolorem praeſeruantem facit humores currere verſus loca propinqua, et ebulliunt, et putridi ſiunt, et ſi transmittuntur ad cor, cauſant febrem.

Et nota ad ampliorem declarationem ſupra dictorum, quod *cauteria actualia* ſunt ſecuriora, quam *potentialia*, vt Albvcasis inquit, ex eo, quod actualis ignis eſt ſimplicior, et minus laedit partes vicinas et membra principalia, quam actio ruptorii, quae membris paternalibus eſt multum ſuſpecta, niſi eſſet in caſu, in quo patiens propter eius *puſillanimitatem* non eſſet auſus ſuſcipere ignem, aut in caſu, in quo vellemus facere cauteria ad euacuandum et deriuandum, id eſt, diuertendum. Tunc enim ruptorium propter dolorem et ſcaram groſſam, quam dimittit, debilitando locum maiorem prouocat fluxum. Et ſecundum Albvcasim cauteria actualia competunt in omnibus diſpoſitionibus, praecipue humoralibus, et maxime frigidis et humidis, calidis autem humoribus licet non contrarientur, per ſe contrariantur autem accidentaliter, per remotionem cauſae. Nam cauterium eſt neceſſarium auxilium in conſeruando ſanitatem et extirpando aegritudinem. Tenet enim locum vniuerſalium euacuationum, vt flebotomiae et purgatorium, et cum hoc reliquias praedictarum euacuationum corrigit et emendat, permaxime in aegritudinibus fortibus et malignis, vt Rabi Moyses *VI. Epidimiarum* dixit. Ideoque poſt dictam ſcilicet et farmaciam, et flebotomiam, fieri debet cauterium actuale vel potentiale, quia particularem vniuerſalis euacuatio debet praecedere in ordine operationis. Et attentione dignum eſt, pro curatione et vera remotione doloris accidentis in hoc morbo aluhumata dicamus, quod vtilitates cauteriorum, praecipue actualium, ſunt ſeptem. Primam ponit Avicenna ad confortationem membrorum; Calefacit enim cauterium actuale, et deſiccat membra, quae vt plurimum a frigido et humido humectantur. Propter hoc dicebat Ipocras auctoritate Galieni *quarto terap.* Siccum ſano eſt propinquius, humidum vero non eſt ſano, et de aliis vtilitatibus non curo ſcribere, niſi ſolum tertiam et quintam vtilitatem, quae ad propoſitum curationis dicti morbi, ſi neceſſarium fuerit, exerceantur. Sed tertia vtilitas eſt ſecundum Avicennam et alios doctores ad reſoluendum materias coarctatas in membris. Et iſtam praecipit Albvcasis, quod fiant in guttis, et in cephaleis, et in fortibus doloribus. Quintam autem appropriat Magiſter Arnal *d*) ad euacuandum et diuertendum fluxus inueteratos oculorum et totius corporis. Et iſto modo fiunt setones et cauteria retro collum et in fontinellis lacertorum, vbi lacertus a lacerto diſtinguitur, aut ſub eis ad duos vel tres digitos iuncturarum, vt ſcripſit Gvido. Vtilitates autem particulares cauteriorum ab Albvcasi et Haly Abbate et ab aliis doctoribus in numero vtilitatum diuerſi ſunt, tamen moderni non faciunt diuiſionem, niſi octimembrem. Sed ad euitandum elongationem ſermonum ſupertaceo, quia per doctores inuenies bene ſignificatas. Concludamus ergo, quia prima, tertia et quinta vtilitates ſunt neceſſariae *ad curationem morbi aluhumata et in accidentibus doloroſis*. Nam propter cauterium, praecipue actuale, confortatur membrum et cetera, ſecundum primam vtilitatem, et ſecundam, et tertiam vtilitatem, reſoluuntur humiditates coarctatae in membris ſenſibiliter vel inſenſibiliter. Secundum quintam vtilitatem diuertuntur et euacuantur fluxus inueterati in membris. Sequitur, quod in patientibus hunc morbum aluhumata cum accidentibus doloroſis membrorum neruoſorum, ſi ipſis factae fuerint multae euacuationes a natura vel ab arte ſenſibiles, etiamque inſenſibiles, et ſi morbus praedictus et eius accidentia, praecipue doloroſa, perſeuerant, eſt ſignificatio, quod materia coniuncta morbi aluhumata adhaeret incuneata et coarctata in dictis membris, quae per diuturnum temporis ſpatium non reſoluta vel euacuata fuit. Tunc oportebit illam materiam coniunctam reſoluere et euacuare, et *ſi euaporationes, ſi balnea, ſi vnctiones, ſi alia euaporantia calefactoria vel ſucellationes non conuenientes fuere ad mitigationem et curationem perfectam dolorum accidentium in aluhumata, neceſſarium erit medico deuenire ad cauteria actualia vel potentialia, vt illa materia ſenſibiliter reſoluatur et euacuetur. Veruntamen cum cauteriis dictis, in extremitatibus membrorum doloroſorum adminiſtratis, vt decet, fiet mitigatio doloris eiusque curatio.* Et hoc experientia nobis demonſtratum fuit. Nam in quibusdam puſtulae magnae expulſae fuerunt a natura, in extremitatibus membrorum doloroſum exiſtentes, aperte dantes virulentiam multam per diuturnum temporis ſpatium, fuerunt in cauſa curationis ipſorum dolorum. *Si vero clauditur effuſio illius virulentiae, redit dolor. Quare oportet iſtas puſtulas tenere apertas et fluxas per multum tempus, vsque quo tota materia coniuncta euaneſcat, ſicut per me viſum fuit in pluribus hominibus patientibus aluhumata.* Propterea ſi natura hoc non fecerit, medicus facere debet. Nam ſi *dolor* eſt *in ſummitate capitis* et *in partibus anterioribus*, vtique *fronte* et in *oculis*, in poſterioribus partibus capitis adminiſtret cauteria actualia vel potentialia retro collum in foſſa ad diuertendum illas materias coarctatas ſuperiorum partium capitis. Inuenerunt tamen gloſatores, qui viderunt quendam medicum maxime approbatum, quod cauteria ibi facta et longo tempore dimiſſa aperta curare maniacos et vertiginoſos, vt dixit Gvido, et confirmatur hoc per Galienvm *XIII. terap.* dicente, *quod ventoſa ſuper occipitium facta nobile eſt auxilium reumatis oculorum.* Quanto magis cauterium. Concluditur igitur, quod *in doloribus partium capitis in patientibus aluhumata eſt conueniens auxilium cauterium dictum in foſſa colli*, *vt diximus* in quinta vtilitate. Si vero *dolor* fuerit *in membris faciei* et partium *colli*, et in membris *thoracis* ſub furcula vel ſub acellis, fiat cauterium in fontinellis brachiorum, in homoplate, ad tres digitos de iunctura, vbi lacertus a lacerto manifeſte diſtinguitur. Si autem *dolor* fuerit perſeuerans *in inguinibus* et *coxis*, et *genubus*, et *tibiis*, fiant cauteria in fontinellis ſub genu ad tres digitos,

d) Leg. ſine dubio Arnaldvs.

gitos, vbi lacertus a lacerto diſtinguitur. Sed melius eſt facere in fontinellis inferioribus partium tibiarum, vbi lacertus a lacerto diſtinguitur. Ex hoc cauterio purgationes totius corporis et tibiarum melius fiunt. Si enim *dolores in omnibus partibus ſuperiorum membrorum et inferiorum corporis* per diuturnum temporis ſpatium morbi apparuerint, tunc cauteria fieri poterunt in foſſa colli et fontinellis brachiorum, etiamque in genu, vel in fontanellis tibiarum. Si cauteria potentialia in praedictis locis membrorum debeant adminiſtrari, iam dictum eſt.

Veruntamen medicinae, cum quibus fiunt cauteria potentialia, ſunt ruptoriae, quarum aliquae poſt ſe dimittunt ſcaram, vt calx viua, et ſapo, et mellis, et ſimilia. Medicinae autem rumpentes, quae non faciunt ſcaram, ſed veſicas, ſunt cantharides, mixtae cum fermento, piſtata et alia talia. Sed de modo regendi cauteria et de modo applicandi, et alia neceſſaria, omnia haec prudenti et ſcientifico medico et chirurgico perito et experto relinquantur, qui viderunt ALBVCASIM, et HALY ABBATEM, et alios modernos doctores, cirurgicos, praecipue GVIDONEM, ſcribere de hiis omnibus ſua dicta eſſet res ſuperflua, quia in codicibus ipſorum omnia ſunt tractata et ſcripta. Qua de re amplius ſcribere non curamus. Compoſuimus hunc tractatum, vt vos, praeſtantiſſimi medicinae doctores, dicendi et diſcernendi veritatem ſcribatis, tum et etiam mei ingenium obfuſcatum lucidum et clarum faciatis.

CAPITVLVM XXII.

Et vltimum, in quo ſpecificare volumus cauſam, propter quam antiqui et moderni medicinae doctores de hoc morbo occulto, aluhumata nominato, nullam ſcripturam fecerunt, denuoque altiſſimo Creatori gratias agere intendimus ab huius operis perfectione.

Quis enim ignorat, Clementiſſime Pontifex maxime, ALEXANDER SEXTE, me praeſumtionem maximam habuiſſe, quod hunc libellum conſtruxi contra opinionem ſapientiſſimorum ac ſcientificorum doctorum, de hoc morbo occulto loquentium. Et ſi haec ſcriptura vtilis et neceſſaria videatur, cur patres et maiores, et te ſapientiores viri hanc, quam tu temere es auſus, non aggreſſi ſunt ſcribere, poſſem in hoc innumerabilia pene rationum exempla in medium adducere. Quibus ego aſſenſi, hoc facere debuerant. Nullus tamen hic hactenus fecit, aut quod maioribus dediti curis, aut amplioribus impediti negotiis, opus hoc minime aggredi potuerunt. Addo etiam, quod a diuerſitatibus coniunctionum planetarum et ecclipſium ſolis et lunae, ab eorum influentia, iſte morbus occultus producitur, vt in caſu *de cauſis* demonſtraui. Qua de re a praedeceſſoribus noſtris modernioribus quidditas huius aegritudinis occultae ſcripta fuit; licet eius quidditatem per RASIM et AVICENNAM aliosque authores annotatam reperi, ſicque eius *nomen* et *quidditas* ab ipſis *aluhumata* dicatur. Mea autem dicta non mihi, ſed auctoribus ipſis aſcribebantur, ex quibus multo cum ſudore floſculos varios ſcientiarum collegi. Verumque eſt dicere, quod quaecunque a ſenioribus ſapientiſſimis inuenta ſunt, optime ſcripta fuerunt. Quod ſi hoc opus ipſi feciſſent, perfectius et ornatius, et quidem compendioſius explanaſſent.

Quo circa, beatiſſime Pater et Pontifex maxime, mihi magnum deſiderium et omni homini fuit ad ſanitatis factricem et cuſtoditricem, artem medicinae, feſtinare, pro quanto declarat, quaecunque fieri, et quae euitari oporteat in corporis ſanitate opportuna. Propterea hoc tamen, quod ipſi antiqui non fecerunt, oſtendit, me tale opus dimittere non debuiſſe. Et fateor, quod quaecunque ſcripta ſunt in hoc libello a ſapientioribus medicorum et antiquioribus, ſunt pertractata, quae in codicibus eorum reperi, non modo in ſententia, verum et etiam in propria verborum forma intellecta inuenies. Verum et etiam ea, quae in diuerſis ac pluribus voluminibus et capitulis antiqui dixerunt *de hoc morbo aluhumata*, ego in vnum collegi, et omnia ipſorum dicta pulchriora et vtiliora afferentia vtilitatem reperies, ac ſi cum multo labore omnes libros perlegiſſes. Cum itaque laudem ex opere meo exſpectaſſem, et magis vtilitatem et gentium ſalutem deſideraſſem, non dubitaui in hac aetate ſeptuaginta et ſex annorum hunc libellum ſalutiferum *e*) edere. Et ne imperitorum iudicio deſidiae ſubirem crimen, nihil aliud intendi, niſi conuertere me ex toto corde ad altiſſimum, omnipotentem ac ſempiternum Deum, vnigenitum et primum, quem maximum Deum dicimus; bonumque nominamus, vt GALIENVS auctoritate PLATONIS explicuit, et princeps in *ſeptima tertia cap. primo* ſcripſit: Creator eſt ſublimis et excelſus, in cuius manibus omnia exiſtunt, tum et etiam, quia ipſe ſolus largitur ſanitatem corporum et vitam animarum, vtique AVERROIS in *prologo canticorum* dixit. Eia! ergo pro ſua clementia concedat et confirmet nobis ſanitatis et vitae gratiam, et continue ſeruos ſuos protegat admirabilis Dominus Deus noſter.

Denuo itaque ex tota anima fontem bonorum omnium deprecor, vt pro ſua infinita pietate *beatiſſimo Pontifici*, ALEXANDRO SEXTO, corporis et animae ſalutem exaudire dignetur, ad laudem et gloriam beatitudinis ſuae. Denuo iterum, cum huius libelli opere et conſilio vtendi impretioſiſſimae ſanitatis conſeruatione, lato infinitae bonitatis praeſidio, iſte morbus occultus in ſua ſanctitate excelſa vllum nocumentum agere et imprimere poſſit, amicisque noſtris et pariter inimicis per viſcera caritatis ſalutem et vitam aeternam clementiſſime Deus largiatur, amen!

Veruntamen quicunque hunc tractatum legerit, difficillima contraria inuenerit: Quoniam autem doctores antiqui et moderni in re aliqua non concordarunt, graue eſt eorum rationes concordare, et difficillimum eſt, verum inuenire, vt omnia ſimul comprehendam. Veniam a legentibus humiliſſime peto, deprecor ergo ipſos pro ſua benignitate me in cunctis habeant excuſatum.

Et ſic iam ad finem huius libelli perueni cum auxilio Dei beatiſſimi, virginis MARIAE adiutorio, quibus ſit honor, laus et gloria pro infinita eorum beneficiorum multitudine.

Explicit tractatus de morbo foedo et occulto, his temporibus affligente, ſecundum veram doctrinam Doctorum antiquorum, aluhumata nominato, editus per PETRVM PINCTOR, *Artium et Medicinae Magiſtrum, ſanctiſſimi Domini noſtri,* ALEXANDRI SEXTI, *Medicum. Romae impreſſus per venerabilem virum, Dominum* EVCHARIVM SILBER, *die nona menſis Auguſti anno ſalutis chriſtianae. M. D.*

XXIII.

IOANNES BAPTISTA FVLGOSVS *f*).

De prodigio in CAROLI *VIII. aduentum in Italiam.*

Relicturi lectorum arbitrio, quo nomine id appellandum ſit, quod in Italia contigit, CAROLI VIII. vltimis annis, duo hic admiratione non indigna ponemus. Quo anno is in Italiam ad Neapolitanam expeditionem, cuius paruo labore compos factus, breui etiam poſſeſſor fuit, (is enim ſalutis annus fuit 1494.) in Ciſalpina Gallia manna pluit, quae ex arborum frondibus lecta ad medicinam ſalutaris fuit inuenta. Cuius rei PLINIVS mentione facta, (contigit enim aliis temporibus ea pluere) non manna, quod nomen hebraeum eſt, ſed caeleſte mel ac medicinae parum idoneum appellat. *Biennio* quoque, *antequam* CAROLVS (1492.) *veniret, noua aegritudo inter mortales*

e) HENSL. leg. *ſelectiſſimum.*

f) *De Dictis Factisque Memorabilibus lat. fact. a* CAMILLO GILINO, *L. I. c.* 4. *Mediol.* 1509. Fuit is a 1478. dux rei publicae Genuenſis, dignitate vero exutus a. 1483. teſtis ergo fide digniſſimus, qui primas luis foedae origines vidit, bienniоque ante, quam Galli aduenirent, ſubito erupiſſe teſtatus eſt, i. e. a. 1492. Dubius tamen eſt, vnde primum venerit, Hiſpanos accuſans. Quod ſi verum eſt, Marranis videtur in acceptis referenda, ſed hoc iterum relinquitur dubium; quaenam fuerit morbi endemii natura, quomodo ex Aethiopia i. e. Africa ad Hiſpanos tranſierit, quomodo potuerit in Italia derepente fieri epidemius, et talis cum eſſet, coitu ſolo contaminare homines.

tales detecta, cui nec nomen, nec remedia medici ex veterum auctorum diſciplina inueniebant, varie, vt regiones erant, appellata. In Gallia *Neapolitanum* dixerunt *morbum*, at in Italia *Gallicum* appellabant. Alii autem aliter, nonnullique Iob *Sancti-aegritudinem* eſſe dicebant. Cuius vis grauiter *artuum iuncturas* torquebat, quibusdam *totum corpus vlcere* corripiebat, quosdam autem in *cancrenae* morem *corrodebat*. Id autem, quod in ea maxime mirum fuit, erat, quod *contagionis vires in coitu ſolo exercebat, a genitalibusque membris primordia ſumebat*. Id quoque in ea non leue viſum eſt, quod qui ei curandae operam dabant, niſi diligenter ſibi vitae modeſtia cauiſſent, poſteaquam morbum enaſiſſe videbantur, tanquam id ab initio pullularet, *in id recidebant. In ſenibus* quidem ea *aegritudo incurabilis* apparuit. Quae *peſtis* (ita enim viſa eſt) *primo ex Hiſpania in Italiam allata, ad Hiſpanos ex Aethiopia*, breui totum terrarum orbem comprehendit.

XXIV.

CHRISTOPHORVS COLVMBVS *g*).

Todas las familias de la isla (*Hiſpaniola*) eſtaban en gran tumulto y ſedicion, por lo qual gran parte de la gente, de la que dejò, era ià muerta, y no havian guedato alli mas que 160 hombres, llenos *de mal Francès*.

XXV.

PETRVS MARTYR *h*).

Ont auſſi en cette iſle (*Eſpannola*) une maladie peculiaire, *groſſes puſtules, occupant le corps et rongeant les membres*, ſi ſont trop adonnez à luxure. Et *eſt cette maladie contagieuſe aux autres regions par cohabitation et intemperance avec ceux, ou celles qui en ſont touchés.*

Ex ſeniorís conſilio *i*) *ſcabioſos leproſosque*, ſi qui ſint inter eos, conquirunt, *qui manus aſperas calloſasque habeant*, vt apprehenſa facilius queant retinere. Hos homines ipſi *Caracaracoles* appellant.

XXVI.

FRANCISCVS ROMANVS PANE *k*).

Dicen, que un Dia fueron á labarſe los Hombres, i que eſtando en el Agua llovia mucho, i tenian gran deſeo de tener Mugeres i Muchas, veces quando llovia iban a buſcar las huellas de las ſuias, ſin poder hallar nueva alguna de ellas; ſino aquel dia, que labondoſe, dicen, que vieron caer de algunos Arboles, por entre las Ramas, cierta eſpecie de Perſonas que no eran Hombres, ni Mugeres, ni tenian naturas de unos, ni otras; que fueron à cogerlas, i huieron, como Aquilas, por lo qual llamaron, de orden del Cacique, dos ò tres hombres, viendo, que no podian cogerlas, paraque las aguardaſen i buſcaſen, para cada una un India Caracacol, *que tenia mui aſperas las manos*, i que aſi las tendrian eſtrechamente, ſin que ſe les eſcurrieſen; dijeron al Cacique, que havia quatro de eſtos Caracaracoles, i los llevaron. *Es el Caracaracol una Enfermedad como Tigna, que cauſa gran aſpereça en el Cuerpo.* En efecto, las cogieron i haviendo tenido Conſejo ſobre el modo de hacer eſtas Perſonas, Mugeres por faltarles natura leça de ellas, i de Hombre.

XXVII.

ELIAS CAPREOLVS *l*).

Sed inter cetera haec (1493 et 1494) *vniuerſalis* fuit et *monſtroſa pernicies*. *Puſtulae purulentae*, magnitudine lupini craſſioris, in orbem extenſae, aegrotationis praenuncia, *in artubus pruritus* et *dolor triſtis*, *febris* accenſa vehementius, *cutis foedis exaſperata cruſtulis*, horrorem afferebat, intumeſcentibus vndique *tuberculis*, quibus rubor primo liuidus, mox nigricans color apparebat. Poſt dies aliquot ab ortu, admiſto ſanguine, humor exprimebatur. Capitula ſpongiolas diceres, exhauſto liquore. Quadriennium in aliquibus exceſſit, obducta cute cicatricibus, illius ſedem indicantibus. *Ab inguine mulieribus*, *a glande viris ſaepius incepit:* Mox per vniuerſum corpus vagabatur. *Senſere* id *malum* praeſertim *incontinentes*, *contactu* tamen *inficiebat* quoque *vicinos*. Audiuimus, omnem fere terrae orbem inuaſiſſe genus id contagionis, *morbum gallicum* nuncupatum; quem hactenus, vt *elephantiaſin* ante Pompeivm magnum, et ante Tiberivm Clavdivm *mentagram*, Italia nunquam creditur eſſe paſſa.

XXVIII.

MARCVS ANTONIVS COCCIVS SABELLICVS *m*).

Per idem tempus *nouum morbi genus* coepit tota Italia vulgari, *ſub primum Gallorum in ipſam terram deſcenſum* (1494), *priore anno* (1493) *inchoatum*, et ob eam rem, vt credere eſt, Gallicus nuncupatus. Nam vnde primum fluxerit, parum, vt video, conſtat; dira lues, et quam nulla ſit aetas antea experta. *Poſt varios cruciatus puſtulae corpus inficiebant, quibus in foediſſima vlcera abeuntibus ſupra quod exprimi poſſit, foedabantur humana corpora.* Non elephantia, non lepra, huic malo conferri poteſt; et quod omnium calamitoſiſſimum eſt, *trahebatur morbus in plures annos, infectaque corpora neque vita, neque lue defungebantur. Pauci pro numero aegrotantium extincti, ſed multo pauciores a morbo ſeruati.* Nec tantum Italia eſt ea clade concuſſa, ſed Germania, Dalmatia omnisque Macedoniae et Graeciae ora. Vigeſima fere pars hominum id eſt malum experta.

XXVIIII.

ALBERICVS VESPVTIVS *n*).

Habent etiam feminae et alium morem atrocem, et totius humanioris vitae expertem. Quoniam igitur, mulieres huiusmodi in venerem pronae ſunt admodum et ſalaces, id facinus patrant, vt turpiori earum voluptati faciant ſatis. Nam *viris in potu dant herbae*, *cu-*

g) *La hiſtoria del Almirante Don Chriſtoval Colòn per Don Hernando Colòn, ſu hijo*, in *Barcia Hiſtoriadores*. c. 73. Primum iter ſuſcepit Christophorvs Colvmbvs die 4 Aug. 1492. rediit Vlyſſipone die 4 Martii 1493. quem propter foedam luem Europae fatalem et exitioſum ſtatuit Cl. Girtanner l. c. p. 28. Idem ille hanc narrationem primam cenſet. Sed docte ac late demonſtrauit Cl. Hensler (Ueber den Weſtindiſchen Urſprung der Luſtſeuche, Hamburg 1789. 8. p. 21.) falſa eſſe haec teſtimonia, cum luem ab Hiſpaniola repeti et Hiſpanicam dici poſſe nequaquam, probent. Nolui tamen ea, quae Hiſpanica putantur, omnino miſſa facere, ne qua in re officio editoris defuiſſe perhibeat, ita tamen, vt magis *Hensleruni*, quam *Girtannerum* in memorandis locis ſequar. Hic enim rogatu meo hos quidem mecum beneuole communicauit, ſed temporis anguſtiis impeditus nimis breuiter. Hoc vero teſtimonium, cum ad iter *Columbi* tertium a. 1498. pertineat (v. Hensler l. c. p, 46.) nihil in de luis Italicae origine licet colligere.

h) *De Orbe Nouo* 1500. Princeps editio, ſed nunquam viſa. Locum ſuppeditauit Cl. Girtanner e verſ. gall. Pariſ. ſ. a. in 4. pag. 117. Fuit vero natus a. 1455. clarus Romae a. 1477. delatus in Hiſpaniam a. 1487. creatus inſpector *nobilium caſtilienſium* a. 1492. nullus itineris primi comes (*Hensler* l. c. p. 54.) ergo homo aulicus, cum Colvmbvs ex itinere nautico rediit, ſed nihil de morbo quodam turpi et puſtuloſo memorat lui venereae adſimili.

i) De Reb. Oceanic. Decad. I. L. IX. p. 105. et Epiſt. 189. Nominis rationem v. ap. Hensler l. c. p. 53.

k) *Fernando Colon Hiſt. del Almirante Chriſtoval Colon*, in *Barcia Hiſtoriadores Cap. 7. p. 63. Vol. I.* et repet. in *Churchill Collect. of. Travels, p. 569. Vol. II.* Fuit auctor ex ordine S. Hieronymi et vnus ex Colvmbi comitibus, a. 1496. cui hoc erat negotii impoſitum, vt in ſacra Haytienſium curatius inquireret, Hinc nata eſt mythologia, qua vitium quoddam cutis ſcabiei vel leprae haud diſſimile proprium fuiſſe indigenis colligitur, non item, hoc eſſe venereum et inde in Europam delatum, ſequitur. Ait Cl. Girtanner, negat Cl. Hensler (Ueber den Americaniſchen Urſprung der Luſtſeuche p. 51. ſeq.) Viderint iuſti litis aeſtimatores.

l) *De Reb. Brixan. L. XII. in Graeuii Hiſt. Ital. T. VIII. P. VII. p.* 125. et repet. ap. Hensler. *Geſchichte der Luſtſeuche, p.* 102. Fuit clarus iureconſultus Brixianus ſub initium ſeculi XVI. originem luis ad a. 1494. repoſuit, morbum, qualis tunc erat, curate atque ad viuum deſcripſit, teſtis ergo locuples.

m) *Rapſod. Hiſtoriar. ab orbe condit. Ennead. X. L. VIIII. Lugd.* 1539. *p.* 539. Prima editio prodiit Venet. 1502. Natus fuit a. 1436. clarus inde ab a. 1487. et ſub auctore Iovio ſeptuagenarius ex tabe gallica periit a. 1506. Videtur originem luis intra a. 1493. et 1494. ponere.

n) *Nauigationum Alber. Veſputii Epitome de nouo orbe e lingua Hiſpana in Ital. traducto*, c. 117. p. 125. in *Nouus Orbis Region. ac Inſular. veteribus incognitar.* Baſil. apud Heruag. 1532. f. Primum iter ſuſcepit Vlyſſipone die XX. Maii 1497: alterum d. XI. Maii 1498. tertium d. X. Maii.

cuiusdam ſuccum; Quo epoto, inguina mox tument, et creſcunt non mediocriter, aut vbi id non profecerit, *venenata quaedam admouent, quae mordicus inguen lancinent tantiſper, donec tumeſcat*, ſicque propterea, vt apud eos compluſculi teſtes amittant, et eunuchi reddantur. — Tot ducunt vxores, quot libuerit, in promiſcuum coeunt, nulla ſanguinis ratione habita, cum matre filius et frater cum ſorore coeunt, libidinem paſſim exercent inſtar brutorum animalium. Nam vbique et cum quauis muliere, etiam ſibi forte obuia, rem peragunt veneream. — Mulieres vera — vagae et falaces in venerem — vbi Chriſtianorum copiam habebant, mirum eſt dictu, quam turpiter corpora ſua proſtituerent, libidinoſiores ſupra omnem credulitatem. —

Zeloſi o) parum, libidinoſi vero plurimum extant, magisque feminae, quam maſculi, quarum artificia vt inſatiabili ſuae ſatisfaciant libidini, hic honeſtatis gratia ſubticenda cenſuimus. —

XXX.

WENDELINVS HOCK DE BRACKENAV p).

Illuſtriſſimo Ducatus Vuirtenbergenſis Principi, VDALRICO, *Vuendelinus Hock de Brackenau, artium et medicinae Doctor, ſubiectionem humilem et debitam offert.*

Conſideranti mihi, *Illuſtriſſime Princeps*, communem nedum patriae, verum et totius Germaniae addam et vniuerſi ferme orbis chriſtiani *labem, quam vulgus ipſum Malafrançoſs ſiue morbum gallicum appellat*, non potui non compaſſionibus affici, perire inter tot medicinae profeſſores eximios tam egregiae geniturae decus, ac *indies eo morbo homines miſerabilius excruciari*, diſſimulantibus illis, quorum intereſt, ſaltem ſi non cura manuali, conſilio tamen et documentis adeſſe. Relinquens ergo fines Italiae, poſt longas medicae artis hauſtas diſciplinas Bononiae ad doctoralis byrrhi confirmationem ac ad praxin non poſterior ceteris eius profeſſionis, Romae probatus, (quod citra iactantiam dixerim.) *Illuſtriſſime Princeps* auſus ſum et ipſe calamum laxans, communi bono conſulere tractatu hoc, breui licet, attamen nimirum fructuoſo, praeſertim bene gratis, *docendo omnem eius morbi cauſam radicitus dimouendam*, et id quidem demonſtrationibus philoſophiae propter quid certiſſimis, non ad ventum aut aurae motum prolatis. Placuit etiam eo ſtilum diuertere, vt *in curandis vlceribus* (quod in primis neceſſarium vidimus) morem quaſi chirurgorum ſubiremus, *ne in quopiam efferuentis mali reliquias pullulare ſineremus*. Hunc autem laborem noſtrum Illuſtriſſ. Magnificentiae Tuae in primis dedicamus legendum, approbandum, ſi dignus ſit: Sin, priuatus pereat. Verum ſperamus, pro tanto illum Magnificentiae Tuae placiturum, vt indignum dicas eundem communi publico ſubtrahere. Vale, Principum decus doctorumque aſylum. Argentoraci ad decimum Martii 1514.

Mentagra ſiue Tractatus de morbo gallico Vuendelini hock de Brackenau, Artium, et Medicinae Doctoris ſtudii Bononienſis approbatiſſimi.

Intendimus hoc tractatu per XVII. capita docere *curam mentagrae*. Et quia ipſam vt in plurimum varia vlcerum genera ſequuntur, *tractatum de curandis vlceribus* ſubnectemus.

CAPVT I.

Medicinae laudem et excellentiam, vitae cauſas naturales ac corruptibilitatem hominis exponit.

Cum omne animal ſalutem tueri conetur, mortem perniciemque deuitet, non abs re arbitror mortalibus medicinae cognitionem apprime neceſſariam, quam non immerito veteres a diis immortalibus fuiſſe expertam ſunt opinati. Diuinum namque potius, quam humanum videtur varias humani corporis intelligere diſpoſitiones. Diuina denique ipſius medici operatio vel diuinae ſaltem operationi quam ſimillima. Itaque artium medicina erit praeclariſſima; cum homo ſit altiſſimus corpore, ratione mixtionis elementorum, eo, quod ſubtilius ſunt contexta, et in ipſo aequalitatem ponderis ſtudioſius inſequitur, OVIDIO teſte:

Pronaque cum ſpectent animalia cetera terram,
Os homini ſublime dedit caelumque videre
Iuſſit et erectos ad ſidera tollere vultus.

Donauit et homini complexionem temperatiorem, quam in hoc mundo foret poſſibile inuenire. Et ipſa de duobus ſecuritatem praebet, ſed putrefactionis penitus prohibitionem et humiditatis ſcilicet defenſionem, ne celeriter reſoluatur. Eam ob rem medicina artium praeclariſſima merito appellari debet et eruditi medici honorandi et venerandi ſunt. Quid ſi antiquos medicos commemorem, NICOMACHVM, ARISTOTELIS patrem, ALEXANDRI imperatoris medicum excellentiſſimum? Quid CARNEADEM Athenienſem, medicum egregium? Conſpice item medici mirandum ingenium. HESISTRATVS, medicus illuſtris, pulſu cognouit amantem. Praeterea complurimos in Vitis Sanctorum canonicatos et ab eccleſia approbatos comperio. Inter quos vide IOANNEM DAMASCENVM, COSMVM DAMIANVM, PANTHALEONEM, BASILICVM? Quid ſi APOLLINEM, primum medicinae repertorem, commemorem, qui ob eius ſcientiae celſitudinem in deorum numerum receptus eſt? Bene viuere ac felicitatem appetunt omnes, ſed hanc adipiſcendi his quidem poteſtas, illis quidem non, propter fortunam quandam aut naturam. Vnde Romani quondam fortunam diuitum quoddam numen exiſtimabant, quod pro lubitu ſuo, hominum meritis non conſideratis, aliis bona, aliis mala largitur. Impium tamen et fidei noſtrae inimicum, principiis etiam philoſophicis omnino contrarium, ea alicui praeterquam prouidentiae diuinae adſcribere, quae iuſtis occultisque iudiciis ſecunda et aduerſa communicat, prout voluerit. Viuere autem et beari, bonum extat ſummum. Cum ergo Peripatetici et ſacrae medicinae doctores concordent, a corde profluere vitam in totum, volunt hoc fieri non, niſi per fluxum ab eo primorum inſtrumentorum vitae, cum quibus primum viuificat, tanquam habentibus omnem vim animae. Et anima ipſa eſſentialiter in corde eſſe dicitur, virtualiter autem in ceteris membris. Merito ergo cor primum dicitur omnium virtutum principium. Spiritus autem exit ab vniuerſo corde, ſicut lumen a ſole. Sicut ſol eſt fons luminis, ſic et cor ſpiritus. Sol eſt et principium generationis et corruptionis, et vniuerſaliter vitae per motum et emiſſionem ipſius viuificantis totum. Viuere autem viuentis eſt forma. Et *de anima* 2. et viuere viuentis eſt eſſe, et viuens, et ligans animam corpori *calor naturalis* dicitur. ARISTOTELES. Sicut ergo anima non eſt vita totius, ſed cauſa, ita nec potentia eſt vita partis, ſed cauſa. Eſt ergo ſecundum hoc omnis operatio quodammodo vita organi omnia perficientis. Vnde vita oculi eſt, ſecundum quod eſt oculus, eſt videre, auris audire, linguae autem, ſecundum quod homini, loqui et guſtare, cordis vero ſpiritum vitalem corpori benigniter dare. Et omnino hominis, ſecundum quod eſt homo, eſt intelligere. Et hoc eſt, quod philoſophus ait II. *de anima*: *Si alicui aliquid horum inſit, ipſum viuere eſſe dicimus, vt intellectus, ſenſus, motus et ſtatus ſecundum locum, et adhuc motus ſecundum alimentum. Motus et ſtatus ſecundum locum ſunt operationes virtutis motiuae, motus autem ſecundum alimentum eſt operatio virtutis nutritiuae*. Similiter ergo et intellectum, et ſenſum potuit pro opera-

1501. Curioſa eſt narratio, quam de mali natiui origine refert. Num ſatis vera vel probabilis ſit, de hoc viderint alii. Nuperrime hanc iterum memorauit Cl. GIRTANNER *Abhandl. von der Luſtſeuche* p. 58. et locum ipſum hiſpanice edidit P. III. p. 918.

o) *Amer. Veſputii Nauigatio prima*, p. 158. ib.

p) *Mentagra ſiue tractatus de cauſis, preſeruatiuis, regimine et cura morbi Gallici: vulgo Malafrançoſs: ingenio, peritia & experientiis artium & medicine Doctoris ſtudii Bononienſis approbatiſſimi, Vuêdelini hock de Brackenau, exactiſſimis diligentia & ſtudio comportatus. Quem ſubſequitur tractatus eiusdem vtiliſſimus de curandis vlceribus hunc morbum vt in plurimũ conſequentibus. — Argentine Anno Chriſti milleſimo quingenteſimo decimo quarto*, in 4. Princeps editio, quam non ad manus habeo, eſt a. 1502. Legitur in *Aphrodiſiac. T. I. p.* 310. ſed ita, ut, quaedam capita deſint

rationibus, et non pro potentiis. Propter quod recte *in primo Ethicorum* vocauit *ſomnum dimidium vitae.* Dormientes enim non dicuntur viuere ſecundum operationem ſenſus et motus, qui ſomno ligantur, ſed ſecundum operationes vegetationis, qui non ſolum tunc non ligantur, ſed magis vigent. Sed ex his non ſcitur, niſi in communi, quid ſit vita. Quaeramus ergo ſpecialius. Manifeſtum eſt, quod viuere eſt continuus actus viuentis, nullo modo interceptus. Nam vita non ceſſat, niſi per mortem, a qua non ſit reditus ſecundum naturam, niſi ſicut de priuatione ad habitum. Animal enim viuit, quando non vigilat, et oculus, quando non videt, et auris, quando non audit, et homo, quando non intilligit, et ideo hoc, quoniam animatum eſt. Animatum autem ab inanimato differt in viuendo, ſicut philoſophus ait. Si ergo eſt aliqua animae operatio non intercepta, dum anima ineſt corpori, illa procul dubio maxime et principaliſſime dicitur *vita.* Vnde manifeſtum eſt, *quod haec eſt nutritio.* Et *in principio ſecundi de anima* ait. *Dico autem vitam per ſe alimentum, id eſt, alitionem.*

Si enim mors eſt corruptio viuentis, oportet, quod vita ſit generatio quaedam. Talis autem eſt alitio. Vnde quaecunque aluntur, et in finem veniunt, quousque poſſunt ſuſcipere alimentum. Dum vero alimentum non ſuſcipiunt, ſequitur mors, quae eſt corruptio viuentis. Et poſſibile eſt, vt hoc contingat, licet raro, ex ordinata conſumptione humidi radicalis et ſubſtantifici. Et tunc moritur homo *morte naturali*, et viuit vsque ad determinatum periodum. Mors vero a natura non intenditur, cum nihil ſui ipſius corruptionem appetat. Immo appetitus diuino et immortalitati ſpem intendit. Ex quo naturaliter vnumquodque ſui ſimilis eſt productiuum, et omne animal mortem perniciemque morbi deuitet. Sed tamen omne per diſtare a ſuo principio debilitatur, libro *de caelo et mundo* ARISTOTELE inquiente. Natura itaque humana ab eo, quod antiquitus fuit, iacet debilitata. Nam natura ipſa humana a ſuo principio multum diſtat, vt puta ab Adam ſiue a deo. Amplius humana natura debilitata eſt ab eo, quod antiquitus exiſtebat, vt ſermones legum, et praecipue moſaicae reſonant. Legimus enim homines a mundi creatione et citra productos longiſſimae vitae exiſtentes, ſicut Geneſeos libro colligitur. Verum haec natura ſemper in via et in corruptione. Sed talis eſt aetas nunc inſtans, ſeptima videlicet et vltima ſecundum legiferos, a CHRISTO citra. Vnde apoſtolus. *Nos ſumus, in quos fines ſeculi deuenerunt.* Adhuc totus hic mundus infimus ſeneſcit et corrumpitur continue. Ratio, quia homo compoſitus eſt ex quatuor elementis contrariis. Ineſt enim ei dolor, transmutatio et corruptio, et per conſequens, quantum ad ſecundum eſt corruptibilis. Praeterea ex ſemine viri et menſtruo mulieris generatur fetus, et quia iſta ſpermata ſunt liquida, fluida et paſſibilia, per conſequens et corpora ex eis compoſita ſunt transmutabilia. Vnde GALIENVS *in Tegni: Corpus humanum eſt transmutabile et alterabile.* Iſta autem alteratio et transmutatio ineſt ei duplici de cauſa, ſcilicet ex parte ſuorum componentium et ex parte compoſitionis ſiue modi componendi. Ex parte componentium dupliciter, ſcilicet primorum, vt ſunt elementa, quae per contrarietatem ſunt transmutabilia, et reddunt corpus transmutabile ex eis compoſitum, et ſecundorum, vt ſunt ſanguis menſtruus et ſpermata ſecundum AVICENNAM *lib. primo.* Et ſecundum GALIENVM *de elementis: Si corpus humanum eſſet compoſitum ex vno elemento, non doleret, ſed quia compoſitum eſt ex quatuor contrariis. quorum quodlibet determinat ſibi vnam ſummam qualitatem, neceſſario homini ineſt dolor, et transmutatio, et corruptio.* GALIENVS item II. *de complexionibus* et Princeps *libro primo;* Nos ſumus creati in fine ſiccitatis et humiditatis, nec ad tantam coagulationem potuerunt corpora noſtra deuenire, vt ſunt lapides et metalla.

Quare cum mundus continue ſeneſcat et corrumpatur per diſtare a ſuo principio, videamusque continue *nouos generari morbos*, praeſertim *horribilem illum mentagrae*, de quo nobis praecipue in hoc tractatu et cura, et ſermo erit, ingenii noſtri vires munere diuino tendimus, impertiendo labores noſtros biennales quibusuis bene gratis lectoribus, quo medicinae decus et ſplendor enucleetur, et hominis conſeruatio cautior attendatur. In hac enim re ſummo ſtudio laborandum eſt, qua humana haec noſtra vita et complexionis, et vnitatis imperfectione variis etiam ac innumerabilibus fere morborum ſpeciebus vexatur, ſicut et *nunc iſtis temporibus corpus humanum aegritudinibus infeſtatur ignotis.*

Ab anno quippe 1494. *quidam morbus ignotus diuerſis dolorum ſpeciebus, in diuerſis membrorum partibus puſtularum variarum in magnitudine et paruitate in cute corporum hominum naſcentium terribiliter gentium multitudinem cruciat.* Quem Alemanni *gallicum morbum* appellant, alii autem homines aliarum regionum alia eidem nomina impoſuerunt. De quo morbo ac cauſis eius etiam doctiſſimi ſacrae medicinae doctores toto terrarum orbe hactenus nihil in publicum veridice ſcripſerunt, neque curam eius ſcriptis inſeruerunt. Studebimus ergo tractatum tradere, *quo ſanos a morbo gallico praecauere doceas, infirmos taliter liberes, vt nunquam morbus reuertatur, neque, vt empirici faciunt, in lecto ſtare cogas, nocumentum nullum in ore accidere permittas, mirabiles qui reputantur, quandoque tales morbos mirifice ſanes, et in curando fiſtulas, cancrum, ſcabiem quamcunque et omnes fere morbos melancholicos*, vel ab humoribus aduſtis pendentibus doctus efficiaris. Neque hoc a veritate alienum putes, quoniam ſi bene perſpexeris, ratione et auctoritate id verum eſſe comprehendes. Nec me in hoc opuſculo, niſi multis experientiis comprobata, viſa et practicata remedia cum Romae, tum Bononiae ſcribere credas. Quam ob rem oro et exoratum haberi velim pium lectorem, vt ſi ex laboribus noſtris fructum quempiam conſequatur, non quidem mihi, ſed inprimis motori primo laudem et gloriam tribuat, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum emanat.

CAP. II.

Cauſam et originem nominis morbi huius varias proſequitur q).

Amplius *ſciendum eſt pro declaratione* noſtra tractatus cet. —

Et vtrum vlcus r) ſit facilis vel difficilis curationis, nota quatuordecim conditiones. — Decima eſt inceſſus ſuperfluitatum ſuper *membrum vlceratum:* Nam earum inceſſus difficultatem operatur, vt patet in meri, ſtomacho, inteſtinis, veſica, *matrice et virga.* —

Aliud *vnguentum pro puſtulis s) vlceroſis, fiſtulis et cancro.* Recipe nitri, fuliginis, litargiri, tartari, auripigmenti, piperis, olibani, vitellorum ouorum ana ʒiß. Succi fumiterrae, ſucci lapaci acuti et abſinthii, celidoniae, enulae, fabae graecae, abrotani. De omnibus his ſuccis ana ℥jß. ellebori albi, ſaponis ſaraceni, ſulphuris ana ℈jß. Omnes ſucci bulliantur, depurentur et colentur. Et poſtea radices lapaci, enulae tritae ponantur, deinde ſapo, poſtea puluis ſpecierum, et tandem adde olei communis, axungiae porci et cerae, *argenti viui cum axungia extincti* ana ℥ß. fiat vnguentum. Si vero *vlcus eſſet cum* mala complexione calida et *carne addita*, vtere tripharmaco, cui addes ceruſam et canforam. —

In puſtulis t) cruſtoſis et excoriationibus vtere hoc vnguento, *cum quo membra infecta iuungantur.* Recipe olei de vitellis ouorum ℥ß. ceruſae lotae ℥j. plumbi vſti ℥j. amili de hordeo ℥iiij. Miſce, confricentur omnia per duas horas continuas in mortario plumbeo cum piſtello. Si vero *in* dictis *vlceribus ſuperficialibus* — eſſent aliquae *materiae induratae*, in tali caſu vtere hoc vnguento. Recipe calcis viuae ʒiiß. vi-

non minus memorabilia, hinc numerus capitum temere imutatus, omiſſa *praefatione* et *cap.* I. Suppleamus ergo iſtas lacunas. Fuit vero HOCK plagiariorum haud vltimus, vt recte Cl. HENSLER l. c. p. 69. monuit; Vbique eum deprehendas in feruente ſcelere, cum tam impudens atque imprudens ſit, vt ipſa verba SCHELLIGII, TORELLAE, PINCTORIS et ALMENARIS repetat nulla facta honorifica auctorum mentione.

q) Hoc vero cap. 2 in *Aphrodiſ.* eſt, temere immutato ordine, ideoque, nec deſcribendum.

r) Tract. de curand. vlcerib. c. 3. p. 98. b.

s) Ib. c. 5. p. 50. b.

t) Ib. c. 6. p. 51. b.

viridis aeris ʒjß. pinguedinis porci, quantum ſufficit, fiat vnguentum. Aliud vnguentum ſatis pretioſum et ſaepe expertum in *vlceribus fraudulentis*, *corroſiuis*, *ambulantibus et antiquis*, *cancrenoſis*, non ſolum crurum, verum et aliorum membrorum, et remouet inflammationes membrorum. Recipe ceruſae lotae, aceti ana ℥ß. plumbi vſti ʒij, litargirii ʒj. myrrhae ℥ß. mellis roſati ℥iij. vitellorum ouorum numero iij. cerae, quantum ſufficit, miſce, fiat vngentum.

Ad Illuſtriſſimum Ducatus Vuirtenbergenſis Principem, VDALRICVM *Concluſio auctoris*.

Quis eſt, qui ignoret, *Illuſtriſſime Princeps*, praeſumtionem maximum habuiſſe me, qui hunc libellum conſtruxi contra opinionem ſapientiſſimorum, nec non ſcientificorum doctorum? Sed quod patres et maiores ac ſapientiores me viri hunc libellum non auſi ſunt aggredi, poſſem varias rationes in medium adducere, quibus probarem, quod facere debuerant. Verum quod id nullus adhuc fecit, in cauſa fuit, aut quia maioribus dediti curis, aut amplioribus impediti negotiis opus hoc aggredi minime potuerunt. Addo etiam, quia a diuerſitatibus coniunctionum planetarum et eclipſium ſolis et lunae, ab eorumque influentia iſte morbus producitur, vt in *cap. de cauſſis* demonſtraui. Qua de re a praedeceſſoribus noſtris modernioribus quidditas huius aegritudinis occultae ſcripta non fuit. Cuius tamen quidditatem per PLINIVM, MARTIALEM et alios medicinae, philoſophiae et aſtronomiae auctores oſtendi. Dicta autem mea non mihi, ſed auctoribus ipſis adſcribantur, ex quibus labore et ſudore longos floſculos varios ſcientiarum collegi. Verum teſtis ſum antiquorum medicinae doctorum, quoniam quaecunque ab illis ſcripta et inuenta ex admiratione philoſophiae ſunt optima et approbata. Quod ſi ipſi hoc opus aggreſſi fuiſſent, fateor quidem longe ornatius et perfectius, atque compendioſius explicuiſſent.

Quocirca, Illuſtriſſime Princeps, deſideraui morem gerere ac complacere vniuerſae communitati chriſtianae, ab optima ſanitate lapſae, ſanitatis ingenium et corporis valitudinem bonam reducere ſtudens, prout ſuperius abunde demonſtratum fuit. Verum fateor item, quod quaecunque ſcripta ſunt in hoc libello, a ſapientioribus medicinarum et antiquioribus ſunt pertracta, vt, quae in codicibus eorum reperi, non modo in ſententia, verum etiam in propria nonnunquam verborum forma. Cum itaque laudem ex opere meo expectem, et magis vtilitatem ac miſerorum ſanitatem deſiderem, vereor, ne imperitorum iudicio obtrectationis ſubiturus ſim crimen. Qui tamen nihil aliud intendi, quam ex toto corde ad altiſſimum, omnipotentem ac ſempiternum motorem, quem deum maximum dicimus, bonumque nominamus, vt GALIENVS auctoritate PLATONIS explicuit, et princeps *u*) in *ſeptima tertii cap. I.* ſcripſit: *Creator et ſublimis, et excelſus, in cuius manus omnia exiſtunt.* Et in *prooemio primi canonis* his verbis inquit: *In primis Deo gratias agamus, ſicut ſui ordinis celſitudo et beneficii ipſius multitudo meretur, cuius miſericordiae omnes ſuper prophetas exiſtunt.* Et *ſolus ipſe ſua miſericordia largitur ſanitatem corporum et vitam animarum*, vt AVERROIS in *prologo canticorum* dixit. Et ipſe pro ſua clementia concedat et confirmet nobis ſanctitatis et vitae gratiam, et continue ſeruos ſuos protegat admirabilis dominus, deus noſter. Denique toto corde et flagranti animo oro et exoratum habere velim primum illum motorem, vt pro ſua infinita pietate *Tibi*, *Illuſtriſſimo* VDALRICO, Vuirtenbergenſi Duci, corporis et animi ſalutem largiri dignetur, et *vt iſte morbus contagioſus nullum nocumentum Illuſtriſſimae Dominationi Tuae imprimere aut facere poſſit*, ſupremae maieſtati flagitando ſupplicans, vt vniuerſo populo chriſtiano confirmatione fidei *catholicae corroborata ſit ſalus*, *principibus* pax ſalubris, Imperatori noſtro MAXIMILIANO ſalus et gloria ac inimicorum ſuorum victoria, ſagitore deo ſummo trino et vno.

Quicunque autem tractatum hunc legerint, ad calcem hoc vno ſint admoniti, vt ſicubi contrarietatem dictorum offendent, ſciant, quoniam cum doctores antiqui et moderni in re aliqua non concordant, graue eſſe rationes eorum concordare, ac difficile verum inuenire. Vnum, vt omnia ſimul comprehendam, veniam a legentibus humillime peto, habereque me pro ſua benignitate in cunctis excuſatum. Sic ergo ad finem peruenientes tractatum hunc claudimus cum auxilio dei ac beatiſſimae virginis MARIAE adiutorio, quibus ſit honor, laus et gloria pro infinita beneficiorum ſuorum multitudine.

XXXI.

PETRVS CRINITVS *x*).

De morbo elephantiaſi, et vnde nomen acceperit, ac de lichenis ibidem et gallica ſcabie contra quorundam inſcitiam y).

Riſum nuper mihi mouerunt medici quidam in academia Florentina, qui cum de lichenis et elephante morbo ſeu elephantiaſi loquerentur, imperite ſimul et inepte de his eorumque nominibus et poteſtate diſſeruerunt. Inter alia enim *lichenas pro eo morbo falſo accipiebant*, quem *vulgo gallicum vocitant*, *in quo contagio ipſa doloresque et alia permulta maxime diſſimilia ſunt.* Elephantiaſis, quantum ex veterum commentariis colligitur, pro cancro accipi poteſt, quo vniuerſum pene corpus occupetur, itaque nullis prope remediis ſanari poteſt, iuxta PAVLLI ſententiam. Nam ſi cancer, quod vnum aliquod membrum vexat, pene inſanabile eſt, quanto minus elephas curari poterit, qui vniuerſum corpus ſuo paſſim contagio depaſcitur? Sed et CLAVDIVS GALENVS aliique permulti in medicina celebres inter peſtilentiſſimos morbos et inſanabiles elephantiaſim referunt. Neque me autem praeterit in Arabum libris ea de lepra referri, quae maxime ad elephantiaſim videantur pertinere, quoniam ille morbus Aegyptios maxime afficiat, quod ibi caeli calores aeſtuent, cibique craſſiores et piſculenta copioſe ſuggerantur. Graeci vero auctores elephantiaſim a lepra diſtinguant, ſic, vt in lepra cutis impetiginem quandam et velut ſcabiem acceperint, quae Galliae populos incredibili contagio tenet, in elephantiaſi autem non cutis duntaxat, ſed nerui carnesque, et oſſa maxime vitiantur. Quod et CORN CELSVS aliique permulti tradunt. Iam et T. LVCRETIVS, quo loco de morborum contagione ſcribit, pedes maxime refert atque oculos elephantiaſi affici, his verſibus:

> *Eſt elephas morbus, qui propter flumina Nili*
> *Gignitur Aegypti in medio, neque praeterea vsque,*
> *Hac lue tentantur greſſus oculique micantes.*

Nomen vero tam obnoxii tamque peſtilentis morbi deductum eſt ex ipſa ſimilitudine cutis elephantis, quoniam qui eo morbo vexantur, cutem ſuffuſcam plenamque tuberibus et papulis habent, qualis praecipue in elephantis viſitur: Quod ipſum et GALENVS probat. Sed et SERENVS in hunc modum de elephantiaſi:

> *Eſt elephas morbus triſtis quoque nomine dirus,*
> *Non ſolum turpans infandis ora papillis,*
> *Sed cito praecipitans funeſto fata veneno.*

Quod ego iccirco putaui obſeruandum, quoniam LAVRENTIVS VALLA, vir alioqui accurate doctus, quorundam ineptias ſecutus, ob id elephantiaſim dici exiſtimauit, quod inter alios omnes morbos ita praeſtaret, ſicuti inter animantia elephas, quo nihil poteſt eſſe non dicam magis abſurdum, ſed etiam ridiculum.

XXXII.

LINTVRIVS *z*).

Eodem anno (1494) circa feſtum S. BARTHOLOMAEI incepit regere *peſtis* in partibus Rheni, Franconi-

u) i. e. AVICENNA.

x) *Petri Criniti Viri docti. De honeſta diſciplina. lib. XXV. De Poetis latinis. lib. V. Et Poematum. lib. II. cum indicibus ſuis. — Venũdatur ab eodem Aſcenſio.* In fine leg. *Rurſus ex aedibus Aſcenſianis. Ad Natalem dominicũ.* M. D. XIII. f. ſed dedicatio ad *Bernard. Caraſſam* ſcripta eſt Florentiae Nouis Iuniis M. D. IIII. Cl. SAXIVS (Onomaſt. Litt. T. II. p. 516) hunc ANGELI POLITIANI ſucceſſorem iam a. 1494. memorandum cenſuit. ASTRVC (Traitè des maladies vener. par M. LOUIS T. I. Liſte chronol. p. 39). ad a. 1500. retulit. Poteſt vero haec particula valere ad eorum refellendam opinionem, qui lichenas et luem Gallicam inter ſe confunderent, ſimilitudine ſymptomatis decepti et in errorem inducti.

y) De honeſta diſciplina XX. 10. Fol. 77. a.

z) *Appendd. ad Faſcicul. Tempor. in Piſtorii Script. Rer. German. T. II. p.* 106. 108. 110. LINTVRIVS, *obſcurus ce-*

niae, Sueniae et Bauariae. Erat autumnus calidus — Temporibus illis (1496.) oriuntur *plagae* in Alemannia, ita, vt *certi tam clerici, quam laici percuterentur vlceribus a vertice capitis vsque ad plantas pedum ad modum ſcabiei puerorum vel morbillorum. Quibus excoriatis et decidentibus, creuerunt alia eodem loco ad medium aut integrum annum durantia vlcera.* Et vocatur dicta plaga *malum Francigenum*, et non immerito. Nam quos tunc in varietate veſtium et ſuperbia ſequebantur Alemanni, merito etiam cruciabantur ipſi Francigenum plaga. *Iudicataque eſt altera lepra, et peſſima. Nam et viri, et mulieres in pudendis maxime inde paſſi ſunt, et e ciuitatibus et plebe, vt leproſi, eiecti,* ſoli morantes et gementes. — (1501.) Sequuntur plagae, ſubitanei motus, et magnae peſtilentiae, et *malum Franciae, quaſi acuta lepra, quae ante et modo ad decem annos durat, et nondum finis.* — (1503.) Vulgatur *grandis peregrinatio ad b. Virginis in Grimmenthal*, ſub Generoſo Comite de Hennebergk et dioeceſi Herbipolenſi, vbi talis concurſus fit principaliter *propter malum Franzoſiae*, alias *acutam lepram et ardentem dictam, quae vltra decennium durat*, ita, vt quaſi 300. Mauri equites ſiue Aethiopes circa feſtum Pentecoſtes per Sileſiam tranſirent illuc peregrinando.

in inguinibus oritur, dicitur *anguina c)*. Sub aſcellis vero, vt verbis popularibus vtar, *ſuccicum d)* a loco ſumſit denominationem, et poſt aures *glandula*, quia ſimilis eſt glandi. In his enim tribus locis magis pernitioſa apoſtemata oriuntur, quia, quando cor peſte laborat, facit *ſuccicum*, epar *anguinam*, et cerebrum *glandulam*, in reliquo vero corpore mala apoſtemata vocantur *anthraces* et *carbunculi*, et ſunt minus mortiferi praedictis tempore peſtis, ſed ſub aere ſalubri neutra illorum ſunt peſtifera, neque contagioſa, et raro faciunt febrem; niſi ephemeram, *ſicut bubo, qui propter vlcera pedum vel mentulae quouis tempore ſolet inguinuous accidere.* —

Pillulae morbi gallici e) purgant phlegma ſalſum et choleram aduſtam ſecum mixtam, a iuncturis et locis remotis, curant ſcabiem et vlcera cutis, et ſedant dolores iuncturarum. Rec. Trochiſcorum colocynthae, myrobalanorum nigrorum, citrinorum, ſerapini, bdelii, ſarcocollae ana vnc. β. maſtichis, diagridii ana drag. iij. nigellae, cymini, origani, naſturtii ana drag. ij. ſpicae, ellebori nigri euphorbii, cornu cerui aduſti, ſalis gemmae ana drag. β. aloes vnc. I. diſſolue gummi cum ſucco porri, et fac pillularum maſſam, et da drag. I.

XXXIII.

CLEMENTIVS CLEMENTINVS *a)*.

De peſte. — Reuera peſtis contagioſa et mortalis credo, quod non eueniat, niſi per voluntatem Dei ab aſtris, et propterea vocatur etiam *epidimia*. Secundum Aſtrologorum ſidera in noſtra corpora vim maximam habent, et ſolent producere peſtem, coniunctiones trium ſuperiorum magnae planetarum, eclipſes luminarium, coniunctiones et oppoſitiones SATVRNI et MERCVRII, et praedictorum aſcendentia, ſiue in ſignis mobilibus, ſiue humanis, vel in finibus MERCVRII conſtituta inueniantur, praecipue ſi praedictis ſideribus dominantur maleuolae ſtellae SATVRNI et MARTIS, qui ſolent inferre peſtem, bella et alia genera malorum regionibus, ciuitatibus et hominibus, qui habuere in ſuis genituris quempiam locorum principalium in praedictis gradibus poſitum; *vt vidimus in praecedenti* IOVIS et SATVRNI *coniunctione, quae fuit anno* 1484. *in vigeſimo quarto gradu Scorpionis*, aſcendente decimo gradu *Leonis*, cui coniunctioni praefuit MARS ſupra IOVEM eleuatus, qui in principio 1485. *b)* duxit in Italiam cum ingenti exercitu CAROLVM, regem Gallorum, qui regem Neapolitanum bello ſuperauit. Et *ſcorpius, ſignum illius magnae coniunctionis, cauſa fuit morbi gallici, qui eo tempore, et regione ortus eſt, cum maximis vlceribus vel ſaeuiſſimis doloribus.* — Item facilius a peſte inficiuntur corpora humida, malis humoribus plena, ſordida et foetida. Hinc eſt, quod peſtis plerumque laſciuit in ignobiles, — et qui *frequenti coitu* vel balneis vtuntur. —

Quando ergo aer eſt peſtilens, primo inficit ſpiritum, — plerumque prius corrumpit humores, accendit febrem in peſtiferum apoſtema, quod *bubonem* vocant, tandem prorumpit, et ſpeciali nomine, quod

XXXIIII.

IOANNES VOCHS *g)*.

— Nihil eſt *h)*, quod deo magis diſplicet, quam ſuperbiae peccatum. Quare humiliauit nos deus *morbo illo Franciae, morbo iſto deſpecto, et dies noſtros iterum abbreuiauit hoc morbo*, et peſtilentias immittit caecas. —

Carbunculi etiam *Franciae i)* diutius durantes malam habent conſtellationem ſecundum illos, ſecundum me autem habent colloſam et bituminoſam materiam; quare cum difficultate eradicantur, niſi medicus fuerit ingenioſus. —

Cauſſa *k)* antecedens huius inſtantis morbi viſcoſitatis et limoſitatis materiam habet, et partem habet *de materia morbi Gallici*, quem *carbunculum Franciae* appellare conſueui. *Huius* enim *gallici morbi primitiuam cauſam poſui in frumentis et terrae naſcentibus*, cum ferme ante hunc morbum per luſtrum vel plus meſſes erant pluuioſae: Quare frumenta inficiebantur, et excreſcebant in horreis, et panes piſtabantur viſcoſiſſime. — Alimentum igitur ex hoc pane chylum crudum fecit, et vna cum ſanguine in totum corpus tranſitum fecit, ſicut per longum de hoc morbo differui. Digeſtio autem prima chylum crudum ex parte materiae fecit: Quare virtus ſanguifica hepatis, defectus ſtomachi imperfectos linquens, vna cum ſanguine indigeſta miſit in habitum totius corporis.

Natura autem, ſe exonerare cupiens illo colloſo humore, in quandam ſaniem ſalſuginoſam diuturno et longo tempore putrefecit. Non enim aptus fuit humor per vnum apoſtema aut duo terminari, quia diſſeminatus fuit humor per omnia vaſa, cuius cru-

ditas

teroqui homo, at verax, licet minutiarum curioſus, in Hof oppido, vt ipſe ait p. 92. paſtor. fuit, et Faſcicul. temporum Rolleuinkii ab a. 1475. *ad a.* 1515. *continuauit* HENSLER. Vaga quidem eſt *peſtis* notio, adhibeturque fere ſub hisce temporibus ad ſignificandum morbum epidemicum et contagioſum. Sic enim (Britannic. Antiquitat. Coll. Io. VSSERIO, Dublin. 1639. p. 74.) memoratur ad a. 1199. *peſtis flaua ſ. ictericia, qua cateruatim plebs occubuit.* Cum vero, teſte ENGEL (Tractat von der Peſtilentz. c. 1.) tales peſtilentiae graſſari coeperint a. 1492. 94. 95. 96. 1501 — 1506. 1507. 1508. 1509. neque triginta abhinc annis deſierint, attendendum ſemper eſt et tempus, quando apparuerint, et ſigna, quibus vera peſtilentia ab ſimplici peſte i. e. morbo epidemico internoſcatur.

a) *Clementii Clementini Amerini — Lucubrationes — Baſil. excudeb. Henric. Petrus* M. D. XXXV. f. p. 87. ſeq. Teſtis ſine dubio luis coaeuus eſt, eiusque liber ſcriptus circiter a. 1505. quia memorat *coniunctiones trium ſuperiorum planetarum, quae ſuperiori anno* 1504. *vel circa fuere ſub Cancro* ib. Fuit philoſophiae et mathematum profeſſor in vniuerſitate Patauina, et LEONIS X. Pontif. medicus.

b) Leg. ſine dubio 1495.

c) *Anguina* i. e. inguen.

d) *Succicum* i. e.

e) Ib. *De Compoſit. Medicin. Lib.* p. 132.

g) *De peſtilentia Anni pn̄tis* (1507. ſupra ſcripti) *et eius cura: Ad illuſtriſſimū Principem et dn̄m; dn̄m Fredericum Sacri Imperii Electorem, Ducem Saxonie etc. Cum quibusdam dubiis et digreſſionibus ſine quibus cura non perficitur, Eximii viri Iohānis Vochs de Colonia, Artium et medicine Doctoris accuratiſſimi feliciter Incipit.* — In fine: *Impreſſum Magdeburge p. Diligentem ac Ingenioſum virū Iacobū Winter Anno ſalutis Milleſimo ſeptimo,* in 4. ſine pagg. Altera editio, quae nihil adfert noui, niſi tabulam contentorum, et remedium contra peſtem, quod *ouum philoſophorum* nominant, ita inſcribitur: *Opuſculum praeclarum de omni Peſtilentia, ſiue ſit ab aere corrupto, ſiue ab aquis putridis, aut a cadaueribus: Et de diuturna peſte morbi Gallici, que nō ceſſabit, donec putredo eiusdem morbi funditus eradicetur: ad illuſtriſſimum principem & dominum, D. Fredericū Sacri Imperii electorē, ducem Saxoniae etc: Eximii uiri Ioānis Vochs Colonienſis, Artium & Medicinar. doctoris accuratiſſimi. Per Dryandrum nouiſſime repurgatum. Anno M. D. XXXVII. Menſe Auguſto.* 8. 125. pagg. ſ. l. Durus eſt VOCHS monitor et cenſor morum ſeculi, contemtor exoticorum remedicorum et medicorum Italorum, bonus obſeruator, et dum proprie deſcribit peſtem, quae a. 1506. et 1507. graſſata eſt, paſſim in morbum gallicum inuehitur. Dabimus ergo, quae huc pertinere videantur, miſſis reliquis, ex editione *Dryandri*, vtpote lectu facili.

h) P. I. cap. I. p. 10. ed. *Dryand.*

i) Cap. 3. p. 17.

k) Cap. 4. p. 20.

ditas et tarditas per cutem nequiuerat expelli, niſi aliquò modo putrefactus àrymica et acuta naturà ſua expelleretur *in puſtulas difformes. Et haec eſt primitiua cauſa carbunculorum franciae, quae nec ceſſabit hodie, nec terminabitur in multis, niſi ille terminauerit, qui ſolus ſanat morbos*, benedictus in ſecula, Amen. —

Sed ne mordear ab inuidis et ignorantibus, qui dicere poſſent: *Quam ſymboleitatem habent febres peſtilentiales et carbunculi Franciae?* Haec inter acutas acutiſſima et breuis terminationis ſiue ad vitam, ſiue ad mortem, alia inter chronicas longiſſima, nec perfecte eradicatur, niſi acutum habuerit praeceptorem: In his enim morbis nulla eſt ſymboleitas. His ſophiſtis licet obuiare poſſem infinitis rationibus. —

Quod autem *l*) omnes ſpecies leprae conuerti poſſint in elephantiam, quae nihil aliud eſt, quam lepra comedentibus hulceribus plena, probatur auctoritate et ratione. Nam omni diuturna paſſione relicta in aliquo membro, malignatur humor, et membrum debilitatur, vt poſtea ſit difficilis curae. Quod euidenter apparet *in morbo carbunculorum Franciae poſt eius recidiuam.* —

Quae dementia *m*) illorum, qui toto tempore vitae ſuae inſiſtunt purgationibus cholerae, in his dantes vel electuarium de ſebeſten, — nec ſolum in febribus, verum etiam *in morbo illo Herculeo, carbunculorum Franciae*, vbi etiam elleborus vterque, coloquintida et his acutiora vix morbum aut materiam morbi commouent? —

Non eſt igitur motio *n*) aliqua indiſcreta attentanda patienti. Nam multos confeſtim hac via mori vidi; Quod ſi cui acciderit contrarium, fortunae magis, quam arti adſcribat. Monſtroſitates enim accidunt in morbis, quemadmodum in creaturis. *Noſtri* etiam *homicidae, qui vngunt corpora in morbo Franciae in aeſtuariis calidiſſimis, ſicut carnifices, in igne adurunt et torquent, infinitos occidunt*, licet aliqui bene fortunati *ex his tormentis* euadant. De qua *cura tormentaria* in fine parum dicam, ſi tempus admiſerit. —

De dubiis et cura tormentaria cum argento viuo in malo Franciae o).

Quaeritur, *an cura tormentaria in aeſtuariis calidis ſine intermiſſione et vnctio cum argento viuo conducat in ſcabie aut morbo Franciae?* Et cum putredo et phlegma ſalſum ſit coniuncta cauſſa huius morbi, omnis autem putredo aere concluſo et non euentato augetur, non videtur cura regalis aut canonica, ſed emperica. Item putredo et id, quod eſt reſolubile, reſoluitur et *per fauces ſublimatur*, groſſum autem humorem colloſum in lapideitatem ponit. Quare poſt non erit ſpes curae, vnde in iuncturis ex parte frigiditatis argenti viui, ſi qua eſt contractio aut petrificatio facta, de cetero non poteſt mollificari aut reſolui. Praeterea argentum viuum a tota ſubſtantia ſuà contrariatur homini et omni rei vitae. — Non igitur ipſo vtendum, etiam quantumcunque elongetur a principalibus. Deſcripſi et collegi nonnulla *de malitia argenti viui.* —

Si cura eſt canonica, vngere cum argento viuo. — *Argentum* autem *viuum vngitur aliquando per totum corpus, aliquando in iuncturis omnibus.* — Et quomodo regibus et principibus mortuis infundimus argentum viuum ad nares, ne defluat cerebrum? Vide, quantae ſit actiuitatis, vt etiam in mortuis vires ſuas oſtentet? —

Sed quia mihi cum medicis eſt oratio, interrogo vos practicos, in lapſu anomalum complexionum, vbi concluſa eſt materia aliqua, non euentata, cum, vt ſolet accidere, accidentalis calor moleſtat patientem, licet *morbus ſit ex chronicis et frigidis, vt in morbo Franciae*, tu morbo et ſyntomato vis obuiare vno remedio, ordinas inciſiua, ſubtiliatiua, ordinas in eodem infrigidantia ad refrenandum. —

Valde multa *p*) denique excogitantur vſque hodie, nunquam ab anterioribus inuenta, *quemadmodum quis in Roma excogitauit ſanare per os acrocordines et formicas.* —

XXXV.

ANGELVS BOLOGNINVS *q*).

De vnguentis mercurialibus r).

Poſitis nonnullis vnguentis et ceratis, quae membris appropriantur, hoc in loco tractandum erit *de vnguentis et ceratis, quae vlceribus appropriata ſunt*, et maxime *cuidam aegritudini vlceroſae mali modi*, cui applicatis vnguentis, quae aliis vlceribus applicari ſolent, potius compertum eſt nocumentum, quam iuuamentum.

Cuius tam abſurdae diuerſitatis dubius, et multo tempore in eius conſideratione anxius commorans, tandem experimento, ratione comprobato, viſum eſt per me et alios quam plures, *iam dictae aegritudinis curam fieri applicatione medicaminum, corpus a ſuperfluitatibus indeſinenter mundantium, neglectis iam dictis localibus et aliis.*

Qua de re non erit erroneum dicere, et ſine haeſitatione credere, *hanc aegritudinem a materia antecedente et forti, et continue eam fouente dependere*, cuius cura, vt habitum eſt, erit *euacuatio illi debita et proportionata.* Quae vero ea ſit in his et aliis, in hac parte incidentaliter dicendis, conſidera. Et primo, quod *euacuationum*, per medicos ſeniores et iuniores adinuentarum, aliae fiunt aſſumtione ſolutiui aſſumti per os in forma pilulari, confectionis, electuarii, pulueris vel ſub alia forma, nonnullae linitione iliorum et ventris inferioris cum vnguento arthanite vel laxatiuo, certa linitione extremitatum. Quaedam vero fiunt aſſumtione ſolutiui aſſumti per os, et ſimiliter linitione ventris. Quae *per os*, de quibus ſermociandum eſt, educunt ſolummodo humorem, ad quem conuertuntur, pro eo tempore, quo ſit retenta et digeſta medicina ſolutiua in corpore, cuius digeſtionis terminus communiter eſt circa horas octo, in quo tempore interdum educuntur omnes humores fere peccantes, licet raro, interdum eorum pars, educendo eos per ſeceſſum, et non regione alia. Quae euacuatio mea ſententia in vno videtur diminuta, in alio erronea. Diminuta, quia non educit continue et ſucceſſiue ſuperfluitates, donec corpus redditur mundum. Poſito enim interuallo, vt res exigit, inter aſſumtionem vnius medicinae ſolutiuae et aliam, in tempore autem intermedio fiet reaggregatio (dico in hac magna cauſſa) tantae humiditatis in tempore, quantae facta fuit euacuatio per priorem medicinam, et forte plus. Praeterea non educit pluralitate regionum, ſed tantum vnica. Pluribus enim humoribus peccantibus variae ſubſtantiae et degentis in loco longinquo, et forte rebelli a via ſeceſſus, non fiet eorum debita et appropriata euacuatio. Vnica regione, quia per ſeceſſum. Erronea, quoniam non inueniendo humorem, ad quem conuertitur, et in quem eſt proprium agere, educit humiditates radicales, et illas eliquat et diſſoluit, et

l) Cap. 7. p. 39.

m) Cap. 11. p. 63.

n) P. II. cap. 3. p. 80.

o) P. II. c. 15. p. 108.

p) Cap. 16. p. 117.

q) Morbi Gallici Curandi Ratio Exquitissima, *à variis, iisdemq; peritiſſimis medicis conſcripta: nempe* Petro *Andrea Mattheolo Senenſi.* Ioanne *Almenar Hiſpano.* Nicolao *Maſſa Veneto.* Nicolao Poll *Caeſareae Maieſt. phyſico.* Benedicto *de Victoriis, Fauentino.* His Acceſſit Angeli *Bolognini de vlcerum exteriorum medela opuſculum perquam vtile.* Eiusdem, *De vnguentis ad cuiuſuis generis maligna vlcera conficiendis lucubratio. Cum Indice rerum omnium quae in curationem cadere poſſunt copioſiſſimo. Baſileae, apud Ioan. Beb. D. M. XXXVI.* 4 299. pagg. Legitur omnis liber in prima et altera collectione integer, ſimiliterque in Conr. Gesneri *Script. de Chirurg. Tigur.* 1555. p. 207. ſeq. omittitur in poſteriori editione. Nos cum reliqua ad morbum noſtrum non pertinent, tantum hanc *de vnguentis mercurialibus* particulam litteris mandandam curauimus. Fuit clarus chirurgiae profeſſor Bononienſis a. 1507. ſtrenuus Ebn Sinae amicus, vnguenti Neapolitani laudator.

r) *De Vnguent. Lib.* c. 6. p. 287. et ap. Gesner l. c. p. 220. b.

ſic eſt cauſſa magni terroris et multarum aegritudinum, ſenii et mortis intempeſtiuae.

Et in actu euacuandi ſaepe accidit, quod mouet humores, et illos non euacuat, et ſi euacuat, laborioſe euacuat, aut euacuat plus, quam oportet. Et facta euacuatione, accidit interdum febris, dolor capitis, vertigo, debilitatio viſus, debilitatio ſtomachi, ſitis, ſingultus, dolor ſtomachi, dyſenteria, egeſtio ſanguinea, tineſmos, laſſitudo et debilitatio corporis. De quorum accidentium ſuperuentu nullus admiretur, cum medicina, qua fit talis euacuationis modus, malignitate et venenoſitate participet, quia forte aliter non educeret. Non igitur mirum, ſi tranſeundo per os et membra nobilia praefata accidentia ſubſequantur.

Quae autem fiunt *linitione extremitatum*, educent ſuperfluitates peccantes tantummodo et aegritudinem fouentes, ſiue ſint a, ſiue b, educendo eas continue et ſucceſſiue, die noctuque, donec corpus redditur mundum vnica regione ſiue pluribus, quibus habilius et commodius tales ſuperfluitates euacuari poſſunt. Et quamuis hi praenominati effectus et operationes, ex tali modo euacuandi conſequens, reuera digna ſint non minima admiratione, ea propter, vt admirantium animus ſedeat, erit innoteſcendum, hos effectus et operationes non fieri vi medicinae educentis illum humorem peccantem, ſed vi virtutis expulſiuae membrorum principalium, expergefactae et irritatae a qualitate linimenti ad expellendum nocitiua ſuperflua, ac ſi iraſcens incitaretur, vt furiat: Opus enim naturae prae aliis rationabilibus validius et incolumius. Item innoteſcendum ſecundo, quod non raro accidit virtute exſiccatiua linimenti, quo fit praenominatus euacuandi modus, conſolidatio viſcerum iam dictorum fieri abſque vllo ſigno ſenſibili euacuationis. Et non ab re. Exſiccatis enim extremis partibus, exſiccatur totum corpus, ſicuti, infrigidatis extremis partibus, omnes totius corporis partes infrigidantur.

Accidentibus vero timoroſis ex hac linitione ſiue euacuatione apparentibus, illis ſuccurrendum erit de facili, et hoc per remotionem cauſſae extrinſecus applicatae, quod non fieri contingit in euacuatione facta vi medicinae aſſumtae per os. Et ſi quis mordaci dente *de vlceribus in ore euenientibus ex linitione* praefata talem modum euacuandi accuſauerit, taceat maiorum ſuorum documentis, dicentium, in cura ſcabiei antiquae et vlceroſae dyſenteriam prouocari, ſimiliter in cura ſcrophularum inteſtinorum excoriatione apoſtema ſcrophuloſum curari, in paſſionibus oculorum poſteriorem partem colli ignitam acu et ſetone perforari, *in magnis cauſſis, vt in lepra, venena intrinſecus exhiberi, quod maius eſt. Quam mirae et excellentis virtutis exiſtat in praefata aegritudine euacuationis modus, linitione extremitatum adminiſtratus*, vere

Non mihi, ſi linguae centum ſint oraque centum
Ferrea vox,

ſufficienter enarrare poſſem. Sed pro poſſe noſtro debili haec pauca de eius virtute et operatione ſatis dicta ſint, hoc vno non omiſſo, quod tuum erit *ex praefatis euacuandi modis vnum in hac dura et ſaeua, et vltima aegritudine, quod magis concedens videatur, eligere, et illum in infirmorum languentium ſubſidium afferre.*

Deueniens modo ad linitionis modum, dicatur, quod primo *praeparentur loca, in quibus fieri habeat talis illinitio*, tali praeparatione, quod fiat habilior virtutis linimenti impreſſio, et conſequenter effectus exoptatus facilior, videlicet *fomentando manus et pedes, manus a cubitis et ſupra cubitos per quatuor digitos vſque ad palmam manus, pedes a genibus et ſupra genua per quatuor digitos vſque ad plantam pedis* decoctione hac, videlicet, ℞. calamenti, origani, menthae, rutae, marrubii, foliorum lauri, ſcabioſae, lapatii acuti, foeniculi ãã manip. j. bulliant haec in ſufficienti quantitate aquae vſque ad conſumtionem tertiae partis, et ſtuffentur membra praedicta omni ſero circa cauſſam horae melancholiae vergentem verſus horam phlegmatis, quum *in tali aegritudine multum praedominetur phlegma, humori melancholico admixtum*: Quod perſuaderi poteſt *ex dolore et anguſtia* infeſtantibus et ſe mouentibus hora motus humorum peccantium. Nam *patientes talem diſpoſitionem aegritudinis incipiunt moleſtam a doloribus et anguſtiis* circa caſum horae melancholiae, continuando per totam horam phlegmatis, quia incipiunt moleſtari a vigeſima ſiue vigeſima ſecunda hora, perdurando per totam noctem, quae ſunt horae praedictorum humorum.

His locis praeparatis ad ſuſcipiendas virtutes linimenti, ſubſequenter ea pannis lineis calidis abſtergantur, et dei nutu *inungat infirmus per ſemet ipſum loca fomentata, eo in loco calido ſedente*, vt puta *inter duos ignes, vnguento in extremitatibus digitorum tepefacto*, de quo infra. Iniunctis his partibus, *faſcientur loca illa cum faſcia calida, ſupra poſita prius ſtuppa cannabina, continueturque talis faſciatio, donec continuatur talis inunctio, et continuetur talis inunctio vſque ad diem quartam ſiue quintam incluſiue*, et forte plus, *donec dentes dolere inceperint*, ſiue phlegmata per gingiuas notabiliter diſſolui, ſiue ſuperfluitates peccantes alia regione ſenſibiliter ſeu inſenſibiliter euacuari, et *tunc a tali linitione deſiſtendum erit. His* autem *apparentibus, abſtergantur et mundentur loca inuncta* a tali linimento cum panno lineo rudi et nouo, *cauendo infirmum* ſummopere a principio linitionis vſque ad finem curae *a frigore*, ita, quod non egrediatur domum, donec ceſſabit fluxus phlegmatis et aliarum ſuperfluitatum euacuatio. Et ne praenominatus euacuandi modus in aliquibus caſibus videatur fallax et mendoſus, erit attendendum, quod, *forti aegritudine apparente*, et medicamini tuo reſiſtente, virtute exiſtente robuſta ſatis, *non eſt abſurdum totum corpus ſtuffari, et linitionem noſtram vſque ad humeros et ilia forte et dorſum terminari*, ſubſequenter *infirmum pannis calidis inuolutum in molli lecto collocari, et cum ſacculis calefacti ordei circumdari.* Et e contra *virtute debili exiſtente, et aegritudine infeſtante, ab his* iam dictis *euacuandi modis erit deſiſtendum, et a leuioribus pro eius cura procedendum*, ſeu *localibus appropriatis*, de quibus infra, *palliandum*. Quare aequaliter librando fortitudinem virtutis et aegritudinis, et liniendi modum inter ſe, interdum tui honore, linimenti venerationis conſeruatione, infirmi vtilitate, non erit inutile.

Et ſi quaeratur, quaenam *poſt talem inunctionem diaeta* competat, vtrum ſubtilis et tenuis, an groſſa, reſpondeo mea ſententia, vt ſupra dictum eſt, cum effectus et operationes, ex linitione iſta conſequentes, non fiant vi medicinae educentis illum humorem peccantem, ſed vi virtutis expulſiuae membrorum expergefactae et irritatae ad expellendum nocitiua, a qualitate talis linitionis, ideo omni poſſe oportet naturam totius confortare et conſeruare, vt confortata et vigorata fiat potentior in expellendo nocitiua ſuperflua, et cum a re nulla praeſtantius et velocius virtus confortetur, quam a bono et laudabili cibo et potu. Quare in caſu erit aeger cibandus cibariis generatiuis boni, laudabilis et non putreſcibilis chymi, vti carne gallinarum, caponum, pullarum iuuenum hoedi lactantis, caſtrati iuuenis, perdicum, faſianorum, auicularum cum roſtro ſubtili, ouis gallinarum coctis, praeterquam elixis et frixis. Item *potus* eius ſit *vinum* ſuauius, quod haberi poteſt ſine admixtione aquae. Tale autem vinum eſt naturae amiciſſimum, et maxime vinum album, ſubtile, aromaticum et ad bibendum ſuaue, et eſt de eo, de quo ſanguis et ſpiritus quaſi nullo medio generatur.

Ad pleniorem doctrinam *euacuationis, linitione extremitatum ſuccedentis*, cum incidentaliter in ſuperioribus tactum ſit *de eius accidentibus*, vnicuique intellectui pauorem inferentibus, et ſimiliter *de eorum cura* per remotionem cauſſae, extrinſecus applicatae, erunt haec conſideranda, videlicet, *quae et quot ſint talia accidentia*, deinde *cum quibus* et *qualibus ea curanda ſunt.*

Accidentia connumerantur haec, videlicet, dentium et gingiuarum dolor, gutturis aſperitas et inflammatio, phlegmatis ex gingiuis ſuperflua euacuatio, fluxus phlegmatis ex gingiuis, ante tempus reſtrictio, phlegmatis non in ſuo tempore a gingiuis expulſio, maſticationis cibi difficultas, virtutis debilitatio, ventris conſtipatio, coloris faciei mortificatio. *Primum* igitur *accidens* curetur cum ſucco abſinthii et albo oui ſimul mixtis, ex quibus partes inunctae inungantur, cureturque ex lacte ouillo tepido ipſum os colluendo. *Secundum accidens* cum melle roſato, melle ſimplici, aqua ordei, aqua lactis, *Tertium accidens*

accidens caſtigetur cum bolo armenae diſſoluto cum ſucco lanceolae, et ex iſto compoſito colluatur os, et eo inungantur loca inuncta prius, ſiue teneat in ore frigidam aquam ſeu ſuccum ſolatri, et ſic fiet reſtrictio fluxus. *Quartum accidens* cum maſticatione ſtaphidis agriae ſiue thapſiae, hoc eſt, piperinae. *Quintum* vero *accidens* corrigatur cum fomentatione partium, quae prius fuerunt inunctae, ex rore marino, ſaluia, bullitis in aqua. *Sextum accidens* cum diaeta ſorbili ex bono brodio contuſo, deſtillato, quibus ſi admiſceantur cordialia, non erit inutile. *Septimum accidens* deſtruatur cum ſaccharo roſato, bugloſſato, boraginato, cibis bonis et cordialibus, epithematibus cordialibus, electuariis cordialibus, et potibus cordialibus. *Octauum* vero *accidens* cum clyſtere communi ſeu ex brodio pulli cum ſaccharo et vitellis ouorum et ſale, et vtatur ſaccharo violato, dum adeſt ventris conſtipatio cum virtutis debilitate. *Nonum accidens* annihiletur cum gummi arabico, axungia vrſi, oleo roſato, ana, et miſce totum cum pauco balſami, et inungantur manus, facies et tempora, et tunc reddetur color naturalis et pulcher. Et haec breuiter *de cura accidentium* dicta ſint.

Interroganti vero *cauſſam*, vnde eſt, *quod ex praefato liniendi modo fit ſecundum plurimum ſuperfluitatum euacuatio per ſputum, licet interdum per ſeceſſum, ſudorem* et *vrinae fluxum*, dicatur, quod, exiſtente non raro materia huius aegritudinis a praedominio phlegmatis, natura ſagax regionem euacuationi phlegmatis, et maxime a capite deſcendentis, et ſimiliter humoris curſu phlegmatis expulſi, ſi quis fuerit, hanc non rebellem, videlicet *per ſputum*, imo *ſibi ſolitam et familiarem* experta eſt. Siue dicatur, linitionem praedictam ſui proprietate occulta dentibus et gingiuis nocere, et ea debilitare. Qua parte debilitata, fit in ea aggregatio *ſuperfluitatum, aegritudinem apoſtematoſam conſtituentium*, partim per viam defluxus, partim per viam congeſtionis. Cuius aegritudinis apoſtemoſae materia coniuncta in aliquibus calore naturali, calore extraneo praedominante, ſuppuratur, in nonnullis calore extraneo calori proprio praedominante corrumpitur, et ſic, quicquid ab ea corruptione tangitur, ſimiliter corrumpitur. Quare, facta in eo loco ſolutione, continui et porta ex exitura ſiue putrefactione, debilitate adhuc precedente, vt res exigit, fit inde per ſputum ratione hac ſuperfluitatum expulſio, et ſic earum euacuatio. Miror etenim in caſu, ſi ita eſt, ex hac ſolutione vlceroſa phlegma non alteratum euacuari, aſſignata interroganti hac cauſſa.

Nunc autem deſcribenda erit ea *linimenti* ex intenſione noſtra conſolati *deſcriptio*, quo, inunctis extremitatibus, eſt omnium membrorum principalium corroboratiuum, membrorumque illis deſeruientium confortatiuum, nec non membrorum, quibus applicatur, vigoratiuum, ſpiritus et animae dilatatiuum, cunctarum virtutum, ſed expulſiuae maxime, omnium membrorum ad expellendum nocitiua incitatiuum, ſuperfluitatum peccantium continue et ſucceſſiue, die noctuque, donec corpus redditur mundum, vnica regione ſiue pluribus eductiuum.

Rec. laridi pulchri non rancidi gladio minutim raſcati vnc. viij. gariofilorum, benzuin, ãã drach. ij. cinamomi, nucis muſcatae, ſtoracis calamitae, ãã drach. iß. corticum citri, croci, ãã drach. ij. corticum paradiſi drach. iiij. euforbii ſcrup. iiij. aquae roſ. vnc. vj. cerae albae minutim inciſae, ſed tempore aeſtatis, vnc. ß. lauetur lardo in aqua ſcabioſae duabus vicibus, continue abiiciendo aquam, deinde lauetur tribus vicibus cum aqua roſarum optima, eodem modo, quo lotus fuit in aqua ſcabioſae, continue illam aquam abiiciendo, poſtea gariofili et alia ſupra ſcripta bene puluerizata cum lardone in aqua roſarum infundantur per diem naturalem, poſtremo in vaſe duplici bulliant, vt puta per balneum Mariae, obturato bene orificio vaſis vſque ad conſumtionem aquae roſarum per horam, vltimo per petiam lini ſubtilis colentur, et infrigidari permittantur. Deinde adde ſibi de mercurio terreſtri, quantum infra deſcribitur, in mortario ligneo ducto adeo, vt minima pars mercurii tangat minimam partem ſupraſcripti vnguenti.

Praeparetur mercurius hoc modo. Rec. mercurii terreſtris vnc. iij. mercurii ſublimati drach. ij. ſucci citrangulorum vnc. ß. fellis tauri, ſaliuae ieiuni hominis q. ſ. ſubtilietur aliqualiter mercurius cum ſputo, deinde ponatur mercurius ſublimatus in mortario, diligentiſſimeque conteratur, addendo de ſucco citranguli et aliis ſupra ſcriptis. Rec. laridi ex intentione noſtra praeparati vnc. vj. mercurii terreſtris in naturam caelicolae conuerſi vnc. iij. miſce, et fiat vnguentum in mortario lapideo ſiue ligneo per diem integram conterendo, ita, quod minima pars vnius ſimplicis contingat minimam partem alterius.

Forma vna vnguenti mercurialis ſubſtantiae, tenentis medium inter molle et durum, quod per me *cerotum mercuriale* denominatur, cuius officium et operatio erit membrum, cui applicatur, permaxime vigorare, et cunctas virtutes, principaliter membri laeſi, et ſecundario membrorum, quibus tale membrum alligatur, irritare digeſtiuam et expulſiuam prae ceteris. Quod vnguentum adminiſtrandum erit hora prima, qua ad infirmum perueneris, extenſum ſuper petia vna capacitatis magnae, ita, quod comprehendat notabiliter de parte ſana membri vlcerati, ipſum vlcus ambiente, repleto vlcere prius *lichiniis*, *faldellis* emplaſtratis vnguento, de quo infra, quod continuandum erit, donec locus penitus conſolidatus fuerit. Cuius deſcriptio talis eſt. Rec. linimenti ſupra ſcripti vnc. iij. mercurii caelicolae vnc. ij. cerae vnc. iiß. terebinthinae vnc. ß. Alteratur linimentum ſupraſcriptum cum mercurio caelicola in mortario ligneo cum piſtillo ſuo, eodem modo, quo ſupra, deinde, diſſolutis inſimul cera et terebinthina in *cazola* ad ignem lentum, et ab igne depoſitis et quaſi infrigidatis, detur linimentum mercurio ſupra ſcripto admixtum, illius infundendo partem poſt partem.

Forma vna *vnguenti mercurialis*, *quo lichinia et faldellae emplaſtrentur*, cuius officium et operatio erit vlcus a ſuis propriis ſuperfluitatibus emundare, et ſubſequenter non primaria ſui intentione, ſed ſecundaria carnem generare. Recipe laridi ex intentione noſtra primaria praeparati vnc. vj. mercurii terreſtris vnc. iij. aluminis rochini vſti drach. vj. corticum thuris puluerizati drach. iij. miſce. Sint iſta connumerata ſatis de vnguentis et cerotis, quae vlceribus appropriata ſunt.

Et licet quam plurima dicta, incidentaliter tamen, in *de vnguentis mercurialibus* viſa ſunt, verum id non abſque ratione factum arbitrandum eſt, cum nonnulli, ad pauca reſpicientes, aſſerant, *curationem veram et ratione comprobatam* iam dictorum *malignorum vlcerum vnguentis mercurialibus minime fieri poſſe, nec ea vnguenta in humano corpore canonice adminiſtrari debere.* Qua de re vt praefata et alia clarius elucidentur,

Quaerendum erit et primo, *vtrum vnguenta mercurialia pro curanda diſpoſitione iam dicta et aliis in humano corpore adminiſtrari habeant?* Pro quo dicendum, quod ſic, cum Galenvs, Avicenna, Mesve ceterique talibus vſi fuerint, indiesque communis medicorum coetus *vtatur* etiam, et hoc inunctis pulſibus *pro curanda ſcabie.* Et ſi dicatur, quod in compoſitione vnguentorum pro curanda ſcabie mercurius non ingreditur, neque adminiſtratur *in tanta doſi*, quemadmodum adminiſtratur in vnguentis *pro curandis vlceribus praefatis, in quibus doſis mercurii ſatis adaucta eſt*, dicendum, quod ſicut *non eſt proportio aequalis inter ſcabiem et hanc aegritudinem vlceroſam, cum haec aegritudo ſit ſaeua, et vltima, et mali modi*, ſic non debet eſſe aequalis proportio mercurii in vnguento, quod adminiſtratur ad ſcabiem, et in vnguento, quod adminiſtratur ad iam dictam aegritudinem. *Vltima* quidem ſeu *fortis aegritudo fortibus* ſeu *vltimis indiget adiutoriis pro ſui cura.*

Quaeratur ſecundo, *vnde eſt, quod vnguenta mercurialia curant ſcabiem et praehabitam aegritudinem, inunctis pulſibus tantummodo?* Dicendum, quod irritando ſua qualitate expulſiuam morborum principalium fit talis euacuatio. Inunguntur enim partes valde et ſumme principalibus alligatae, neruis, arteriis et venis magnis mediantibus, ſicuti dicitur de vnguento arthanitae Mesve, quod expulſiuam inteſtinorum ſtimulando et irritando euacuat.

Quaeratur quarto, *vtrum linimento iam dicto quaecunque aegritudo de repletione curari poſſet, cum*

per nos tot et tanta de eius virtute et operatione dicta ſint? Dicendum, quod ſic, dummodo virtus ſit fortis, et aegritudo non acuta, nec cum malis accidentibus in aliquo tempore ſui proximi complicata. Et hoc ideo, cum de facili infirmus in tempore infeſtationis accidentium et in principio paroxyſmorum deficere poſſet, natura a tot et tantis infeſtata. Nonne vnusquisque magis ſe vno inimico notabiliter laedente poteſt ſe defendere, quam a pluribus?

Quaeratur quinto, *vtrum membra principalia ex tali linitione laedantur?* Dicendum, quod non laeduntur laeſione, quae non corrigi ac rectificari poſſit, cum cauſſa poſſit abſcindi et remoueri, quia ſe tenens ab extrinſeco, nec non cum poſſint applicari per intus et extra principalia membra vigorantia et confortantia. Et adhuc natura a ſuperfluitatibus exonerata non deficit poſtea in neceſſariis, quia maxime in vigoratione principalium. Et ſicuti dictum eſt, remiſſe laeduntur, cum mercurii qualitas ſatis ſit refracta et conſolata, ſi quis diligentiſſime compoſitionem noſtram inſpexerit, vti dicitur de ſcamonia in electuario ſucci roſarum coloquintida, helleboro, agarico, turbit et in aliis.

Quaeratur ſexto, *vtrum tale medicamen venenoſitate participet?* Dicendum, quod ſic, refracta tamen.

Quaeratur ſeptimo, *vnde eſt, quod a talibus vlcerationibus abſoluti poſt aliquod tempus, vt puta per annum, de nouo in vlcerationes incurrunt?* Dicendum, quod, non obſeruato debito regimine in ſex rebus non naturalibus multiplicatisque ſuperfluitatibus, et *ſuperueniente iterum cauſſa ab extrinſeco, tales iterum in vlcerationes incurrunt*, ſicuti accidit in aliis aegritudinibus particularibus, vt pleureſi, et vniuerſalibus, vt febre. *Cognitum* enim *eſt experimento, talem morbum eſſe contagioſum.*

Quaeratur octauo, *vnde eſt, quod in aliquibus caſibus curatio redditur mendoſa? Nam illa vlcera videntur quaſi exſiccari, et in breui tempore reſcindi.* Dicendum, quod contingit ex iis videlicet, quod non facta fuerit euacuatio completa et ſufficiens, ſed incompleta et diminuta, quia diminute facta fuit illinitio, ſeu quod forte infirmus expoſuit ſe frigido aeri in tempore euacuationis, vnde materiae antecedentes, obturatis poroſitatibus et conſtipatis, non potuerunt exhalare et exſpirare; Quare delegatae ad locum debilem fuerunt *cauſſa recidiuae.*

Quaeratur nono, *vtrum inueniantur alia medicamina, ſimilem qualitatem habentia, ita, quod ex eorum approximatione ad membra inducant talem euacuationem?* Dicendum, quod ſic, non tamen a natura praefati medicaminis denudata valde, vt ſuffumigia. Quaedam enim adminiſtratio vſitata culpari poterit. Et cauſſam conſidera, pertranſit ſiquidem ſutiliata ſubſtantia ingredientium ſuffumigii compoſitionem, immediate ſuper principalia et eis deſeruientia.

Quaeratur decimo, *vtrum vnguentis mercurialibus eo modo, quo dicitur, vtendum ſit? Conſtitutum enim eſt, quod nullo modo talia vnguenta ſuper principalibus applicanda ſint, et cum irritando naturam membrorum principalium irritatio talis non poſſit fieri, niſi virtus ipſius cadat ſuper principalia, igitur non eis eo modo vtendum eſt.* Dicendum, quod ſi cadant, ſuper membra principalia, remiſſe tamen cadunt, extremis partibus inunctis, et ſic virtus eorum ad principalia remiſſe accedit.

Quaeratur vndecimo, *vtrum ſit euacuandum repente et multum, quemadmodum faciunt vnguenta mercurialia, vt quam plures verbo vno aſſeruere? Talis enim euacuatio fallax eſt et naturae inimica, paullatina vero certa et vera.* Dicendum, quod talis euacuatio non eſt repentina, quare non eſt fallax, nec naturae inimica. Fit enim talis euacuatio actione naturae potentiam in materiam habentis, vt ſupponitur, et non medicinae. Si namque fieret actione medicinae, tunc repentina et multa euacuatio eſſet fallax et naturae inimica.

Quaeratur duodecimo, *vtrum huius aegritudinis vlceroſae, et maxime cum dolore vigilia complicatae, negligenda ſeu differenda ſit curatio?* Dicendum, quod non. Nam, dolore infeſtante vigiliaque, et *aegritudine* (vt compertum eſt) *contagioſa exiſtente*, indies totum corpus corrupta, maligna ſeu venenoſa et ad euacuationem inobediente ſuperflua materia inficitur, humores exacuuntur, innaturalis ſiccitas adducitur, et ſic totum corpus diſſolutum et conſumtum redditur.

Haec et quantula, et qualiacunque ſint, pro virili noſtri ingenioli, vt noſtrorum deſideria ſcholaſticorum ſatisfaceremus, edidimus. Quibus ſi haec haud ingrata fore cognouerimus, licet credimus pro iunioribus vtilia, nos ad maiora, caelis fauentibus, accingemur.

XXXVI.

FRANCISCVS GVICCIARDINVS s).

Non pare dopo la narratione dell' altre coſe indegno di memoria, che eſſendo in queſto tempo fatale ad Italia, che le calamità ſue haueſſero origine dalla paſſata de Franceſi, ò almeno a loro fuſſero attribuite, che allhora hebbe principio quell' infermità, ch' ò chiamata da' Franceſi *il mal di Napoli*, fu detta communemente da gl' Italiani *le bolle*, ò *il mal Franceſe*, perche peruenuta in eſſi mentre erano a Napoli, fu da loro nel ritornarſene in Francia, diffuſa per tutta Italia: la quale infermità ò del tutto nuoua, ò incognita inſino a queſta età nel noſtro Emiſperio, ſe non nelle ſue remotiſſime et ultime parti, fu maſſimamente per molt' anni tanto horribile, che come di grauiſſima calamità merita ſe ne faccia mentione: perche ſcoprendoſi, ò con bolle bruttiſſime, lequali ſpeſſe volte diuentauano piaghe incurabili, ò *con dolori intenſiſſimi, nelle giunture, et ne' nerui per tutto'l corpo, ne uſandoſi per i medici ineſperti di tale infermità rimedii appropriati*, ma ſpeſſo direttamente contrarii, et che molto la faceuano inacerbire; *priuò della vita molti huomini di ciaſcun ſeſſo et età, molti diuentati d'aſpetto deformiſſimi reſtarono inutili, et ſottopoſti a cruciati quaſi perpetui:* anzi la maggior parte di coloro, che pareua ſi liberaſſero, ritornauano in breue ſpacio di tempo nella medeſima miſeria, benche dopo il corſo di molt' anni, ò mitigato l' influſſo celeſte, che l'haueua prodotta coſi acerba, ò eſſendoſi per la lunga iſperienza imparati i remedii opportuni a curarla; ſia diuentata molto mena maligna, eſſendoſi anco per ſe ſteſſa traſmutata in piu ſpetie diuerſe dalla prima calamità, della quale certamente gli huomini della noſtra età ſi potrebbono giuſtamente querelare, ſe perueniſſe in eſſi ſenza colpa propria: perche è approuato per conſentimento di tutti quei, c'hanno diligentente oſſeruata la proprieta di queſto male, che o non mai, o molto diſſicilmente peruiene in alcuno, ſe non *per contagione del coito*. Ma è conueniente rimouer queſta ignominia dal nome Franceſſe, perche ſi manifeſtò poi, *che tale infermità era ſtata traportata di Spagna à Napoli*, ne propria di quella natione, ma condotta quiui da quelle Iſole, le quali (come in altro luogo piu opportunamente ſi dirà) *cominciarono per la nauigatione di Chriſtofano Colombo Genoueſe a manifeſtarſi quaſi in queſti anni medeſimi al noſtro Emiſperio;* nellequale Iſole nondimeno queſta male ha prontiſſimo per benignità della Natura il remedio: berche beendo ſolamente del ſugo d'un legno nobiliſſimo per molte doti memorabili, che quiui naſce, faciliſſimamente ſe ne liberano.

XXXVII.

BERLERVS t).

Anno Domini MCCCCXCIIII. iar do zouch der frantzeſiſch kunig *Carolus octauus* mit groſſem Hereſzkraft in Neaples, vnd am erſten Tag des Monats Ianuarii ward die Houbſtatt Neapolis auffgeben. Anno 1495. vnd alſo in XIII. Tagen erobert er dan

gantz

s) *La Hiſtoria d' Italia di M. Franceſco Guicciardini, — diuiſa in venti libri — per Thomaſo Porcacchi — In Vinegia M. D. LXXXIII.* 4. L. II. p. 69. b. Hiſtoriam perduxit inde ab a. 1494. vſque ad a. 1532. Sine ira et partium ſtudio. (1509.) Fuit legati munere miſſus ad *Maximilianum* Imp. Pataui, commorantem et ad *Leonem* X. poſt factam creationem, eaque de re circa hoc tempus videtur memorandus. Cl. *Saxius* (Onomaſt. Litt. p. 109. T. III.) eum a. 1526. demum reponendum putauit.

t) Fuit ille praeco verbi diuini Ruffachii Alſatarum, diſcipulus *Hieronymi Gebwiler*, et ſcripſit a. 1510. *Chronicon.* Diem obiit a. 1550. Vid. plura in Cl. MEVSEL. *Geſchichtforſcher T. VI. p.* 257.

gantz Land Neaples, vnd vertreibt den Neapolitaniſchen Kunig *Alphonſum* mit ſampt ſynem Sun *Ferdinando.* In ſolchem Heereſzzug vnd Leger erhub ſych *ein Krankheit*, die formals kein Menſch nye geſehen hatt, genannt *die böſſen Plattren*, vnd dieweil ſy yren Vrſprung entpfangen hetten vnd genummen in dem Frantzeſichen Volk, wurden ſyn *Franzoſſen* genannt. *Solche ungehörte Krankheit brachten die Lantzknecht auſz diſſem Kryeg yn Thutſchland, vnd kundt dieſſe Krankheit anfänglich kein Menſch heilen, dadurch viel Leut verdurben.* Etlichen *brandt es Löcher yn den Leyp, vnd Naſz vnd Baken hyn weg*, und auch *den Hals*, dadurch etliche *ſpeyſzloſzen ſturben.* Vnd was *dieſſe Krankheit ein Erbſucht*, dardurch vil Menſchen, erſtlich dieſſer Ding vnwiſſen, *befleckt wurden, vnd vorab durch die Weiber.* Vnd was *mancherley Geſchlecht diſſer Plattern.* Etliche wuchſſen an den Menſchen *mit langen Zapffen*, eins gleichs lang *in Form vnd Geſtallt der Seygwarzen*, die andern *mit gelben ruffen, vnd die bäſten warend die.* Sobald ſye an dem Menſchen entſprungen, *ſo viellen ynen Löcher in den Leyp.* Doch zuletſt ward durch die genad Gottes ein Artzney funden, dadurch vil Menſchen geholffen ward. — Mit dieſſer Krankheit vermeintten etliche Menſchen, durch Verhenkung Gottes, hetten die Tuffel geſtrafft den geduldigen *Iob.*

XXXVIII.

LEO AFRICANVS *u*).

Si quis apud barbaros *x*) *eo morbo inficiatur, qui gallicus* vulgo dici ſolet, raro aut nunquam priſtinae redditur ſanitati, quin mors tandem inde conſequatur. *Solet* autem *hic morbus quodam dolore ac tumore primum prorepere, ac tandem in vlcera verti.* Paucis admodum toto Atlante, tota Numidia totaque Libya hoc notum eſt *contagium.* Quod ſi quiſquam fuerit, qui ſe eo infectum ſentiat, mox in Numidiam aut in Nigritarum regionem proficiſcitur, cuius tanta eſt aeris temperies, vt optimae ſanitati reſtitutus inde in patriam redeat: Quod quidem multis accidiſſe ipſe meis vidi oculis, qui, nullo adhibito neque pharmaco, neque medico, praeter ſaluberrimum iam dictum aerem, reualuerant. *Huius mali ne nomen quidem ipſis Africanis ante ea tempora notum fuit, quam Hiſpaniarum rex*, Ferdinandvs, *Iudaeos omnes ex Hiſpania profligaſſet y).* Qui vbi iam in patriam rediiſſent, coeperunt miſeri quidam ac ſceleratiſſimi Aethiopes *cum illorum mulieribus habere commercium*; ac ſic tandem velut *per manus peſtis haec* per totam ſe ſparſit regionem, ita, vt vix ſit familia, quae ab hoc malo remanſit libera. Id autem ſibi veriſſime atque indubitate perſuaſerunt, *ex Hiſpania ad illos tranſmigraſſe;* Quamobrem et illi morbo ab Hiſpania *malum hiſpanicum*, ne nomine deſtitueretur, indiderunt. Tuneti vero, quemadmodum et per totam Italiam, *morbus gallicus* dicitur. Idem nomen illi in Aegypto atque Syria adſcribitur, vnde male imprecantis prouerbium:

Te morbus male perdat gallicus.

Morbi vero *gallici z*) nullam exiſtimo regionem tanto affectam incommodo, et nuſquam tot homines ea infectos lue datur conſpicere. —

XXXVIIII.

PETRVS BEMBVS *a*).

Iamque in vrbe *aduenarum contagione infectioneque ſiderum morbus peratrox initium ceperat is*, qui eſt *gallicus* appellatus, quo, *genitalibus ante omnia vitiatis*, corpus *doloribus* afficiebatur, deinde *puſtulae maculaeque* prodibant cum *in membris* reliquis, tum magnopere *in capite facieque*, ac ſaepe *tumores* et tanquam *tubera*, primum *ſubdura*, poſt etiam *ſanioſa* exoriebantur. Itaque multi diu vexati membrorum prope omnium doloribus, deformatique tuberculis et vlceribus, vt vix agnoſcerentur, miſerabiliter interibant, neque, quorum medicamentorum peſtilentia indigeret noua inſolensque, ſciri poterat. Quamobrem annos complures omnibus in rei publicae municipiis et finibus licenter peruagata, magnum hominum numerum abſumſit, foedauit multo maximam.

XXXX.

PAVLLVS IOVIVS *b*).

Sed eo grauior Gallorum aduentus omnibus eſt viſus, quoniam poſt turbatam quietem etiam *inauditum prioribus ſeculis morbum* nobis importauit, ei hercle perſimilem, qui, Tiberio imperante, *ſub mentagrae nomine* vehementer Romae graſſatus eſt. Is veluti occultiore vi ſiderum caelo demiſſus dira ac admirabili *contagione* ſexum omnem ac aetatem inuadebat. *Venereis* maxime *contactibus* et multo *accubitu vagabatur. A pudendis* idcirco *primum virus erumpebat*, ſaeua *ſerpigine* cuncta paſſim *abrodens.* Inde cetera *membra*, atque ipſa praeſertim *ora, vlceribus ac puſtulis* foedabantur. Irrequieti porro *cruciatus*, ſingulis *artubus* intolerabiles, *exteriora* pariter ac *interiora corporis* vaſtabant. Neque taedio miſerabilis vitae confectis et fruſtra mortem inuocantibus quiſquam mortalium ab arte medica felix remedium tulit. Aliqui tamen *ex argento viuo axungia permiſto triduana inunctione conualuerunt*, ſed vt enormia morbi veſtigia relinquerentur. Alii laborioſo exercitationis genere et parca exquiſitaque victus ratione, cum ſaeuas manus medicorum, alieno periculo remedia quaerentium, effugerent, certiora ſubſidia repererunt. Fuere, qui crederent, *id malum ab nouo orbe, ad occidentem reperto, initium duxiſſe, et ab Iudaeis, ſub id tempus tota Hiſpania pulſis, in Italiam ceteraſque regiones vario eorum errore delatum ſub id tempus, quo* Carolvs *paſſim victor Italiam percucurrit.* Sed *vbi* et *quando coeperit*, diligentiores veſtigabunt, et verius nomen imponent. Conſenſu certe multarum gentium *gallici* cognomen tulit, ita, vt ea natio inquieta et vehemens, quae infeſtis armis felicitati Italiae ſaepius inuidit, et hoc quoque peſtilenti vulnere inflicto ſempiternam nobis odii ſui memoriam reliquiſſe videatur.

XXXXI.

IOANNES DE VIGO *f*).

De apoſtemate virgae g).

Vtplurimum *apoſtemata virgae* a materia calida generari ſolent. Quare in eorum maturatione propter con-

u) Ioannis Leonis *Africani De totius Africae Deſcriptione* Libri IX. *recens in latinam linguam conuerſi Io. Floriano interprete; Tigur. per* Andr. Gesnervm M. D. LIX. 8. Locum hunc primus memorauit *Freind Hiſt. Med.* p. 400. Fuit vero natus Granatenſis, Chriſtianus iterumque Muhamedanus. circa a. 1513. clarus.

x) L. I. 30. p. 56.

y) Idem teſtatur Ge. Fabricivs Hiſt. Rer. Germ. et Saxon. ad a. 1492.

z) L. VIII. 4. p. 450.

a) *Hiſt. Venet. L. III. p.* 113. *Oper. T. I. ed. Baſil.* 1576. Fuit Leoni X. P. M. ab epiſtolis inde ab a. 1513. huc ergo collocandum eius de morbo gallico teſtimonium. Ad manus eſt altera editio: *Della Hiſtoria Vinitiana di M. Pietro Bembo Card. volgarmente ſcritta Libri XII. per Alemanio Fino. In Venetia per Ziletti MDLXX.* 4. *L. III. p.* 38. *a.* Neque immunis ab hac dira contagione fuit Leo Pontifex. v. *Varillas Anecdotes de Florence l. VI.* p. 253.

b) *Hiſt. Sui Tempor. L. IIII. p.* 79. *T. I Lutet.* 1558. Quin et ipſe primae luis teſtis et medicus; poſt epiſcopus Nucerinus, celeberrimus hiſtoricus et philologus; hinc non ſine ratione huc transferendus.

f) *Opera domini Ioãnis de Vigo in chyrurgia. Additur chyrurgia Mariani ſancti Barolitani Ioã. de vigo diſcipuli.* — In fine: *Lugd. excuſa fuere in edibus Iacobi Myt Calcographi impẽſis honeſti viri Iaco. q. Frãciſci de Giunta 2 ſocii Florentini* — 1521. 4. Alia editio prodiit, Lugd. ap. *Anton. Vincentium* 1542. 8. ſed ad verbum repetita. (*Bibl. Ienenſ.*)

Aphrodiſiac.

Natus erat Genuae, inde ab a. 1503. *in Romana curia ad chirurgicum munus deputatus*, Iulii II. Pontif. Max. chirurgus, totus, Arabiſta et materia, et verbis, ſed eius liber ſcriptus a. 1513. etiamnum lectu dignus eſt partim propter peritiam chirurgicam, partim propter curatiorem luis venereae deſcriptionem. Quaecunque hinc inde ſparſa et huc attinentia reperi, cum in *Coll. Luiſ.* omnino deſint, huc collocanda curaui, ne qua in re officio meo defuiſſe perhiberer. Fuit vero *Iulius* II. poſt obitum *Pii* III. a. 1503. electus pontifex maximus, obiit d. 21. Febr. 1513. egregius bellator et ſcortator, hinc multis exoſus. Id quod teſtatur famoſus ille libellus: *Julius. Dialogus uiri cuiuſpiam eruditiſſimi, feſtiuus ſane ac elegans, quomodo Iulius II. P. M. poſt mortem caeli fores pulſando, ab ianitore illo D. Petro intromitti nequiuerit, quanquam dum viueret, ſanctiſſimi, atque adeo ſanctitatis nomine appellatus, totque bellis feliciter geſtis praeclarus, dominum coeli futurum ſe eſſe ſperarit. Interlocutores. Iulius. Genius. D. Petrus. Lector, riſum cohibe. ſ. l. a. et pag. in* 8. Nuper etiam in germanicam linguam eſt verſus. Cuius auctorem alii (v. Tract. *Ieſuitas ſingulares SS. Pontif. Maieſt. tr. t. vindices falſo et fruſtra negare Papam Iohannem VIII. fuiſſe mulierem* 1598. litt. *F.*) *Eraſmum* et *Huttenum*, alii vero (v. *Placcii Syntagm. de Anonym.* p. 42.) ſolum *Eraſmum* nominant. Hic a D. Petro ſic notatur *Iulius: Nam pudet dicere ac piget interim videre, nullam corporis partem non conſpurcatam notis prodigioſae ac abominandae libidinis.* — Et paullo poſt ipſe *Julius: Denique ſcabie quoque, quam gallicam vocant, totus opertus.*

g) L. II. Tract. V. c. 7. Fol. 47. b.

continuum fluxum materierum ad locum et ſtationem venientium caliditatis et loci eiusque exercitium ad feſtinam maturationem cum maxima facilitate perueniunt. Igitur canonibus vniuerſalibus obſeruatis, in principio vtiliſſimum eſt, totam virgam illinire albumine oui cum ſuo vitello conquaſſato cum oleo roſato et parum ſucci plantaginis paululumque lactucae, ſuper pectine ponendo defenſiuum infra ſcriptum. Rec. Olei roſati ℥ij. Cerae albae ʒvj, Boli armeni ℥j. Miſce. Si vero in viam maturationis transactis duobus vel tribus cum antedicta medela tendere videatur, tunc ſic maturetur. Rec. Foliorum maluarum et violarum in aqua decoctarum aa Mji. Deinde expreſſis piſtentur, et in decoctione cum farina ordeacea fiat emplaſtrum ſolidum, addendo olei violati, butyri āā ℥ij. Vitella duorum ouorum, et cum praedicta piſtatura miſce, vtere, quia maturat cum ſedatione doloris. Deinde, apoſtemate maturato, ſecundum longitudinem virgae incidat apoſtema in loco maturiori. Reliquum vero curationis capiendum eſt capite *de cura phlegmonis.* Quare illuc recurre. Si vero apoſtema frigidum fuerit, prout dictum fuit capite *de apoſtematibus frigidis,* pro eius maturatione procedatur, ſimilique modo facta inciſione, pro digeſtione, mundificatione, incarnatione et cicatrizatione, ad praedictum capitulum recurſum habeas.

De puſtula carbunculoſa, quae oriri ſolet inter pellem et praeputium virgae h).

Iſta *puſtula* pro maiori parte *cauſatur in hominibus coitum habentibus cum muliere foeda, habente vuluam vlceratam vlcere putrido vel maligno,* vel quia fuerit nouiter menſtruata. Pro cuius curatione canonibus pluries iam dictis vniuerſalibus obſeruatis, nulla melior curatio eſt, quam protinus locum puſtulatum candenti ferro decoquere cauterio oliuali vel locum eius ſcarificare ſcarificatione profunda in medio eſcarae, vna tamen ſcarificatione, qua vnicum foramen efficiatur. Deinde in praedicto foramine ponatur vnum ex trociſcis de minio vel vngentum aegyptiacum deſcriptione noſtra cum additione arſenici in forma dura confecti, quia iſta duo auxilia praedictam puſtulam mirabiliter interficiunt. Cuius ſignum eſt, quod, eius malignitate interfecta, in circuitu puſtulae circulum cauſari videtur. Deinde pro remotione eſcharae, vt cetera aduſta vlcera, curantur. Vnum tamen non praetermittam, quod albumen oui conquaſſatum cum oleo roſato et ſucco plantaginis vel ſolatri in parua quantitate, et cum eo totam virgam liniendo praeſentaneum remedium eſt. Defenſiuum eſt poſitum in antecedenti capite, ſuper pectine, addita pecia madefacta aceto et aqua roſata in defenſione materierum ad locum venientium opitulatur. Et quia ſolent, vt plerumque vidimus, *ad hanc puſtulam ſequi* duo *accidentia* valde timoroſa et taedioſae curationis, velut *fluxus ſanguinis validus corruptioque ligamenti virgae,* ita, quod eius *corruptio ambulando tranſitum facit vsque ad pectinem,* adeo, quod multotiens pro eius remotione in hac cura coactus fui *incidere virgam,* inciſione longitudinali vſque ad praenominatum locum et deinde *actuali cauterio* praedictum ligamentum putridum amputaui, et iſto modo, deo dante, ſemper de humoris caſu honorem et vtilitatem conſecutus fui. Similique modo etiam pro curatione ſanguinis praedicti, quando per multa ingenia habenda capitulo *de cura fluxus ſanguinis* ipſum reſtringere non poteris, neceſſarium erit pellem incidere vſque ad locum emoroſagiae ſanguinis. Et licet operatio iſta pro ſanitate introducenda ſit ſatis deturpis in homine et difficilis, tamen, vt habetur a GALENO *IX. et X. Therapeutice,* aegritudo, quae non habet praeter vnam viam ad ſalutem, licet difficilis atque ardua ſit, cuilibet aegrotanti, velit nolitque, opus, quod per illam tranſeat, et etiam in omnibus caſibus. Quo facto, condecenti medela ſuper vena poſita procedendum eſt. Verum ſi praedicta emoroſagia ſanguinis fuerit cauſata ab aliqua putrefactione, tunc incarnatiua non conuenirent, immo neceſſarium eſt, locum putridum mundificare, aut cum vnguento aegyptiaco deſcriptione noſtra, aut igne, aut puluere noſtro carnis malae remotiuo. Et ſi non fuerit ſufficiens pro eius mundificatione, trociſcum de minio in parua quantitate poſitum maximam praerogatiuam habet in iſto caſu. Verum ſi praedicta emoroſagia videatur cauſari, non quia locus putridus et immundus ſit, ſed quia forte, remota eſchara, puſtulae medela condecenti applicatione et ſtrictura propter locum ineptum applicari non poteſt, tunc dico, quod iſto modo incarnatiua ſummopere conuenirent, quorum exempli gratia talis poteſt eſſe ordinatio. Rec. Aloes epatici, thuris, ſarcocole ana ʒij. Terrae ſigillatae, boli armeni, litargirii aurei et argentei ana ℈ij. Mirrhae ℈j. Pili leporis minutiſſime inciſi ʒjβ. Farinae violati *i)* farinae fabarum, farinae lentium, farinae ordei ana ʒij. Miſce et deſuper puluerizetur, et cum albumine oui conquaſſato cum ſufficienti quantitate humoris pulueris licinia cum eo illinita deſuper faſcientur. Sanguine ſuppreſſo ſiue reſtricto, locus iterum purificetur cum mundificatiuo de apio, cuius talis eſt ordinatio. Rec. Terebenth. clarae ʒx. Mellis roſati colati, ſyrupi roſarum ex infuſione ana ʒvj. Succi apii, ſucci plantaginis ana ʒij. Bulliant ſimul parum, deinde addantur farinae ordei bene cribellatae ʒvj. omnibus prius colatis ſarcocoll. ʒj. Croci ℈j. Facta mundificatione loci pro eius incarnatione, ſi in praedicto mundificatiuo addantur thuris ʒj. Aloes ʒij. Myrrhae ℈j. erit ſufficiens medela. Pro eius denique cicatrizatione cum infraſcripto puluere procedendum eſt. Rec. Litargirii aurei et argentei ana ʒj. Tuciae ʒβ. Boli armeni, terrae ſigillatae ana ʒjβ. Mirobalani citrini, aluminis rochae combuſti ana ℈ij. Miſce et vtere, quia pro hac intentione mirabilis eſt operationis.

Solet inſuper vltra praedicta duo ſigna ad hanc puſtulam magna ſequi *inflammatio inter caput virgae et eius pellem, in tantum, quod in circuitu puſtulae materia retinetur venenoſa, quae venenoſitate ſua pellem tangendo ipſam corrumpit et penetrat vſque ad partem exteriorem, ita, quod caput virgae extra foramen praedictum exire videtur.* Quare in eius curatione neceſſarium eſt totam pellem circulariter amputare, deinde ſi qua corruptio cancrenoſa remanſerit, candenti ferro ipſam decoquere vtiliſſimum erit, aut loco eius vnguento aegyptiaco illinire, reliquum vero inciſionis pellis digeſtiuo de vitellis ouorum cum oleo roſarum aut therebenthinae procedendum eſt, deinde mundificatione loci et ceteris aliis intentionibus, prout dictum fuit ſuperius, procedendum eſt.

De calefactione et carolis, qui ſolent euenire iuuenibus inter pellem et praeputium virgae k).

Diſpoſitiones iſtae pro maiori parte et *propter coitum calidae mulieris et nouiter menſtruatae,* vt ſuperius dictum fuit, *ſolent accidere.* Quamobrem pro earum remotione paucioribus verbis pertranſeam. In primis intus per tres vel quatuor dies procedant cum iſto linimento. Rec. Olei roſarum ℥ij. Succi plantaginis ʒvj. Litargirii aurei et argentei āā ʒv. Tuciae ʒiij. Ceruſſae ʒij. Plumbi vſti ʒj. De omnibus ſecundum artem fiat linimentum in mortario plumbi, cum quo locus liniatur. Verum ſi caroli via iſta extingui non poſſint, tunc mortificentur cum puluere noſtro carnis malae remotiuo, aut vnguento mixto. Deinde cum praedicto vnguento procedatur, aut cum vnguento de minio ſiue gummis, *l*), locum ſemper lauando cum infra ſcripta aqua. Rec. Aquae plantaginis, aquae roſatae āā ʒij. Sief albi ſine opio ʒij. Miſce, et fiat colirium, et vtere, quia eſt mirabile. Linimentum etiam confectum in antecedenti capitulo *de albumine oui,* oleo roſato et ſuccis praeſentaneum remedium eſt ſuper totum virgam cum petiis adminiſtratum. —

De Saphati m).

Saphati eſt de genere botoris et paruarum *puſtularum, naſcens ſuper fronte, collo et facie, et praeſertim circa naſum* cum multitudine puſtularum, faciens eminentiam paruam et carnoſam, in ſummitate tamen eſt cum aliqua aſperitate et cruſta, ad modum ſquamae piſcis. Et haec *n)* paſſio ſaepiſſime manifeſtatur in lepra. Ideo dicunt doctores ipſam eſſe principium ad lepram. *Et etiam in morbo gallico paſſio iſta frequentiſſime manifeſtatur.* Vnde cauſae iſtius paſſionis ſemper ſunt humores groſſi cum aduſtione et corporis plenitudine.

Cura

h) Ib. c. 8.
i) Alia ed. leg. *farinae vio. farinae fab.*
k) Ib. c. 9. fol. 48. a.

l) Alia ed. leg. *ſine.*
m) Ib. L. III. Tract. I. c. 6, fol. 90. a.
n) Alia ed. *hec.*

Cura iſtius aegritudinis duplex habet regimen, videlicet vniuerſale et particulare. Vniuerſale autem completur per purgationem vniuerſalem corporis, prout dictum fuit c. *de cancro*, et pro vitae ordinatione, quare pro tua neceſſitate illuc recurre. Applicationem inſuper ſanguiſugarum venis emorroidalibus et ſub auribus in iſto caſu iuuaſſe praecepimus. Flobothomia quoque venae cephalicae et baſilicae conuenientiſſime adminiſtratur. Purgatio ſimiliter infra ſcripta in iſto morbo valde peculiaris ſic fit. Rec. Polipodii quercini ʒß. Foliculorum ſenae, epithimi ana ℈j. Confectionis Amech ʒjß. Diacaptoliconis ʒiij. Anixorum ℈j. Sirupi violarum *o)* ℥iß. Miſce, et capiat patiens in aurora hanc purgationem, quia eſt mirabilis operationis, materiam peccantem, ſcilicet flegma et melancholiam aduſtam, purgando. Regimen autem particulare completur adminiſtratione localium. Igitur facta vniuerſali purgatione liniantur puſtulae linimento infra ſcripto. Rec. Olei laurini ℥ij. Pinguedinis porcinae ℥j. Lithargirii aurei ʒvj. Auripigmenti, aluminis rochae combuſti, calcis lotae ana ʒjß. Argenti viui ʒiijß. Olei roſarum, onfancini ʒx. Cerae albae, quantum ſufficit, et fiat linimentum. Iſtud linimentum vnamquamque *puſtulam* mirabiliter deſiccat, praeſertim *ſcabioſam*. Item ad eandem intentionem valet aqua infra ſcripta. Rec. Sublimati ʒj. Salis gemmae, ſalis armoniaci, aluminis zuccarini ana ʒjß. Aquae roſarum, aquae plantaginis ana ℥iiij. Lixiuii barbitonſoris ℥ij. Bulliant omnia ſimul vſque ad conſummationem tertiae partis, addendo in fine floris aeris absque bullitione, et vtatur cum bombace ſuper puſtulis. Item Rec. Albumina duorum ouorum, aquae roſarum ʒiij. Sublimati ʒß. Miſce diutius cum ſpatula conquaſſando.

Et nota, quod ea, quae in c. *de tinea et allopicia, et gutta roſacia* dicentur, huic curationi poſſunt adminiſtrari. Ideo ſi pro hac curatione indigueris maiori vel minori exſiccatione, ad dictum caput recurre. Similiter diuerſa auxilia reperiuntur vtilia pro iſto morbo in c. *de cura morbi gallici.* —

Sirupus de fumoterrae *p)* eſt ſatis digeſtio vtilis ad vnamquamque materiam groſſam, ſalſam, aduſtam et corruptam. Et propterea facit ad ſcabiem, malum mortuum, ſerpiginem, impetiginem, phlegma ſalſum, lepram, cancrum, herpetem, et *aduerſus morbum gallicum eſt medicina magna*, prout in tractatu *de curatione morbi gallici* dictum eſt.

Sirupus de epithimo valet *aduerſus morbum gallicum*, lepram, cancrum, malum mortuum. —

Pillulae contra morbum gallicum q) ſupremae operationis deſcriptione noſtra valent, praeſertim in corporibus robuſtis, tempore aeſtiuo et morbo exiſtente confirmato, et officium earum eſt flegma ſalſum, choleram aduſtam humoresque ventoſos *a iuncturis et locis remotis* purgare. Idcirco malam ſcabiem mirabiliter curant, et *omnibus cutis infectionibus et vlcerum doloribus* optime medentur, quarum talis eſt ordinatio. Rec. Mirobalanorum omnium ana ʒiij. Trociſcorum colloquintide, maſticis, diagridi ana ʒijß. Nigellae, origani, cimini ana ʒiij. Elebori nigri ʒij. Spicae, euforbii, cornu cerui aduſti, ſalis gemmae ana ʒß. Capillorum veneris, foliculorum ſenae, politrici, galitrici, anthos, ſcolopendriae, epitimi ana ʒiß. Coriandrorum, aniſorum, polipodii quercini ana ʒv. Tiriacae optimae ʒvj. Agarici trociſcati, aloes loti ana ʒx. Specierum ierae de octo rebus ſpecierum diaradonis Abbatis ana ʒviij. Cum ſucco fumiterrae et melle roſato fiat paſta pillularum, et doſis eius eſt ʒj.

Auxilia particularia *r)*, quae faciunt aduerſus *talpam* ſeu *topinariam capitis*, tam *a morbo gallico euenientem cum corruptione oſſis*, quam ex altera quauis cauſſa — Vniuerſalia autem auxilia in regimine vitae et in purgatione materiei antecedentis conſiſtunt, vt infra. Pro regimine vitae vtique videlicet pro ſui comeſtione et potu. Cibaria debent eſſe declinantia ad calidum et ſiccum tam ratione materiei, quam ratione membri vlcerati. — Pro purgatione vero materiei antecedentis in iſto morbo pillulae de hiera cum agarico ſufficere videntur. —

De vlcere virulento, corroſiuo et formicoſo, euenienti in interiori et exteriori parte naſi ſ).

Quoniam *ex morbo gallico confirmato frequentiſſime naſus vlcerari ſolet, praeſertim vlceratione formicoſa et corroſiua*, itaque ſaepe numero pulchritudo naſi ab ipſa vlceratione plurimum deuaſtatur: Quod non ſine maxima animi aegrotantis iactura efficitur. Igitur ſolerti ingeniorum maxima cum diligentia malitiei huius impetuoſi morbi medicus ſubuenire debet. Quamobrem protinus ad actum practicum veniendo dico, quod, prius mundificatis vlceribus cum puluere noſtro pro poſſe ab omni carne immunda et, vt ita dixerim, radiconata, nulla magis probata medicina inuenitur, quam curationem veram morbi gallici confirmati adminiſtrare. De cuius doctrina ſufficienter memini capitulo proprio libri quinti *Copioſae* noſtrae, et capitulo *de additionibus* huius Compendioſae de hac materia vtilem ſermonem fecimus. Quare illuc recurſum habeas in neceſſitate. Verum ſi iſta vlcera ex altera cauſa, quam ex morbo gallico oriri contingat, tunc eorum curatio, ſi virulenta et corroſiua fuerint, per localia auxilia talis erit. —

De auxiliis aegritudinum virgae t).

Et primo *ad calefactionem virgae et inflationem* ipſius valent albumina et vitella ouorum conquaſſata cum oleo roſato et ſucco plantaginis vel lactucae. Valet etiam vnguentum populion in mortario plumbi deductum. Fabae ſimiliter decoctae cum maluis et lactucis in brodio carnis vel aqua dulci cum oleo roſato et vitellis ouorum inflationem virgae reſoluit. Puluis noſter *ad interficiendum carolos virgae* vel loco eius vnguentum mixtum praeſentaneum remedium eſt. Vnguentum aegyptiacum cum vino granatorum confectum cancrenam virgae extinguit. Aqua viridis, vt infra ordinata, vlcerationem, quae euenire ſolet inter pellem et caput virgae, potenter deſiccat, cuius haec eſt ordinatio. Rec. Aquae plantaginis ℔iiij. Aquae roſatae, vini albi ana ℥ij Aluminis rochae ℥v. Sirupi roſati ℥j. Floris aeris ℥ij. Bulliant omnia ſimul, praeter florem aeris, vnica ebullitione, deinde ponatur flos aeris, quando aufertur ab igne. Vnguentum quoque aegyptiacum diſſolutum cum aqua plantaginis et cum ſiringa intus proiectum in cauſa cancrenae magna eſt medicina. Et quia propter cancrenam huiusmodi loci contingit ſaepenumero caput virgae extra pellem exire, ideo in tali caſu nulla melior curatio eſt, quam totam pellem virgae ferro amputare, et deinde candenti ferro cauterizare. Locus poſtmodum cauterizatus, ſicut cetera aduſta vlcera, in ſui curatione tractandus eſt. Vlterius ſi intra praeputium virgae et pellem puſtulam venenoſam oriri contigerit, tunc ſtatim eius mortificationi vacandum eſt, et de melioribus auxiliis ad mortificandum puſtulam praedictam, ne in futurum neruos virgae corrumpere valeat, eſt cauterizatio ignis vel applicatio vnguenti aegyptiaci praedicti, vel loco eius trociſcus de minio accommodate adminiſtrari poteſt. Similiter in virga calefactiones et excoriationes oriri ſolent a materia colerica cauſatae, pro quarum remotione ſieph album cum aqua roſata et plantaginis optimum praeſidium eſt. Vnguentum quoque refrigeratiuum de tutia habitum c. *de additionibus*, ſanat vnamquamque virgae excoriationem et calefactionem. Aqua plantaginis cum modico aluminis vlcerationem virgae potenter deſiccat. Et ſi pro mundificatione vlcerum virgae maior mundificatio neceſſaria affuerit, aqua plantaginis diſſoluta cum modico pulueris noſtri et parum ſirupi roſarum, in mundificatione etiam cum pauco dolore, egregia eſt medicina. *Pro vlcere autem et excoriatione*, quae *in canali vrinae* frequenter euenire ſolent, collirium vna cum aliis aquis et lotionibus commemoratum in antecedenti conſilio huic curationi conuenientiſſime adminiſtratur, ad quod recurre, neceſſitate vrgente. Vnum ſuper hoc notandum eſt, quod ſi vlceratio praefatae vrinae canalis antiqua et cum carne mala affuerit, tunc tribus aut quatuor vicibus cum puluere noſtro diſſoluto cum aqua ordeacea et parum mellis roſati, et deinde cum ſiringa in virga proiecto procedendum eſt, quae in iſto caſu vltima eſt medicina. Deponit enim carnem malam cum exiguo dolore. Deinde

o) Alia ed. *ſirupi vino.*

p) Ib. L. VIII. Antidot. c. 16. fol. 150. a. Idem etiam infra c. 20. de pilulis memorat.

q) Ib. L. VIII. Antidotar. c. 20. fol. 153. b.

r) Ib. Practic. P. II. IL. IV. fol. 21. a.

ſ) Ib. c. 2. fol. 23. b.

t) Ib. L. IV. De Auxil. Fol. 26. a.

inde, confecuta mundificatione loci, cum aliis mitioribus lotionibus ſuperius praeſcriptis procedatur. Auxilia autem, quae tradita ſunt pro maturatione *apoſtematum inguinum*, ſi contigerit *virgam apoſtemari*, in cauſa maturandi pro hac intentione vtiliter a medico adminiſtrantur.

Aqua u) *ad mortificandum carbunculum et ad remouendum verrucam ſeu carnem additam morbi gallici.* Rec. Salis gemmae, vitrioli romani ā̄ā ʒij. Sublimati arſenici ana ʒj. Floris aeris ʒv. Bulliant omnia ſimul, praeter florem aeris, cum ciato vno lixiuii barbitonſoris et ciato medio aquae roſatae vſque ad conſumptionem medietatis, deinde auferantur ab igne, et ponatur flos aeris, et vtere pro intentione iam dicta ex magno ſecreto.

Mundificatiuum carbunculi ex inuentione noſtra ſic fit. Rec. Mellis roſati ℥iij. Sappae ℥j. Terbentinae lib. V. Succi apii, ſucci abſinthii, ſucci ſcabioſae ā̄ā ʒvj. Farinae ordei, farinae tritici ā̄ā ℥ij. Bulliant omnia ſimul vſque ad ſpiſſitudinem, addendo in fine cocturae croci ℈j. Sarcocole ʒiij.

Vnguentum ad mortificandum carbunculum ex inuentione noſtra, et valet aduerſus cancrenam et aſchachillos. Rec. Mellis ℥ij. Aluminis rochae ℥ijß. Salis gemmae ʒij. Sublimati ʒiß. Succi ſcabioſae ʒvj. Floris aeris ʒxiiij. Aceti roſati ℥iijß. Bulliant omnia ſimul baculo agitando vſque ad ſpiſſitudinem ſolidam, et vtere. Ruptorium quoque et trociſcus de minio ſuperius annotata ad hanc intentionem ſummopere valent.

Decoctio x) peculiaris *aduerſus dolores morbi gallici.* Rec. Radicum enulae, radicum ederae ā̄ā ℥iiij. Succi anthos, capillorum veneris, mentaſtri, pulegii, galitrici, politrici, matricariae ā̄ā Mj. Radicum foeniculi, radicum apii ā̄ā ℥ij. Radicum cicoreae ℥iij. Foliculorum ſenae ʒiß. Polipodii quercini, liquiritiae ā̄ā ʒx. Croci gr. iij. Agarici trociſcati ℥iß. Bulliant omnia ſimul cum lib. x. aquae pluuialis et lib. l. mellis optimi, et lib. iß. zucchari vſque ad conſummationem duarum partium ex tribus, et in aurora ſumatur ciatus vnus, et ponatur patiens ad ſudandum pannis optime coopertus.

Cerotum aduerſus morbum gallicum nobiliſſimae operationis, quod ſic fit. Rec. Pinguedinis porcinae, olei roſati ana ℥xj. Pinguedinis caſtrati ℥iijj. Ceruſſae, litargirii auri ana ℥iij. Terebentinae clarae ℥iß. Bulliant lento igne, baculo agitando per duas horas, deinde cum cera alba fiat cerotum ſatis ſolidum; Quo facto, auferatur ab igne, et ducatur cum baculo donec tepidum fuerit, cui addatur argenti viui extincti ſecundum artem ℥vj. Storacis liquidae ʒvj. et iterum ducantur omnia ad inuicem, donec argentum viuum ſit bene incorporatum.

Purgatio, quae mirabilitet valet *ad* auferendos *dolores morbi gallici*, ſumta decoctione ſupra ſcripta xii. diebus continuis in aurora. Rec. Diacatholiconis, caſiae ana ℥ß. Electuarii indi maioris ʒij. Triferae perſicae ʒiß. Cum decoctioue communi fiat potio breuis, addendo ſirupi violati ℥i, Miſce. Et nota, quod praefatus *morbus gallicus*, vt in Copioſa noſtra diximus, *eſt contagioſus, et vtpluirimum accipitur in coitu, tamen iſta contagio non extenditur, niſi in principio morbi, videlicet dum morbus exiſtit in forma ſcabiei. Quando vero eſt antiquatus, videlicet cum doloribus et tuberoſitatibus chiroticis et vlceribus formicoſis et corroſiuis, tunc morbus non eſt amplius contagioſus, vt experientia nobis ſaepenumero demonſtrauit.*

Purgatio ſingularis contra morbum gallicum in principio digeſta prius materia cum ſirupo de fumo terrae minori, et de ſucco endiuiae et aquarum fumiterrae, lupulorum, endiuiae, quae ſic ordinatur. Et eſt pro pauperibus. Rec. Diacatholiconis, caſiae ana ℥ß. Electuarii roſati Meſue ʒij. Confectionis Amech ʒj. Rhabarbari electi ʒß. Cum decoctione communi fiat potio breuis, addendo ſyrupi violati ℥j. Vel facias ſic. Rec. Diacatholiconis ʒvj. Electuarii de pſilio, triferae perſicae, diaſiniconis ana ʒij Confectionis Amech ʒß. Cum decoctione communi fiat potio breuis, addendo ſirupi violati ℥j.

Linimentum *aduerſus formicam morbi gallici vlceratam, quod potenter verrucas colli et bullas cum carne ſuperflua ad inſtar mori celſi, quae in facie, fronte et collo frequentiſſime in principio morbi gallici oriri ſolent*, deſiccat et delet. Rec. Succi lactucae, ſucci plantaginis ana ℥ij. Vnguenti gal. ℥j. Albumina duorum ouorum, Sublimati triturati vltima trituratione ʒj. Conquaſſatis ad inuicem albuminibus cum oleis et ſucco herbarum, ponantur reliqua, et in mortario plumbi fiat linimentum.

Item ad eandem intentionem valet infra ſcripta aqua. Rec. Aluminis rochae, ſalis gemmae ana ʒiij. Sublimati ʒj. Salis armoniaci ʒij. Lixiuii barbitonſoris lib. j. Aquae roſatae ℥iiij. Bulliant omnia vſque ad conſummationem tertiae partis, et ſi vis eius exſiccationem vigorare, et ipſam colorare in viridem colorem, adde floris aeris parum, quum aufertur ab igne. Idem facit ſuccus herbae, quae vocatur eliotropium ſiue verrucaria, ſeu ſcorpurion, et de iſta herba in libro VII. Copioſae noſtrae ſufficienter deſcripſi in littera n. u.

Vnguentum z) refrigeratiuum de litargirio in mortario plumbi confectum, quod valet *aduerſus pruritum et calefactionem virgae, et incendium membrorum*, quod ſic ordinatur. Rec. Olei roſati odoriferi ℥iiij. Vnguenti Gal. vnguenti albi, camphorati, vnguenti populeonis ana ℥iß. Succi plantaginis, ſucci ſolatri ā̄ā ℥vj. Litargirii auri et argenti ā̄ā ℥ij. Miſce, et in mortario plumbi fiat linimentum, videlicet poſitis mineralibus, modo ponatur gutta vna de oleis et modo altera gutta de ſuccis herbarum, et ſic procedatur ſemper piſtello, agitando, donec praedicta olea et ſucci intrauerint praedictam compoſitionem. Vltimo loco ponantur vnguenta praedicta parum iterum piſtello ſimul agitando.

XXXXII.

SYMPHORIANVS CHAMPERIVS a) S. CAMPEGIVS.

De lichen ſeu mentagra, ſiue pudendagra, quam noſtri Neapolitanum morbum vocant, Itali vero Gallicum.

Lichen graece dicitur, quae latine *mentagra* dicitur, vt habet PLINIVS lib. XXVI. cap. I. Verba eius ſunt: *Senſit et facies hominum nouos omniumque aeuo priore incognitos non Italiae modo, verum etiam vniuerſae prope Europae morbos. Grauiſſimum ex his lichenas graeco nomine, latine, quoniam a mento fere oriebatur, ioculari primum laſciuia, vt eſt procax natura multorum in alienis miſeriis, mox et vſurpato vocabulo, mentagram.* Tu ne dicas lichena, vti alii faciunt, quod item malum lichenas dicunt, CELSVS *papulas* nominat, GALENVS in libro, qui *Diffinitiones medicinales* inſcribitur, lichen ita diffinit. *Lichen eſt aſperitas cutis cum magno pruritu.*

Hunc morbum nonnulli ita deſcribunt. *Morbus Neapolitanus* ſeu *lichen* eſt puſtulae, ex varia humorum corruptione generatae, propter nimiam aëris in calore atque humiditate praeſertim intemperiem, *pudenda primum, deinde reliquum corpus cum magno plerumque dolore occupantes.* Eſt enim morbi genus grauiſſimum.

u) Ib. fol. 31. a.
x) Ib. L. V. fol. 33. a.
y) Ib. Fol. 33. b.
z) Ib. fol. 35. a.
a) *Practica noua in medicina. Aggregatoris lugdunenſis domini Simphoriani champerii de omnibus morborum generibus ex traditionibus grecorum: latinorum: arabū: penorum ac recentium auctorum: Aurei libri quinq. Idem eiusdem aggregatoris liber de omnibus generibus febrium*, ſ. l. et a. in 8. Lib. II. c. 12. fol. 31. a. Alii nominant edit. *Lugd. ap.* IOH. MARION 1517. 8. et *Baſil. ap.* HENRIC. PETRI 1547. 4. Oriundus fuit a. 1472. loco quodam Lugdunenſi, S. Saphorine-le-Chateou; hinc dictus *Aggregator Lugdunenſis*, iterum creatus medicinae doctor Ticini a. 1515. collegii medici Lugdunenſis et collegii S. Trinitatis fundator, Ducis Lotharingiae, ANTONII, archiater, et in bello Italico (1510.) comes, ab eoque nominatus S. Georgii eques, polygraphus, homo faſtuoſus et vanus, (id quod temere aſſumto nomine illuſtris familiae *Campeggio* et *archiatrorum comitis* ſatis ſuperque prodidit) tandem Lugduni a 1535. fatis defunctus. De quo vide, ſi lubitum eſt, *Carrere* Bibl. litt. hiſt. et crit. de la Medicine, p. 463. T. II. et *Eloy* Dictionnaire hiſt. de la Medicine, T. I. p. 589. Reſumſi hanc particulam partim propter foedi morbi deſcriptionem, partem ob nominum ambiguitatem, quam continet, partim ob originem inundationum miniſterio.

uiſſimum. *Occupat* plerumque *totos vultus*, *oculis* duntaxat *exceptis*, *et in colla pectusque ac manus foedo vitis furfure deſcendit*. Tiberii primum Caeſaris principatu hic morbus in Italiam irrepſit, contagione eius per quendam Perſinum, equitem Romanum, quaeſtorium ſcribam, ex Aſia importata. —

Aliqui hunc morbum *milium* vocitant. Et nos dicimus *inter epidimias*, hoc eſt, *morbos populatim vagantes*, debere *connumerari*. Haec vero aut diuina ira, vt theologi ſentiunt, aut vi aſtrorum, vt aſtrologi opinantur, vel ex certa aeris intemperie, quemadmotum medici arbitrantur, eueniunt. Hos medicos hac parte ſequentes cauſſas naturae proximiores nonnulli aſſignant. Illud ſatis conſtat, *eo anno*, *quo mentagra coepit pullulare*, *magnam aquarum per vniuerſam fere Europam fuiſſe exuberantiam*. Teſtis eſt *Italia*, *quae prima id malum ſenſit*, in qua Tibris ita intumuit, vt tota ſit facta Roma nauigabilis. Quam rem Pomponivs Laetvs, noſtri temporis poeta celeberrimus, eleganti tetraſticho publica columna impreſſo deſignauit verſus.

Tempore Alexandri *ſexti noniſque Decembris*
Intumuit Tibris bis ſenas circiter vlnas.
Inſula quaeque domus facta eſt, mediisque repente
Circumducta viis aequabat cymba feneſtras.
Deucalineo vix tantum tempore tellus
Diluuium paſſa eſt, latuit cum tota ſub vndis.

Non aliter enim, quam in Romano Tibris, in agro Mantuano et Ferrarienſi Padus, in Colonienſi Rhenus, in Venetia Atheſis, in Gallia Lugdunenſi Rhodanus, Arar et Liris, in Gallia Aquitanica Garunna, Gironna et Dordonna, in Gallia Belgica Moſa, Moſella, in Pariſienſi agro Sequana, et in Hiſpania Iberus, Bethis, Mineus et Tagus, extra ſolitos limites exundarunt. Talis denique imbribus, annus ille vbique maduit, vt, terris exinde humentibus atque ſtagnantibus, minus mirandum ſit, *aeſtiuum aerem ad illam veniſſe intemperiem*, *calidam* ſcilicet *et humidam*, quam philoſophi atque medici omnium putredinum matrem eſſe confitentur. Similem vel peiorem aliquando fuiſſe ea ſcilicet tempeſtate, qua Gothi Italiam bellis infeſtabant, ex qua ingens *orta eſt peſtilentia*.

Quidam medici decepti ſimilitudine *elephantiaſim* eſſe putauerunt, alii autem *impetiginem* ſeu *volaticam* dicunt. Alii eſſe *ſpeciem leprae* affirmarunt, reliqui *ſaphati ſpeciem* eſſe maluerunt, alii *bothor*, alii *achores*, alii *phani*, alii *pſidracia* et *exanthemata* eſſe opinati ſunt. Nos autem, ſi aliquando fuerit morbus iſte, *lichen* ſeu *mentagram* aut *pudendagram* appellare maluimus. Penis enim cutis, qua integitur, non ſimplex eſt, ſed neruoſae naturae, ſenſumque tactus plurimum poſſidet. Ob eam cauſſam *venereo contactu nouus vel ſaltem medicis ignotus prioribus ſiderum peſtifero aſpectu morbus Neapolitanus ſeu lichen ad nos ex oriente irrepſit*, *tanta omnium membrorum foeditate cruciatibusque*, *nocte praeſertim*, vt lepram, alioquin inſanabilem, ſiue elephantiaſin horrore ſuperet, *non ſine vitae pernicie*. *Haec peſtis* reliquas prouincias tam infeſtauit, quae etiam *praeſanatis facile repullulat*, magna omnium medicorum ambage. Ex occidente venere emperici, qui magno quaeſtu vrbes circumierunt, id tantum profitentes. —

Aliqui *morbum Neapolitanum elephantiam* dicunt eſſe, *non impetiginem*. —

Dicamus nunc tranſeunter *curam huius morbi*, ſiue fuerit lichen, ſiue impetigo aut elephantiaſis. Quantum ad *diaetam* cibi et potus et debitam adminiſtrationem omnium, quae ſub rebus non naturalibus continentur, regantur et diaetentur, quemadmodum in ſcabie, impetigine, cancro, lepra et morbis melancholicis ab auctoribus ample ſcribitur. Tamen vnum moneo, vt tales, hac aegritudine laborantes, *vtantur tenui diaeta*, et quanto commodius fieri poteſt, tanto ſubtilietur magis, inſpectis ſemper aetate maxime, et virtute ac conſuetudine. Quantum ad *medicinalia*, quaecunque digerunt phlegma groſſum aut nigram choleram, ſunt conuenientia. Et talia ſunt bugloſſa, borago, fumus terrae, ſparagus, lupulus, pimpinella, ſcolopendria, lauendula, et huiusmodi. Omnium iſtorum aut aliquorum fiat decoctio cum iniectione zuccari, et accipiatur per octo dies ℥iiij. aut v. in mane. Aliqui cum praedictis faciunt bullire myrobalanum chebulum aut Indum, aut immittunt folliculos ſenae. *Digeſtiuum vſuale*. Rec. Syrupi de fumo terrae, mellis roſati colati ana ℥j. Miſce, fiat ſyrupus, aromatizetur cum puluere diacaparis ℈ij. Detur, vt ſupra. *Solutiuum*. Rec. Hermodactylorum, myrobalanorum chebulorum, Indorum ana ʒi. florum bugloſſae et boraginis ana Mß. Bulliant in octo vnciis aquae ſcolopendriae aut lupulorum, et ſi fuerit parum febriens, endiuiae, et facta decenti decoctione, Rec. Agarici albi et electi ʒj. ſalis gemmae ℈ß. et infundantur condecenti tempore in ℥ij. praedictae decoctionis, et fiat expreſſio, cui addatur diacatholiconis ℥ß. diafeniconis ʒij. mellis roſati colati ℥j. et miſceantur ſimul cum praedicta decoctione.

Poterimus vti electuario Hamec et aliis quibuscunque phlegmatis groſſi aut nigrae cholerae eductiuis. Attendendum tamen eſt, quod euacuationem eradicatiuam debet *phlebotomia* praecedere virtute et aetate conſentientibus. Pilulas Galeni, quas *mirabiles* appellat. — Camomilla, oleum anethinum et viſcus valent contra *dolorem membrorum in iſto morbo*. Caſia fiſtula multum valet in mitigando dolores exterius applicata. *Vnguentum*. Rec. Saponis albi et minuti, et in parua folia redacti ℥iiij. multotiens loti in ſucco endiuiae et plantaginis, deinde bulliat in ſucco lapatii acuti vsque ad lenem ſpiſſitudinem. Praeterea Rec. maſticis, thuris ana. ʒiij. armoniaci, ſulphuris viui, nitri ana ʒj. Cum cera et parum olei camomillae fiat vnguentum. Modus autem adminiſtrationis eſt, vt vna die vtantur hac vnctione, alia die lauentur cum aqua, in qua decocta fuerit malua, et excorticatum ordeum aut farina lupinorum. Sunt tamen multi, qui *volentes citius euadere in hac aegritudine vtuntur infra ſcripta vnctione*, *per quinque dies cooperientes ſe in lecto, quoad plurimum ſudant*, *vtentes tamen bona diaeta*. Rec. Reſinae pini, thuris, maſticis, tartari albi, lithargirii auri, argenti viui, olei laurini, olei vulpini, olei abietis, cuſcutae, ſucci pomorum aranciorum, ana ℥ij. axungiae porcinae colatae ℥vj. Redigantur omnia ſimul miſcendo in formam vnguenti. *Ab hac* tamen *vnctione caueant*, *qui ſunt debilis complexionis*, et potius ſophiſtica inuenitur, quam vera: Nam *vidi plures recidiuaſſe*, vt *prius*.

XXXXIII.

FRANCISCVS LOPEZ de GOMARA *b*).

Que las Bubas c) vinieron de las Indias, i las Viruelas fueron de Eſpanna.

Los de aqueſta Isla Eſpannola *ſon todos buboſos*, *i como los Eſpannoles dormian con las Indias*, *hincherouſe luego de Bubas*, *en fermedad pegajoſiſſima*, *i que atormentar con recios dolores*. *Sintiendo ſe* atormentar, i no mejorando, ſe bolvieron muchos *dellos à Eſpanna por ſanar*, *i à otros negocios*. *Los quales pegaron ſu encubierta dolencia à muchas Mugeres Corteſanas*, *i ellas à muchos Hombres, que paſaron à Italia à la Guerra de Napolès*, en fauor del Rey Don *Fernando èl* ſegundo contra Franceſes, y como fue ò un miſmo tiempo, penſaron ellos que ſe le pego de Italianos, y llamaronle *Mal Neapolitano*, los otros llamaronle *mal Francès*, crejedo averſelo pejado de Franceſes. Empero tambien uno quienlo llamo *Sarna Eſpannola*. — Pagaron à los Indios eſte mal de Bubas en Viruelas, dolencia que no tenian ellos, in que mato infinitos. A ſi como vino *èl mal de las Indias*, vino *èl remedio*, que tambien es *otra raçon para creer que trajo de allu*

b) Fuit ille ſacerdos Hiſpanus, *Ferdinandi Corteſii* Capellanus et comes itineris Mexicani (1519), hinc teſtis ſatis idoneus, ſi de morbo quaeritur, quem Hiſpani *bubas* appellant, non vero, ſi de prima luis venereae origine diſputatur. Fac vero, fuiſſe Indos ſub hoc tempore omnes venereos, quid amplius? Nonne potuerunt mutuo corporum commercio demum contaminari, et ſic vtraque labe, cum bubarum, tum morbo venereo affici? Vide, quae de his abunde demonſtrauit Cl. Hensler *Ueber den weſtind. Urſprung der Luſtſeuche*, pag. 56. ſeq.

lu orrigen, de cuio genero ai grandiſimos Montes. Tambien curan la miſma dolencia con Palo de la China, que debe ſer el miſmo Guava càn, ò Palo Sancto, que todo es vno. Era eſte mal à los principios mui recio, rediondo, i infame: agora no tiene tanto rigor, ni tanta infamia.

Apenas *d*) havian ſatisfecho al canſancio i hambre, quando les ſobrevino *un nuevo i feo mal, que llamabon Berrugas., aunque ſegun atormentaban i dolian, eran Bubas.* Salian aquellas *Berrugas* ò Bubas à las cejas, narices, orejas i otras partes de la cara i cuerpo, tan grandes como Nueces, i mui ſangrientas. Como era nueua enfermedad, no ſabian què hacerſe, i renegaban de la Tierra, i de quien à ella los trajò viendoſo tan feos; pero como no tenian en què tornarſe à Panamà ſufrian. Piçarro aunque ſentia la dolencia i muertes de ſus Companeros, no deja la Empreſa: antes embiò veinte mil Peſos de Oro à Diego de Almagro, para que le embiaſe de Panamà, i de Nicaragna los mas Hombres. Caballos, Armasi vituallas que pudieſe, i para abonar la Tierra de ſu Conquiſta, que tenia ruin fama. Caminò tras eſte Deſpacho, haſta Puerto Viejo, à veces peleando con los Indios, i à veces reſcatando. —

Bubas e) que haſta entonces, non ſabian què mal era. Proba la tierra a los Eſpannoles con muchas maneras de *dolencias, de las quales fueron dos perpetuas: Bubas, que haſta entonces non ſabian que mal era*, y mudança de ſu color en amarillo, que parecian açafranados. — Deſde aquella fortaleça ſalian à tomar vitualla, y arretaban *mugeres, que les pegaron las bubas.*

XXXXIIII.

VLRICVS ab HVTTEN *g*).

De mea valetudine hoc accipe. Praeſentiſſima eſt a ligno medicina, quod adhuc dubitamus, quo nomine appellandum ſit. Hebeno in multis ſimile eſt, in quibusdam buxo. Non hebenus tamen eſt, vnum hoc ſcimus. Ipſe miris modis conualeſco, gratiae CHRISTO primum, deinde FVCHERIS, aut quiqui ſunt, quibus perferentibus ſalutarem contra peſtilentem et tot iam annis conclamatum a medicis morbum medelam accepimus. Maxima cibi, potus ac omnium eorum, quae corpus non delectant modo, ſed fouent etiam ac nutriunt, abſtinentia curationem hanc experimur. Praeterea vitatio aeris tanta eſt, vt rimae omnes occludantur cubiculi eius, in quod demittitur quis. Totum iam menſem abſtemius ſum, cuius ad vmbilicum in dies ſingulos dimidium pulli gallinacei prandium fuit, coena nulla fuit, poſt largius acceſſit in coenam reliquum dimidium. Panis in diem, qui vncias quinque non excedat, apponitur, et absque ſale hoc, quicquid eſt, et quam exiguum eſt, edo, nec alio, praeter illud decoctum, in potu liquore vtor. Cum tibi interim ſatis attenuari non videar, quia ἀπέχεσθαι τῶν ἀφροδισίων horteris. Quem ſi videas, vt palleam, vt macer et exſuccus ſim, nihil tale ſuſpiceris. De morbo videlicet non magnopere curandum poſthac, εἰ τἆλλα μοι κατὰ νοῦν γενήσοιντο. —

GEORGIVS DE STREITBERK — frequens *i*) mihi in hoc valetudinario adfuit, etiam tunc, cum ob morbi foeditatem ſpurciſſime foeterem. —

Nudius tertius *k*) aluum mihi duxerunt medici. Is curationi huic colophon imponitur. Poſtea enim aer admittitur, et vinum, ſed non, niſi valde dilutum ſumitur, largiusque prandium apponitur, quanquam aliquantum adhuc intra edendi auiditatis terminos continemur, ne quis vberius ſe paſcat. —

Epiſtolam *l*) tuam legi, in qua recte mones *de guaiaco illuſtrando.* In quo dubitare nemo poteſt, quin hoc mereatur res ipſa. Verum, ego an poſſum, hoc in ambiguo eſt. Experiar tamen, et tuo iuſſu, et mea gratulatione, *ſeruatus ac mihi redditus guaiaci ope.* — Tu, quod facis, inter medendum *guaiaci naturam* omnibus, vt ita dicam, veſtigiis inquire. —

Alius *m*) forſitan eundem lectum tecum ſortitur lectum, aut ex ebriis illis vnus, aut *qui ex morbo puteat, ac ſcabie infectus ſit*, aut cui ſpurce oleat anima, vel quod aliis tibi modis ſit moleſtus. *Adde lectos non impuros ſolum, ſed et peſtilentes ſaepe, vbi ille dormierat paucis ante diebus morbo gallico adeſus, vbi leproſus aliquis deſudauerat. Lodices ſextum ante menſem toti, in quibus ſe volutarunt morboſi illi, quae multam, ſi inſpicias, ſaniem, multum pus exceperunt.* —

XXXXV.

DESIDERIVS ERASMVS *n*).

M. Sed narra, quid acciderit puellae *o*). P. Puella erat honeſto loco nata, vt dixi, re lauta, forma perquam eleganti. Quid multis? Digna principe marito. Huius nuptias ambiebat procus quidam illi non diſſimilis. — Nec ita multo poſt illa deperire coepit in quendam, ſimium verius, quam hominem. M. Quid ais? P. Adeo perdite, vt ſatis dici non queat. M. Tam elegans puella tam deformem? P. Vertice acuminato, raro capellitio, eoque lacero et impexo, *furfure ac lendibus oppleto, pleramque cranii cutem nudauerat alopecia, oculis refugis, naribus ſimis ac ſurſum hiantibus, ore ſparſo, dentibus putridis, balbutiente lingua, mento ſcabioſo*, ſcapulas deformat gibbus, venter prominulus, crura vara. — Cum hoc marito tam inſignis puella nunc degit aetatem, ac ſubinde vapulat.

S. Vide, quo te ipſam *p*) deieceris, miſera. — Tu te facis cloacam publicam, ad quam commeant quilibet *ſordidi, impuri, ſcabioſi, ſuamque ſpurcitiam*

in

c) *Hiſtoria de las Indias, En Medina del Campo* 1553. *fol. P. I. c.* 29. *et in Barcia Hiſtoriadores Vol. II. p.* 24. Haec mutua quidem accepi ab Cl. HENSLERO, ſed ita, vt, quae Cl. GIRTANNER litteris mandarat, ſuo loco adderem.

d) Ib. c. 110. p. 103.

e) Ib. p. 19.

f) Primera y ſegunda parte de la hiſtoria generale de las Indias. En Caragoça 1553. f. c. 22. pag. 13. Hinc iterum repetiit GIRTANNER Abhandl. über die vener. Krankheit B. III. p. 881. ſuperaddidit etiam p. 885, aliam cutis labem, eam quecontagioſam, *Variolas*, (*Gomara* La conquiſta de Mexico, Caragoça 1552. c. 102. p. 49.) quas Indi vocant *Huiçavatl.* Sed Cl. HENSLER (Ueber den Weſtindiſchen Urſprung der Luſtſeuche p. 65.) has cum lue venerea conuenire negat.

g) De eius vita v. ASTRVC l. c. p. 489. et HENSLER l. c. p. 106. prae ceteris vero *Equitis Vlr. de Hutten ad B. Pirckheymer Epiſtola. In lucem denuo protulit et commentarium ſubiecit Iac. Burkhard.* Wolfenb. 1717. 8. et maxime eiusd. auct. P. II. *De Vlrichi de Hutten fatis ac meritis* ib. in qua multa et ſcitu, et lectu iucunda ex eius libris memorauit. Vtinam aliquis e nobili familia eius opera iunctim edenda curaret! Latent plura in bibliotheca Gothana et apud Cl. WAGENSEIL. Fuit vero, ſi *Erasmo* aduerſario (Colloq. ἄγαμος p. 658.) credimus, *ſtrenuus aleator, potator inuictus, ſcortator improbus, nugandi mentiendique artifex maximus, praedator non ſegnis, decoctor eximius, comeſſator perditus,* qui habuerit *plus, quam decem artes illiberales, eques, cui per ſcabiem vix in ſella ſedere liceat* rel. Quam vere, viderint alii. Excuſauit Perill. *ab Goethe* (Schrift. B. 4. S. 57). Id vnum ipſe profitetur, *ſe per nouem annos cum hoc malo luctatum et vndecies curam mercurialem expertum fuiſſe*, donec guaiaco ex aqua decocto dirae luis cruciatibus liberaretur. Videtur ergo inde ab a. 1519. quo libellum ſuum in vulgus ediderat, nihil amplius mali perſenſiſſe, hinc in poſterioribus libris nullae querimoniae amplius reperiuntur. Falſus ergo *Erasmus* eſt, et qui in eius verba iurarunt, *Huttenum* foediſſima lue periiſſe. Interim fuiſſe non videtur *ſcortator improbus*, vt multis videtur, ſed quadam naturae neceſſitate coactus, vt ipſe (Ep. ad *Frider. Piſcatorem* p. 211. Opp. T. I. ed. *Wagenſeil.*) ſatis candide profitetur. „*Tenet me quoddam tranquillitatis deſiderium, quam olim meam. Ad hoc opus eſt vxore, quae me curet. Noſti mores. Non facile ſolus eſſe poſſum, nec noctu quidem. Faceſſant mihi enim praedicare quidam caelibatus bona et ſolitudinis incommoda. Non videor eſſe capax.*„ Ego vero reſumſi reliquias huc attinentes et in *Coll. Luiſ.* deficientes.

h) Epiſt. ad *Bilib. Pirkheymer.* ed. *Burkh.* pag: 49. ſeq. P. I.

i) Ibid. p. 52.

k) Ib. p. 58.

l) *Vlrici de Hutten* Opera, ed. *Wagenſeil* T. I. p. 224. *Epiſt.* 40. *ad Paulum Ricium, Caeſari a Medicina.*

m) In Colloqu. *Aula*, ſcripta ad amicum, HENRIC. STROMER, de immunditie aulica queſtus, haec ſubdit.

n) *Deſid. Eraſmi Roterod. Colloquia nunc emendatiora cum Annotationibus Arnoldi Montani. Lipſ. ap. Cornerum* 1660 12. Coaeuus HVTTENI (1520), primum amicus, deinde durus et acer aduerſarius, hinc vt luis ſub primo initio obſeruator erat, ita poſt ſimultatem et inimicitias fidus pictor et narrator, imagine viua HVTTENVM male notatum exprimens.

o) *Proci et Puellae* p. 215. ſeq.

p) *Adoleſc. et Scortum.* p. 295.

in te repurgant. Quod ſi nondum eius leprae contagium, quam vocant ſcabiem Hiſpanicam, attigit te, non diu poteris effugere. Quod ſi fiat — quid aliud eris, quam viuum cadauer?

P. Nae q) tu mihi nuptias loqueris prorſus inauſpicatas. — P. Non igitur ſaltatum eſt? G. Imo miſere claudicatum. — Nullum omnino illic aderat numen, praeter vnam deam, quae Graecis dicitur *pſora.* P. *Pruriginoſas*, opinor, *nuptias* dicis. G. Imo *rubiginoſas et purulentas.* — G. Nupſit Pompilio Blenno. P. Eine Thraſoni, qui neminem non ſolet occidere ſuis glorioſis fabulis? G. Huic ipſi. P. At *is iam olim celebris* eſt in hac vrbe duabus potiſſimum rebus, mendaciis ac *ſcabie, quae nondum ſuum habet nomen, cum ipſa tam multorum habeat nomina.* G. *Superbiſſima ſcabies eſt, qae nec leprae, nec elephantiaſi, nec lichenibus, nec podagrae, nec mentagrae cedat, ſi res veniat in certamen.* P. Ita praedicant medicorum filii. — G. Interim prodiit nobis beatus ille *ſponſus, trunco naſo, alteram trahens tibiam*, ſed minus feliciter, quam ſolent Suitſeri, *manibus ſcabris, halitu graui, oculis languidis,* capite obuincto, *ſanies et e naribus, et ex auribus fluebat.* Alii digitos habent anulatos, ille etiam in femore geſtat anulos. — P. Mihi plane videtur hoc factum Mezentio dignum, qui mortua, vt inquit Maro,

iungebat corpora viuis,
Componens manibusque manus atque oribus ora. —

Nec vllum cadauer eſt, cui non iungi malis, quam *tam putido cadaueri, ſiquidem hoc ipſum, quod ſpirat, merum eſt venenum, quod loquitur, peſtis eſt, quod contingit, mors eſt.* — G. At *haec lues eſt omni lepra tum tetrior, tum nocentior. Nam citius ſerpit, et ſubinde recurrit, ac frequenter occidit,* cum nonnunquam lepra ſinat hominem ad extremam vſque ſenectutem viuere. — P. Aliquid tamen fuerit oportet, quod illum commendaret parentibus. G. Nihil aliud, quam glorioſum equitis nomen. P. *Qualis eques, cui per ſcabiem vix in ſella ſedere liceat?* — P. Quid igitur dotis hic Thraſo conferet ad ſponſam? G. Quid? maximam. — Sine me loqui, *maximam*, inquam, *peſſimamque ſcabiem.* — Certe hic morbus, quicquid eſt homini cerebri, ſolet exhaurire. — Ceterum ſi qua nupſiſſet huic obnoxio lui, qui ſe ſanum mentitus eſſet, — dirimerem hoc coniugium. — Hic, cui nupſit, ſeruus eſt miſerrimae dominae, pſorae, atque hoc infelicior eſt ſeruitus, quod illa neminem manumittat, vt ſeruitutis miſeriam aliqua libertatis ſpes conſolari poſſit. P. Sane colorem reperiſti. G. Adhuc non eſt coniugium, niſi inter viuos. Heic mortuo nubitur. P. Repertus eſt alter color. Sed ſineres (opinor) ſcabioſas ſcabioſis nubere, iuxta vetus illuc adagium, ὅμοιον πρὸς ὅμοιον. G. Si hoc mihi liceret, quod expediret reipublicae, ſinerem quidem iungi, ſed iunctos exurerem. — Quod quidem vtinam initio naſcentis mali fuiſſet factum! Tum paucorum exitio totius orbis ſaluti conſuli poterat. Et huius facti reperimus exemplum in Gallorum annalibus. P. At mitius erat illos caſtrari ac ſummoueri. G. Feminis porro quid faceres? P. Adderem fibulas. G. Ita quidem proſpectum eſſet, ne ex malis coruis naſcantur mala oua. Sed fatebor, hoc eſſe mitius, ſi tu fatearis illud eſſe tutius. Nam pruriunt et exſecti, *nec vno modo tranſibit malum, ſed oſculo, ſed colloquio, ſed contactu, ſed compotatiuncula, ſerpit ad alios.* Et videmus huic malo fatalem quandam malitiam adiunctam, vt, quisquis eo tenetur, vel nullo ſuo commodo gaudeat, quam plurimis ſuam affricare ſcabiem. Iam ſubmoti poſſunt fugere, poſſunt vel noctu, vel ignotis imponere, a mortuis vero nihil eſt periculi. — P. Verum ibi plectitur, qui damnum dedit. G. Hi ſcilicet lucrum adferunt! Sed demus *hoc malum multis nulla ſua culpa contractum*, cum tamen *paucos reperias, quibus eam luem non conciliarit nequitia.* — Quod ſi talibus remediis vtimur in rebus non ita magni momenti, quid cenſes faciendum in re omnium atrociſſima? P. Vincor veris. G. Tum illud mihi perpende. Apud Italos vt primum ſcintillare coepit peſtilentia, occluduntur aedes. Qui laboranti inſeruiunt, ſubmouentur a publico. Hoc quidem appellant inhumanitatem, cum ſumma ſit humanitas, ſiquidem hac vigilantia fit, vt paucis funeribus ſopiatur malum. At quanta eſt humanitas tot millium vitae conſuli! Sunt, qui parum hoſpitale putant, quod Itali in rumore peſtilentiae tempore veſpertino hoſpitem portis ſubmouent coguntque ſub dio noctem agere; at pietas eſt, paucorum incommodo maximo reipublicae bono proſpicere. Quidam ſibi valde fortes videntur et officioſi, quod auſint ad quemuis peſtilentia laborantem accedere, etiamſi nihil illic habeant negotii. At dum reuerſi domum inficiunt vxores, liberos ac totam familiam, quid ea fortitudine ſtultius, quid officio inofficioſius, vt ſalutes alienum, tibi cariſſimos in praeſens vitae diſcrimen adducere? Heic tamen, quanto minus eſt periculi a peſtilentia, quam a ſcabie! Rarius afflat propinquos, nec fere ſenes attingit, et quos attigit, aut cito liberat, aut reſtituit ſanitati, puriores etiam, quam ante fuerant. Haec quid aliud, quam perpetua mors eſt, vel, vt verius dicam, ſepultura? Obuoluuntur linteis et vnguentis more cadauerum. — P. Veriſſima narras, ſaltem idem curae dandum erat huic tam exitioſo malo, quod datur leproſis. Aut ſi hoc quoque nimium eſt, nemo barbae ſiluam patiatur ſibi demeti, aut ſibi quisque tonſorem praebeat. G. Quid ſi vterque claudat os? P. Afflant naribus malum. G. Eſt et iſti malo remedium. P. Quodnam? G. Vt, quod ſolent alcumici, addant perſonam, quae per vitreas feneſtellas praebeat lumen oculis, ori naribusque reſpirationem, cornu a perſona per axillas in tergum porrecto. P. Belle, ſi nihil metuendum eſt *a contactu digitorum, linteorum, pectinis et forpicis.* G. Optimum igitur barbam vsque ad genua demittere. P. Ita videtur. Deinde fiat edictum, ne quis idem ſit tonſor et chirurgus. G. Ad famem relegas tonſores. P. Minuant ſumtus, et aliquanto pluris radant. G. Eſto. Tum feratur lex, *ne quis cum alio poculum habeat commune.* G. *Iſtam vix recipiat Anglia.* P. Neue duo miſceantur *eodem lecto,* praeter vxorem et maritum. G. Placet. P. Adhaec in diuerſoriis ne quis hoſpes *indormiat linteis*, in quibus alius indormiit. G. Quid facies Germanis, qui vix lauant bis in anno? P. Exſtimulent lotrices. Praeterea tollatur mos, quamuis vetuſtus, ſalutandi *oſculo*. G. Etiamne in templis? P. Tabellae ſuam quisque opponat manum. G. Quid de *colloquio*? P. Vitetur illud Homericum, Ἄγγι σχὼν κεφαλήν, et viciſſim, qui auſcultat, comprimat labra. G. Vix iſtis legibus ſuffecerint duodecim tabulae. P. Sed quid conſulas interim infelici puellae? G. Quid? niſi vt libenter ſit miſera, quo ſit minus miſera, et *ſuauio coniugis opponat manum,* tum armata cum illo dormiat. —

Iam ſiquis percontetur r) inter corporum morbos, cui debeatur principatus, me iudice, facile tribuetur ei malo, quod, incerta origine, tot iam annos per omnes orbis plagas impune graſſans nondum certum nomen inuenit. Plerique vocant *poſcas Gallicas*, nonnulli *Hiſpanienſes*. Quae lues vnquam pari celeritate percurrit ſingulas Europae, Africae Aſiaeque partes? Quae penitius ſeſe inſerit venis ac viſceribus? Quae tenacius haeret aut peruicacius repugnat arti curaeque medicorum? Quae faciliore *contagio* tranſilit *in alterum*? Quae crudeliores habet cruciatus? Vitiligo praeter cutis deformitatem nihil habet noxae, et curationem recipit. Lichenes foedo quidem furfure primum faciem, deinde reliquum corpus operiunt, ſed citra cruciatum nulloque vitae diſcrimine, etiamſi remedium non admittunt, niſi cui mors ſit anteferenda. Haec lues, quicquid in aliis eſt horrendum, vna ſecum defert, *foeditatem, cruciatum, contagium, vitae periculum, curationem difficillimam* pariter ac *foediſſimam*, et tamen vtcunque cohibita, ſubinde repullulat, non aliter, quam podagra. —

Nec ſatis admirari s) poſſum, vnde tantus ſtupor Chriſtianorum animos occuparit. Quum tot plagis diuinitus admoneamur, vt et paucioribus ſint afflicti Aegyptii, et mitiores ſunt, quae referuntur in Apocalypſi Ioannis, tamen plus, quam Phryges, domini toties ad meliorem frugem prouocati ſeueritate, nihilo reddimur meliores, imo potius, tanquam deplorata mancipia, collecto aduerſus verbera callo, benignitate numinis abutimur ad peccandi peruicaciam, et aduerſus miſericordiam temporariis malis nos inuitantis ad vitae correctionem, praefractiores euadimus. Bellis, latrociniis, ciuilibus tumultibus, factionibus, expilationibus, peſtilentiis, penuriae, fami, in tantum aſſueuimus, vt iam pro malis non habeantur.

q) *Agamos, gamos* p. 655. Scripta videtur lepida iſthaec, ſed naturae conſentanea morbi adumbratio. a. 1524. in Hutteni probrum et ignominiam, propter miſſam *expoſtulationem.* Nam in ipſo colloquio equitem hunc ſtrenuum ad viuum expreſſerat.

r) *Lingua per Des. Eraſmum Roterodamum. Opus nouum et hiſce temporibus aptiſſimum ſ. l. et a. in* 8. *Praef.* p. 4. (*Scripta Baſil.* 1525.)

s) *Conſultatio de bello Turcis inferendo, Opus cum cura recens editum. Lugd. Bat. ex off. Io Maire* 1643. 12. p. 4.

Fecit *deus*, quod ſolent medici fideles. Nouauit remedia, *immiſit inauditum et immedicabile leprae genus, quam, neſcio, quare, vulgus appellet ſcabiem gallicam, quum ſit omnium gentium communis. Percuſſit hominum genus vlcere vere peſſimo. Tam horribile malum adeo non docuit nos caſtimoniam ac ſobrietatem, vt plane verterimus in iocum. Nam eo res deueniſſe videtur, vt inter aulicos, bellos ac feſtiuos, quemadmodum ſibi videntur, homines ignobilis ac ruſticanus habeatur, qui ſit ab hoc immunis malo.* Quid hoc aliud eſt, quam domino nos caſtiganti oppedere, mediumque, quod dici ſolet, digitum oſtendere? —

XXXXVI.

MISSA DE B. IOB

contra morbum gallicum t).

Introitus. Miſerere mihi, Domine, quoniam ad te clamaui tota die, quia tu, domine, ſuauis ac mitis es, copioſus in miſericordias omnibus inuocantibus te.

Pſalm. Inclina, domine, aurem tuam, et exaudi me, quoniam inops et pauper ſum ego. Gloria patri etc. *Oratio*. Deus, in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius, *intercedente b.* Iob, cum omnibus Sanctis tuis, inuocationibus noſtris, vt, ſicut *poſt vlceris peſſimi variorumque flagellorum preſſuras* duplicia pro omnibus amiſſis rediddiſti, ita nobis miſericordiam tuam largiter impertiaris — per dominum etc.

Libri Iob. c. II. Factum eſt, cum quadam die veniſſent filii dei, et ſtarent — (totum cap. ex verſ. vulg.) *Grad.* Ego dixi, domine, miſerere mei. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Beatus, qui intelligit ſuper egenum et pauperem. In die mala liberauit eum dominus. Alleluia, Domine, Deus ſalutis meae, in die clamaui ac nocte coram te. *Euangelium*. In illo tempore dixit parabolam hanc. (Luc. XVI. 1 — 9).

Offertorium. Vir erat in terra Chus, nomine Iob, ſimplex ac rectus, ac timens deum, quem Sathan petiit, vt tentaret, et data eſt ei poteſtas a domino in facultate et carne eius, perdiditque omnem ſubſtantiam eius et filios. *Carnem* quoque *eius graui vlcere vulnerauit.*

Secreta. Hoſtias tibi, domine, dicatas placatus aſſume, et, *intercedente patiente* Iob cum omnibus Sanctis tuis, *vlcus peſſimum a ſupplicibus tuis remoue*, vt, *reſtituti priſtinae ſanitati*, te digne poſſint laudare. Per dominum etc.

Poſt commun. Aufer a me opprobrium et contemptum, quoniam mandata tua exquiſiui, domine.

Tantis, domine, repleti muneribus auxilium tuum, intercedente beato Iob, cum omnibus Sanctis tuis, imploramus, vt flagella iracundiae tuae a populo tuo amoueas, et nos tibi digne ſeruire concedas. Per dominum etc.

XXXXVII.

IOANNES LE MAIRE *u*).

Mais en la fin, quand le venin fut meur,
Il leur naîſſoit de *gros boutons ſans fleur*,
Si tres hideulx, ſi laits et ſi enormes,
Qu' on ne vit onc viſaiges ſi difformes,
Ne onc ne receut ſi tres mortelle iniure
Nature humaine en ſa belle figure:
Au front, *au col*, *au menton* et *au nez*
Onc on ne vit *tant de gens boutonnez*.
Et qui pis eſt, ce venin tant nuiſible
Par ſa malice occuite et inviſible
Alloit chercher les veines et arteres,
Et leur cauſoit ſi etranges myſteres
Dangier, *douleur de paſſion et goutte*,
Qu'on n'y ſauroit remede, ſomme toute
Fors de crier, ſouppirer, lamenter,
Plorer et plaindre, et mort ſe ſouhaitter,
Ne ſceut onc lui bailler propre nom
Nul Medecin, tant eut il de renom.
L'ung la voulut *Sahafati* nommer
En Arabic, l'autre a peu eſtimer
Que l' on doit dire en Latin *Mentagra*,
Mais le commun quand il la rencontra,
La nommoit *Gorre* ou *la verolle groſſe*,
Qui n' eſpargnoit ne Couronne, ne Croſſe;
Donques l' ont dit les Flamens et Picquarts,
Le mal Francois la nomment les Lombars.
Si a encores d' autres noms plus de quatre,
Les Allemans l' appellent *groitte blatre*,
Les Eſpagnols *les Bouëls* l' ont nommée,
Et dit — on plus que la puiſſante Armée
Des fors Francois a grant peine et ſouffrance
En Naples l' ont conquiſe et miſe en France,
Don aucuns d' eulx *le Souvenir* la nomment,
Et pluſieurs faits ſur ce comptent et ſomment.
Les Savoyſiens *la Clavela* la diſent:
Delà comment pluſieurs gens en deviſent,
Delà comment Amour, le jeune yvrongne
A fait aux gens grant dommage et vergongne
Et ne ſcet on pour ſes cloux deſclouër
Bien bonnement à quel Saint ſe voüer
Néantmoins aucuns par grace ſouveraine,
Ont imploré Madame Saincte Reine
Les autres ont eu recours à Sainct Iob.
Peu de guéris, en ſont de mors beaucop,
Car regne a ce trez cruel tourment
Par tout le monde univerſellement.

XXXXVIII.

GONSALVVS FERDINANDVS DE OVIEDO *x*).

Soffrirono ancho i primi Chriſtiani, che habitarano queſta Iſola, ſtrani dolori et paſſioni per le Nigue et *per lo mal delle Bughe*, cioè *franceſe* (*de quai duo morbi ſi ragionerà appreſſo*) perche nell' Indie origine hebbero, ſi per le donne di queſti luoghi, come per la contrada iſteſſa. *Et quel delle Bughe, per eſſer contagioſo*, paſſo al parer mio in i Spagni con li primi Spagnuoli, che qui vennero con l' Almirante *Colombo*, et di Spagna poi paſſo in Italia et in altri molti luoghi, come ſi dira appreſſo.

Delle due infermità *y*) notabili et pericoloſi, che quei primi Chriſtiani in queſte Indie ſentirono, et ve le ſentono anche hoggi alcuni, et una di loro, fu transferita in Hiſpagna et poi per tutti gli altri luoghi del mondo.

Mi ridea molte volte in Italia ſentendo dagli Italiani nominare *il mal Franceſe*, et dalli Franceſi dir' *il malo di Napoli*, et in effetto, che et queſti, et quelli havrebbono indouinato il vero nome, ſe il male dell' Indie chiamato l' haueſſero. Et che ſia coſi il vero il moſtrerò in queſto capitolo, con la molta iſperientia, che s'egia fatta del legno ſanto et del Guaiacan, con che principalmente piu che con altra medicina ſi guariſce queſta horrenda infermità delle bughe: per che la clementia diuina doue per noſtri

t) *Miſſale Romanum*, *Venet. in aedib. Luc. Antonii de Giunto* 1521. Communis amicus et perofficioſus vir, Cl. Mederer, eam cum Cl. Henslero communicauit, indeque eam litteris repetendam curaui.

u) *Les trois Comptes, intitulez, de Cupido et d' Atropos, dont le premier fut inventé par Seraphin, Poëte Italien, le ſecond et tiers de l'invention de Maiſtre Iean le Maire*, 1525. Vid. *Aſtruc.* l. c. p. 493. ſeq. Fuit natione Belga, natus 1473. et circa id tempus, quo liber prodiit, denatus. Qua ex fabula colligitur, primam communemque contagionis vim a naturalibus manaſſe, foede puſtulatum corpus fuiſſe, doloribus vehementiſſimis aegros dinexatos.

x) *Hiſtoria general y natnral dell' Indias occidentales L. II. c.* 13. *p.* 90. in *Coll. Ramuſin.* Vol. II. Natus Madriti 1478. in aula regis Ferdinandi commoratus (1493 et 1496), cum Colvmbvs ex India occidentali rediret, delatus a. 1513 in Terram firmam, primus metallorum inſpector, et redux in patriam a. 1515 et 1525. hoc demum anno ſcripſit *Summarium*, et *Carolo* V. Imp. nuncupauit. Multum ei tribuit Cl. Girtanner (Abhandl. von der Luſtſeuche P. I. p. 30. et magis P. III. p. 888.) negat et abunde probat Cl. Hensler (Ueber den Weſtindiſch. Urſprung der Luſtſeuche p. 18. ſeq.) eum et teſtem ſuſpectae fidei eſſe, nec ſibi ſatis conſtantem, et de ſolo morbo Peruanis proprio, *bubas*, loqui, qualis a. 1496 incidit, nequaquam de lue venerea, qualis a. 1493. fuit. Et de hoc quaeritur. Nuperrime in lucem edita eſt *La America vindicada de la calumnia* de *haber ſido nadre del mal venereo, por el autor de la idea del valor de la isla Spannola*, *Madrid* 1785, 4. Auctor totus in eo eſt, vt morbi foedi origines ſoli Europae aſſignet, vſus argumentis *Sanchezii*, *Clauigeri* et *Sarmienti*, de quo vide *Engliſh Rewiew Sept.* 1788. *p.* 221. et Cl. Hensler l. c. p. 83.

y) Ib. L. II. c. 14. p. 92. et ed. Hiſp. fol. 20. Extat etiam alius locus huc pertinens L. X. c. 2. p. 148. et 149. et L. XVI. c. 17. p. 177.

ſtri peccati permette il male, là per ſua miſericordia prouede di remedii. Ma di queſti due alberi ſi dirà appreſſo nel decimo libro. Hora diciamo come queſte bughe paſſarono in Hiſpagna da queſta Iſola Spagnuola con le monſtre dell' oro. S'è nel precedente capitolo detto, che nel 96 ritornò il *Colombo* in Hiſpagna. Doppo il qual ritorno, io viddi et parlai con alcuni di quelli, che ritornaron all' hora in Caſtiglia, come fu il Commendatore Meſſer *Pietro Margarito*, et i Commendator l' *Arroio* e'l *Gallego* et *Gabriel di Leon*, et *Giouan della Vega*, et *Pietro Nauarro*, et altri creati nella corte del Re catholico, da i quali inteſi molte coſe che vedute et patite haueuan in queſto ſecondo viaggio: come n' haueua gia inteſe di quelle del primo viaggio molte da *Vincenzo Pinzon*, che fu un di quelli primi pilotti, che andarono col *Colombo* la prima volta: et col quale io hebbi amiſtà, fino dal 1414. che egli morì et come ne fui anco informato dal pilotto *Fernando Perez Matheos*, che al preſente viue in queſta città, et ſi ritrono nel primo et terzo viaggio, che il primo Almirante Don *Chriſtophoro Colombo* fece à queſte Indie. Hebbi anco notitia di molte coſe di queſta Iſola da due gentilhuomini, che nel ſecondo viaggio dell' Almirante vi vennero, et hoggi dì, qui in queſta citta viuono et ſono, *Giouanni di Rogias* et *Alonſo di Valentia*, et coſi anco da molti altri, che come teſtimonii di viſta mi diedero particulare relatione di quanto s'è detto di queſta Iſola, et de gli affanni et trauagli, che vi ſentirono. Ma piu che niuno de gli altri, che ho detti, m' informò à pieno il Commendator Meſſer *Pietro Margarito*, huomo principale della caſa reale et tenuto in buona eſtimatione dal Re Catholico: et queſto Caualiero fu quello, che il Re et la Reina per principale teſtimonio tolſero, et à chi maggior credito diedero delle coſe, che ſeranno qui nel ſecondo viagio paſſate, come ſe n' è gia ragionato di ſopra. Hora queſto caualiero M. *Pietro* andaua coſi infermo, et ſi lamentaua et doleua tanto, che ben mi credo, che eſſo ſentiſſe i dolori, che ſentire ſogliono quelli, che ſono da queſta paſſione tocchi: ma non gli viddi pero buga alcuna. Indi à pochi meſi nel mendeſimo anno del 96. cominciò à ſentirſi queſta infermità fra alcuni cortigiani: ma in quelli principii andaua queſto male fra perſone baſſe et di poca auttorità. Et ſi credeua, che ſi miſchiaſſe queſto morbo con accoſtarſi con donne publiche. Ma poi ſi ſparſe anco fra alcune perſone principali: et gran marauiglia cauſaua à quanti lo vedeuano: ſi per che era il male horrendo et contagioſo, come per che ſe ne moriuano molti. Et perche l' infermità era nuoua, i medici non l' intendeuano, nè ſapeuano curare, nè darui conſiglio. Hora ſegui poi, che fu mandato in Italia il gran Capitano *Gonzalo Fernandes di Cordoua* con una groſſa et bella armata da i Re Catholici in fauore del Re *Fernando ſecondo* di Napoli contra il Re *Carlo* di Francia chiamato della teſta groſſa. Et fra quelli Spagnuoli, che conqueſta armata andarono, ve ne furono alcuni ammorbati di queſta infermità: onde col mezzo delle donne et col viuere miſchiarono queſto lor morbo à gli Italiani et alli Franceſi: et perche nè queſti, nè quelli haueuano giamai tole infermità ſentita, cominciarono i Franceſi à chiamarlo il mal di Napoli, credendo che proprio di quel regno foſſe: et i Napolitani penſando, che con li Franceſi foſſe venuto, lo chiamaron mal Franceſe: et coſi d' all' hora in poi per tutta Italia ſi chiama. Ma nel vero da queſta Iſola Spagnuola paſſò queſto male in Europa. Et qui è morbo molto ordinario à gl' Indiani, che ſe ne ſanno guarire, et hanno a queſto effetto excellenti herbe, et piante appropriate à queſta et ad altre infermità, come è il Guaiacan (che alcuni vogliono, che ſia l' hebeno) e'l legno ſanto, come ſi dirà, quando ſi ragionerà de gli alberi.

Puo Voſtra Maeſtà z) tener per certo, che queſta infermità venne dall' Indie, et è molto commune à gl' Indiani, ma non è coſi cattiua in quelle parti como in queſte noſtre; anzi molto facilmente gl' Indiani ſi ſanano nell' Iſole con queſto legno, et in terra ferma con altre herbe, ò coſe che loro ſanno, percho ſono molto grandi herbolari. La prima volta che queſta infermità ſi viddè in Spagna, fu dapoi che Don *Chriſtophoro Colombo* hebbe diſcoperte l' Indie, et tornò à queſte parti et alcuni Chriſtiani che vennero con lui, che ſi trouorono al diſcoprir di quelle terre, et quelli anchora che fecero il ſecondo viaggio, che furono molti, portorono queſta malathia, et da loro s' attacò ad altre perſone. Et l' anno 1495. che il gran capitan Don *Gonſaluo Ferrando di Cordoba* paſſo in Italia. —

Nel *vero queſto a) e un proprio* di queſta terra, è coſi ordinario a gl' Indiani, como nell' altre parti viſono altre infermità ordinarie. — Fra gl' Indiane non è queſta infermità coſi gagliarda, ne coſi pericoloſa, come è in Spagna e nell' altre contrade fredde. — E benche ora in altre parte ſi ritiova il mal Franceſe, la' orrigine pero di queſte bolle, è dove i Chriſtiani prima le viderò, provarono e ſentirono — — fu in queſta iſola Spagnuola. — — In queſte Indie pocchi Chriſtiani ſono da queſto disgraciato male iſcampati, i quali ſi ſiano carnalmente giacuti con le donne Indiane di queſti luoghi.

En *lo quel b) io hablo como teſtigo* de viſta — y eſtuve en Barcelona, quando fue ferido el Rey, come he dicho, y vi alli venir el Almirante, Don *Chriſtoval Colòm* con los primeros Indios, que deſtas partes alla fueron en el primero viage y deſcubriemento Aſſi que no hablo de oïdas — ſino de viſta —

Ay en eſta isla c) un animal llamado *Ivano*. — Como los Chriſtianos ſe moſtraron a comer eſtas animales, eran entre ellos eſtimados — ſolo un danno tienen, de que yo ho oydo quexarſe a algunos. Y es, que dizen, *que los que han ſeido tocados del mal de buas, quando comen eſte animal les torna a tentar a quella dolencia, aunque aya algun tiempo que èſten ſanos.*

El arbol d) que en las Indias llaman *palo ſancto*, digo, que en opinion de muchos es uno de los mas excellentes arboles del mundo por los enfermedades y llagas y diverſas paſſiones que con èl ſe curan. — Pueſto que aqueſte palo ſancto ha hecho mayores experiencias, porque de mas de se curar con el *el mal de las buas*, como con el Guayacan, y mui mejor, curanſe otras enfermedades muchas que noſe ſanan con el Guayacan. Pero ſolamente dice yo aqui lo que vi hazer o *eſperimentar en un enfermo tocado del mal de las buas*. Los que tienen llagas, lavan las con aquella agua, que es dicho, y limpian las con un paño, y deſpues de enxutas tornan a untar la llaga con la eſpuma que haze el agua en el cozimiènto que tienen recogida para ello, y ponen ſus hilas blancas y encima ſus pannos blancos y limpios. Y ſanan de llagas que porcierro yo las he viſto ſanar deſta forma tales que ſe tenian ya por incurables, por ſer mui viejas, y mui enconadas y denegridas, que ya parecian mas de eſpecie de cancer ò de ſant Lazaro, que otra coſa. —

XXXXVIIII.

IOANNES DE BOVRDIGNE e).

Je ne vueil oublier, que en ceſt an (1495) commença *à regner en France une maladie*, que les Francois appellerent *groſſe verolle* et *galle de Naples*, pour ce que en leur voyage de Naples premierement ſapparut ceſte infection, et les Italiens lappellarent *le mal francoys*, pour ce quelle commenca en leur pays, lorsque les francois y allerent, *qui eſt une maladie dangereuſe, qui au commencement neſtoit moins à craindre que lepre, mais par ſucceſſion de temps elle a quelque peu mitige ſa fureur, et n' eſt ſi vehemente, ne contagieuſe, comme elle ſouloit*. Toutefois elle a eſte cauſe de la mort de pluſieurs grans perſonnages, lesquelz ne ſceurent jamais trouuer remede, mais puis peu de temps ès iſles eſtranges que les eſpagnolz ont nouuellement deſcouuertes a eſte trouue ung arbe vulga-

z) Sommario c. 76. p. 65. ap. *Ramuſ.* Vol. III. et ed. Hiſpan. ap. GIRTANN. p. 909. T. III.

a) *Hiſtoria general y natural de las Indias occidentales* ib. p. 148. et 149. T. III. quem locum exhibuit Cl. GIRTANNER.

b) Hiſt. generale L. II. c. 7. f. 9. repet. ap. GIRTANNER Abhandlung von der Luſtſeuche P. III. p. 890.

c) Ib. L. XIII. c. 3. fol. 102. Idem repetitur in *Sommario* c. 6.

d) Ib. L.XVI. c. 17. fol. 128.

e) *Hiſtorie aggregative des Annales et Chroniques Daniou par Jehan de Bourdigne, reueues et additionnées par le Viateur, Angiers 1529. f. Part. III. p. 180.*

gairement appelle *Gajacun qui eſt la ſouveraine et extreme medecine et remede contre icelle maladie, du quel boys de Gaiacum l'experience et cure fut approuuee a Angiers Lan de noſtre ſeigneur* 1523. Et lui veit on faire merueilleuſes operations et en furent pluſieurs gueris leſquelz on nauoit eſperance de veoir jamais en ſante.

L.

IOANNES LVDOVICVS VIVES *f*).

Ne quis eſſet a periculo immunis, morbi vniuerſi ſunt Europam peruagati, non illi modo veteres, ... ſed noui, inſoliti, inuſitati, horribiles, abominabiles. Primum *ſcabies Indica*, quam aliae nationes in alias nominatione reiiciunt, ſed quid iuuat, ſi re non ab ſe deiiciunt ac depellunt?

LI.

AVREOLVS THEOPHRASTVS PARACELSVS *g*).

De puſtulis h).

In ſpeciebus *gallici morbi* tria obſeruabis, purgationem, curam et conſeruationem. De quibus haec paucula notabo. Purga principio puſtuloſum ceniotemio, quo pellitur cauſa morbi vna cum materia peccante. Cauendum autem, ne interim a doſi et quantitate huius purgationis longius, quam par eſt, aberres. Porro ſi *puſtulae* adhaeſerint cuti extrinſecus, aut alioquin *dolor iuncturarum* altius inſederit corpori, inunge oleo, quod eſt ex realgare, et conualeſcet aegrotus. De *vlceribus* autem, *nodis*, *tuberibus*, ſiue extra corpus, ſiue in corpore, quae inde exoriuntur, iuxta praeſcriptum praxeos, quae eſt de vlceribus, agito. —

Tum habebis (mercurium) praecipitatum dulce, vt ſuccarum vel mel, qui in omnibus vulneribus, vlceribus et *morbo gallico* ſummum arcanum eſt, vt melius ſibi medicus optare non debeat. —

Sulphur et ſal non poſſunt ipſum (mercurium) coercere propter vehementiſſimum calorem, qui repellit haec duo, et mercurius adeo attenuatur, vt oſſa et carnes penetret, non ſolum poros, verum et aliis in partibus, tanquam ſudor, tranſit ac penetrat. Vnde ſciendum eſt, *morbi gallici puſtulas*, lepram aliaque eius generis mala oriri, ac ipſorum primam materiam et cauſam cum aliis cohaerentibus inde prodire. —

Similiter et *in morbo gallico l*) DIONYSIVM quendam finxerunt, credentes, eſſe morbum incurabilem, ſed et in peſte deſperatio et fides ipſorum in cauſa fuit, vt curari non potuerit, quin et iſta ſua fide coelum ipſum inficiunt, vt peſtes tales gignat, quales ipſi credunt. —

An ea res parua eſt *m*) aut ita contemnenda — cum omnes morbos vulnerarios complectar, *quomodo in morbum gallicum tranſplantentur, qui morbus omnium*, qui in mundo ſunt, *maximus* eſt, *nec peior vnquam repertus* eſt, *nulli parcens*, praecipuaque capita maxime aggrediens? —

Transmutatio morborum *n*) lepram generare poteſt, vt *ſcabies gallicana*, alopetia, morphea. —

De Morbo Gallico o).

Hic morbus apud Germanos primum dictus eſt gallicus ſ. *Mala Franzoſſ.* Sed de nomine non quaerimus. Certe *a Gallis ortus eſt* — ſub obſidione Neapolitana: Hinc etiam dictum *Neapolitanum crimen*, inde delatum contagium ad omnes nationes. — Naſcitur ex duplici lepra. — Fit morbus primum ſolo ab coitu, — et ſedem ſolem habet in matrice vel orificio vuluae. —

Naſcitur *p*) lues ex duplici lepra, communi et vulnam obſidente — pertinax, rebellis, fallax, valde diuexans aegros — ex vaga venere *q*) — ergo dici non poteſt morbus LAZARI et IOBI, vtpote veneri non deditis, — non debetur aſtris. —

Infecta genera puſtularum *r*) quinque ſpecies ſub ſe comprehendunt, nempe cicatrices, puſtulas, morpheam et noli me tangere, heriſipelam, ſed per coniunctionem cum aliis morbis et locorum diuerſitatem ſiunt ſpecies infinitae. — Materia *ſ*) morbi eſt, veluti congeries leprae, ſcabiei, herpetis, ſerpiginis, fiſtularum et cancri, bubonum, gangraenarum. — Eſt ſpecies preſſurae gentium. —

Contrahitur *t*) primum actu venereo, deinde tactu externo inquinati, tandem fit morbus hereditarius, et tranſit a patre ad filium, ab infecto ad alium. — Infectio per tactum fit ſudore, vapore, ſpiritu, hinc homo purus infectum non debet attingere, nec cum eo habitare, nec eius vtenſilibus vti, ſed praeſtat eum prorſum fugere. — Eſt morbus foedus, ſe ad alios propagans, alios contaminans, et magis hereditarius, quam lepra. — Quiqui luem Gallicam partu accipiunt, vt infantes, non poſſunt ab hoc contagio liberari, — creſcit morbus cum infante, et pro miaſmatis virtute modo citius, modo tardius erumpit. —

Differunt puſtulae *u*) chirurgicae et francigenae, — hae primum erumpunt in pudendis et fronte, maximeque in locis piloſis — incidunt cum magna membrorum debilitate, vitio ſtomachi et hepatis, ac pedum impotentia — curari nequeunt ſine mercurio — contrahuntur coitu. —

Icterus *x*) cum morbo Gallico copulatus non curatur, niſi ſubacta materia venerea. Sic etiam curari poteſt lues, herpete reliquo. Qui ſi eſt immedicabilis, exinde colligitur, luem non eſſe funditus exſtirpatam. —

Influxione caeleſti *y*) oriuntur plurimae luis ſpecies, hinc genera morpheatica, leproſa, ſerpiginoſa, febrilia etc. quae ſingulari medendi via debemus aggredi. — Ex tribus coniunctionibus *z*) elementalibus ſiunt tres ſpecies morbi Gallici, aeque triplici modo curandae. —

Non

f) *Concio de ſudore Chriſti*, *Brugae* 1529. Natus erat Valentiae 1492. clarus circa a. 1521. rhetor et philologus, ERASMI amicus, denatus 1540. Locus vero propter nomen morbi memorabilis eſſe videtur Cl. GIRTANNERO, cum, qualem Hiſpani originem veram putarint, inde colligatur, dubium vero eſt, vtrum lues venerea et iſta ſcabies eadem habenda ſit.

g) *A. Theophraſti Paracelſi Eremitae - Operum latine redditorum T. I. Baſil. ex off. Petri Pernae* 1585. 8. et p. 47. T. I. Opp. Strasb. 1603. et iterum germanice p. 858. Pertinet ad a. 1529. Vir in ſua re diſertus, loquax, ſibi ſoli placens, ceteros ſpernens, maxime Galenicos, ab ſcholae praeiudiciis alienus, practicus et chemicus non leuis, meliorique fato dignus, proprio quodam dicendi genere vſus, hinc paullum obſcurior, in hoc certe argumento non omnino ſpernendus eſt, quia et veram mali originem a venere vaga repetiit, et multiplicem aliorum morborum cum eo coniunctionem, immutatam naturam et varias contagionis vias ſatis docuit, et mercurium ceteris medicamentis praeferendum putauit, guaiaci vſum damnauit, in ſumma, praeclare rem ſuam tuitus eſt, vt artifex peritus, ſed more ſuo i. e. duriter ac grauiter. Natus erat a. 1493. denatus a. 1541. hinc, quae prima luis gallicae origo et forma fuerit, apprime gnarus. Ergo vero decreta huc pertinentia vertenda ſedulo curaui, vt potui, miſſis factis ratiociniis, adſumtis tamen verbis latinis, quibus vſus iſte nouator erat, etiamſi ab veteri Romani ſermonis elegantia plurimum abhorrentibus.

h) *De Vita Longa* II. 12. p. 297. T. I.

i) *De Natura Rer.* V. p. 412. T. I.

k) Paramirum L. II. c. 4. p. 121. T. II.

l) De Cauſ. Morbor. Inuiſibil. L. I. p. 361. T. II.

m) Paragranum p. 468. T. II.

n) Schol. L. VI. Paragraph p. 187. T. I. *Opp.* Strafsb. *per I. Huſerum* 1603.

o) V. Chir. Bücher u. Schrift. Strasb. 1605. *Das dritte Buch der groſſen Wundarzney von Vrſprung vnd Herkom̃en, Heylung und Erkandtniſs der Lachme, Blattern u. Franzoſen* — c. 1. p. 131 ſeq. Ex his libris potiora momenta lubet excerpere, vertere non licet.

p) Cap. 2. p. 133.

q) Cap. 4. p. 137.

r) Cap. 5. p. 138.

ſ) Cap. 6. p. 142.

t) Cap. 8. p. 143. 144.

u) Cap. 9. p. 145. ſeq.

x) Tract. III. c. 1. p. 146.

y) Cap. 2. p. 147.

z) Cap. 3. p. 147. ſeq.

Non dantur *a*) quatuor luis Gallicae ſpecies, ſed amplius centum, omnes vero ſibi affines. — Purgantia humoralia non iuuant. — Cura vnguenti ſumta eſt ex veteri medicina ab ſimilitudine ſcabiei. — Facile colligitur mercurius in concauitatibus articulorum, ſed non habet vim curandi luem Gallicam. —

Curatio per ſuffumigia *b*) debetur impoſtori, ne per mercurium facta eſſe videatur, ſed per cinnabarin — grata multis, donec dentes inde defluebant, vna decidebat atque marceſcebat, tunc demum derelicta ſunt. —

Cauſtica *c*), quae temere adhibent, non iuuant, quia vitium non reſidet in carne, ſed in hac tantum fluxus gallicus, ergo prudens quisque ab illis abſtinet. —

Alii *d*) horum loco mercurium ſublimatum ſpiritu vini commiſcendo praepararunt aquam, eaque lauarunt puſtulas, ſic, vt cutis inde vlceraretur, nec dubitarunt hoc modo aggredi contracturas. —

Alii *e*), inque his maxime Itali, poſt Germani, luem balneo ſudatorio debellare auſi ſunt, ſed irrito. — Quis enim vnquam vidit, hanc luem eſſe ſudore profligatam? —

Alii etiam cruribus cantharides ſuperhabuerunt, ſed hae, etſi non nocent, tamen dolorem augent. — Nec intentata *f*) reliquerunt medicamenta chemica et emplaſtra Saturnina. —

In curatione *g*) luis Gallicae prima ſunt mercurius, marcaſita et metalla. His ſolis ea perſanatur. — Purgantia *h*) non proficiunt, niſi addito mercurio. — Omnis ſudatio *i*) ſine mercurio vana eſt. — Si quando ſuperueniunt *k*) bubo vel aliae vlcerationes, aperiri debent, nequaquam repelli. —

Temeraria purgatione *l*), ſudatione, medicatione ac ſyruporum hauſtu occultos morbos velut euocant, luem gallicam hac via non tollunt, ſed corpus debilitant, vnde iterum noui morbi naſcuntur, v. c. apoplexia, hydrops, dolor laterum, ceterique ex putredine ac debilitate morbi. — Mercurius *m*) vim habet purgandi, putrefaciendi ac refrigerandi, hinc varios morbos inducit. —

Miaſma venereum *n*) hoc habet proprium, vt omnes morbos immutet, velutique in formam aliam transformet, et nouos morbos ingeneret.

Hinc prodierunt mirae peſtilentiae, pleureſes, febres, — eaque de cauſſa immedicabiles, ſaepius repetentes.

— Alimenta *o*) non efficiunt luem Gallicam, quodammodo fouent. — Morbus *p*) fit deterior vſu decocti Guaiaci. — Naſcuntur ex hoc malo *q*) et peruerſa medicatione noui morbi, febris hectica, phthiſis pulmonalis, hydrops, vlcera interna, iſchias, ſingultus et tremor ſtomachi, digeſtio laeſa, diarrhoea, dolor laterum, ſurditas, ſitis, fluor albus, exanthemata, eryſipelas, lupus, cancer. —

Erupit morbus *r*) circa a. cIↃcccclxxx. ab influentia Veneris et luxuriae, poſt virtute generatiua perpetuat, et ad infantes tranſit conceptione ac lacte, extrinſecus tactu, communi ſudore etc. Hinc ſi primi ex infectis abſtinuiſſent ab actu venereo, lues prorſus periiſſet, hinc corporale vitium eſt, nunquam aſtrale i. e. ab noua influentia ortum. — Non adeo differt *s*) lepra ab lue Gallica, ſed haec luxu propagatur, miſtura veteris morbi, conſtellatione Veneris et coitus miniſterio. —

Non curari poteſt lues *t*), niſi ante curentur morphea, noli me tangere, alopetia, elephantia etc. In his enim fons morbi eſt. — Lues Gallica *u*) eſt morbus connatus. —

Omnes morbi *x*) venerei latent in ſemine — interdum foris intra eunt, — faciunt dolorem articulorum, arteticam, ſciaticam, podagram, chiragram, genugram, bubones et puſtulas etc. — Ab miaſmate venereo *y*) oriuntur puſtulae venereae, ſed hae non, niſi praeſente materia. Puſtulae vulgares ſemper fuere, lues Gallica minime. — Saepe vocantur venereae, etiamſi tales non ſint. — Gallicae puſtulae *z*) cognoſcuntur, quod non per ſe ſaneſcant veteri curationis via, — cernuntur ſiccae, humidae, acutae, durae, multae, paucae, ſublimes, longae, latae, nigrae, cinereae, albae, citrinae, virides et rubrae, ſed cauſſa huius diuerſitatis non ab miaſmate venereo eſt, magis ab veteri puſtularum genere. — Secundum variam materiam *a*) poſſunt tres et plures Gallicae luis formae oriri, non vno modo perſanandae. — Dantur etiam puſtulae, quae ſaepenumero ſponte ſaneſcunt, cum hinc inde migrant materiae, et alio loco deſidunt, et matureſcunt, dantur aliae, quae quidem locum mutant, hic quidem euaneſcunt, ſed illinc iterum erumpunt. Hae dicuntur *variolae peregrinationis*, et etſi formam coloremue mutant, tamen eadem conſtant materie.

Attendenda etiam eſt aetas puſtularum *b*) Gallicarum. — Nam ſi tunc breui exit ſcabies venerea, breui per ſe ſaneſcit. — Sed caue, ne tempus eruptionis et originis idem putes. — A ſimilitudine puſtularum nomen induunt, v. c. morphea venerea. — Sed maior cura habenda eſt materiae, quam formae. —

Fiunt interdum ſub forma *bullarum c*), albarum, magnarum, paruarum, calidarum et artentium ſ. dolentium: Haec eſt *cura lubrica*.

Aliae *bullae* ſunt etiam albae, vt furfures, et ſquamae: Haec eſt *cura piſcium*. Aliae bullae ſunt albidae, vt glandulae, nodi vel verrucae; Haec eſt *cura thymi*. Aliae referunt ſerpiginem, ſerpunt, conſiſtunt, ambulant ex loco alio in alium, vel cutem erodunt, exaſperant, findunt: Haec eſt *cura vitriolati*. —

Ex coniunctione conſtellationum *d*) fit coniunctio receptarum. Vna ſpecies eſt, in qua ſubeſt contractura membrorum, iſchias, nodus. Haec eſt *cura tincturarum*. Si vero membra flectuntur, cum eruptione exanthematum, puſtularum, tumorum, haec eſt *cura mumiaca*. Si malum ad brachia et pedes, lacertos, muſculos et ipſas venas deponitur, hinc efficitur *cura virtutis expulſiuae*. Alia datur ſpecies, cui, vt reliquis, ab *ſcintilla veneris* nomen eſt, eaque naſcitur ab medulla, vaſis, ſero, effloreſcit in cruribus: Haec eſt *cura medullata*. Alia ab aere, cibo atque potu pendet, et continetur *cura abſtinente*. Alia recrudeſcit per ſolum coitum, et requirit *curam florum veneris*. —

Idem valet de aeruginoſis *e*). Si ergo vlcera ſimilia ſunt cancro, fiſtulae, ſironi faciei, lupo, atque

a) *Libr. Chirurg.* P. II. De *Morb. Gall. I. ſ.* De *Impoſtur.* p. 151.
b) Ib. p. 153.
c) Ib. p. 154.
d) Ib. p. 154.
e) Ib p. 155.
f) Ib. p. 157. ſeq.
g) L. II. c. 3. p. 163.
h) Ib. c. 4. p. 165.
i) Ib. c. 11. p. 168.
k) Ib. c. 21. p. 173.
l) L. III. c. 2. p. 175.
m) Ib. c. 3. p. 175.
n) Ib. c. 4. p. 175.
o) Ib. c. 6. 7. p. 176.
p) Ib. c. 15. p. 179.
q) Ib. c. 21. p. 181. ſeq.
r) *De Orig. Morbi Gall.* I, 3. 4. p. 191.
s) Ib. c. 5. 7. p. 192.
t) Ib. c. 9. p. 193.
u) Ib. c. 17. p. 196.
x) L. II. c. 1. p. 197. et c. 11. p. 202.
y) Ib. c. 13. 14. p. 203.
z) Ib. c. 15. p. 204.
a) Ib. c. 16. 17. p. 204.
b) Ib. c. 19. 20. 21. p. 205. ſeq.
c) Lib. VII. c. 9. p. 238.
d) Ib. c. 10. p. 239.
e) Ib. c. 11. p. 239.

que hinc inde ſerpunt, vlcerant, pungunt, vrunt, tendunt, ruborem inducunt, fit *cura cancrae*. Si aſſimilantur phlegmonibus, ſcrophulis, fiſtulis, vlceribus, deſideratur *cura de fixis*. Si adſunt tumores crurum, fluores, putrefactiones, dicitur *cura reuerberatoria*. Si naſcuntur papulae, vlcera humida, veſicae, eryſipelas, quae leniuntur arthritite vel varicibus, requiritur *cura riuolae*. Si notae ignis perſici, prunae vel locuſtae accidunt cum cute nigra vel liuida, vnguium defluuio et panaritio, dicatur *cura interclusa*. Si verrucas, ficus, carnem luxuriantem et fauos efficiunt, fit *cura ingenita*. Si naturalia et lumbos occupant, et cum cambucca, bubone vel hernia copulantur, dicitur *cura cordarum*. Si oſſa tument, ſequitur *cura cuſcutae*. Si tandem morbus aſſimilatur leprae, hydrophorbiae, vndimiae, elephantiae, nominatur *cura interpoſita*. —

Puſtulae f) non naſcuntur ab quatuor humoribus — lues Gallica *g*) fit tranſplantatione. —

Infectio *h*) fit triplici via, videlicet coitu, partu, tactu. Prima via ſatis patet, altera aeſtimatur ab parentibus, tertia fit *accubitu veſtibus, lectis, vaſis, inſtrumentis infectis etc.* Hi vero, niſi cum chirurgicis morbis copulantur, non illico pro venereis habentur, ſed altero demum anno ita cognoſcuntur, quia natura non tam facile ab hac hereditaria materia ſuperatur. Tunc demum, ſi coſſi intus in corpore latebant, citius efflorеſcunt velutique erumpunt. — Sed extra hanc viam triplicem non datur alia luis gallicae origo.

Dantur etiam multae ſpecies *i*) mutabiles, et videntur modo eſſe verrucae, modo ſcrophulae, modo varices, antequam luem ipſam produnt, modo apparent, vt bothor, porri, vndimia, polypus, nacta, nata, napta, modo ſimiles ſunt formiculis, chiolis, medenis et exituris. —

Complicatur *k*) etiam lues Gallica cum hydropiſi, podagra, paralyſi, catarrho, ictero, gamorrhoea, morbo caduco et menſtruo, interdum inter ſe plures veluti miſcentur. —

Hoc lignum *l*) ſolum ventrem laxat, fixum morbum non curat, niſi ſit mobilis: Alias morbum hoc ligno nunquam curabitis aut ſolo caſu. — Ante curam purgandum eſt. —

Morbus Gallicus *m*) tantum naſcitur ex venere, deinde fit etiam ex hereditate. Haec ergo prima ſigna ſunt. Quicunque queruntur ſubitam debilitatem corporis, dolorem ſub axillis, lumbis et inguine, et rem habuerunt cum meretrice, hoc initium luis Gallicae eſſe dicito. Quae mala ſi deſunt, contra incidit febris ſine paroxyſmo, ſi dolorem dentium conqueruntur, et cicatrices oſtendunt, dic etiam, hoc eſſe initium luis, modo coitus praeceſſerit. Quod ſi ne haec quidem ſigna deprehendantur, vnaque aegri poſt venerem incidant in cambuccam vel in eius ſpecies, micturam ſaniei vel puris citrini, ſimiliter pronuncia luem adeſſe. Item ſi bubo, pruritus naturalium vel qua alia vlceratio virgae ſequeretur, vbi concubuerunt, dic, natam eſſe luem Gallicam. Item ſi puſtulae, verrucae, aſpredines, ſcabies et aliquis iuncturarum dolor vrgeant, ſimiliter intus lues eſt. Item ſi ſpiritus et pituita narium foetet, et inguen tumet, coitu antegreſſo, audacter luem praedicito. Item ſi femina integra et bella quidem eſt, quoad phyſiognomiam, verum hinc inde poſt coitum puſtulae efflorеſcunt, morbus Gallicus inſequetur.

Item ſi poſt coitum *n*) illa ſigna deeſſent quidem, aeger vero perſentiſceret dolorem ab mutato aere, vel veſperi, vel ſub lunae conuerſionibus, dic, hanc eſſe paralyſin Gallicam. Vel ſi tales dolores frontem vel oſſa narium, mandibulas, furculam vel fauces occupant, vnaque vrget ſpiritus fetidus et compreſſio orificii ſtomachi, etiam indicatur paralyſis Gallicae initium. Quo ergo plura ex reliquis notis intercurrunt, dic, morbum hunc difficilius partum iri. Quin ſi vlcera veniant poſt illa ſigna, vel cum illis ſignis, vbi vir rem cum muliere habuerit, eum vehementiſſime infectum puta. Hoc etiam animaduertendum eſt de iis, qui luem hereditate acceperunt. Et ſi. qui cohabitant cum gallicis hominibus, aliqua ex praedictis ſignis ſenſerint, hi ab baſiliſco venenati putandi ſunt, ſiue fiat *tactu oris* vel *quoque alio corporis*, ſiue *ſudore*, ſiue *timore*. — Sed vtriusque morbi eadem eſt facienda curatio, ſiue adulti ſint, ſiue infantes. In his tamen non liquet mali origo. —

Vt ergo finiatur *cura puſtularum o*), hoc ſciendum eſt, hanc ſolo ſpiritu mercuriali contineri. —

De bubone p). Ego vero dico, bubonem eſſe contagionem ex commixtione duorum ſimilium et ex tertia in generationem apoſtematum, vnde ex ſalibus luxurioſis in vlcerationem tranſit. — Curari debet apertura et maturatione. —

De cambuca q). Dico, cambucam oriri ab materie bubonis, citius appoſita. Eo ergo loco, quo facta eſt depoſitio, ibi etiam fit vlceratio. Quaeque cambucca eſt bubo, et ſolo loco differt. Si poſt actum venereum ſequitur ardor et tumor, forte et pus in vrina, deinde vlceratio, tandem putredo, haec cambuca dicenda eſt. Sub finem tranſit in vlcerationem, foramina corroſa confluunt, et virga putrefit. Curatio fit camphorato et emplaſtro de mummia.

De bubone r). Bubo, cuius ſigna ſunt, creſcit ſex, octo vel decem hebdomadas, antequam erumpit, interdum duodecim dies, deinde tumet et rubet, torporem cruris inducit, parit aeſtum, impotentiam et faciei pallorem. Ipſi dicunt ex cholera eſſe bubonem, alii ex vaſis ſpermaticis et ex corrupto ſpermate.

Bubonem dico originem ducere ex duabus commixtionibus, ſcilicet viri et mulieris. Illa commixtio eſt ſubiectum, id eſt, prima cauſſa ad bubonem, poſtea vbi ſcabioſus, id eſt, tertius vir accedit, facit bubonem, id eſt, ſcabioſum ſperma. Ego vero dico, bubonem eſſe venenationem ex commixtione duorum ſimilium, id eſt, viri et mulieris per vtriuſque ſperma, et ex tertia, id eſt, admixto ſpermate peregrino. —

Bubo eſt corruptio: Hoc negare non poſſum, ſed qualis, obſeruandum eſt. Quando fit, quod matrix concipit ſemen, id eſt, ſperma bonum, vnde generat, non fit bubo, ſed quando ſcabies et pruritus in matrice ſunt, aut illuc mittuntur, id eſt, ſperma luxurioſum. Si eſt in matrice, aut quod vir immiſit luxurioſum ſperma in matricem, ibi iacet quatuor vel quinque hebdomadas, et ſi poſtea alius venit, et nondum in matrice ad apoſtema comparatum eſt, tunc in coitu libido, quae in viris apud renes iacet, non in praeputio, (et in mulieribus in matrice libido eſt) ideo libido vel luxuria vim attractiuam habet, et in coitu per venulas attrahit ex fundo matricis peccantem materiam, inde fit apoſtema ſeu bubo etc. Si autem vis attractiua libidinis non attrahit viro, tunc in muliere facit bubonem. Principalis ergo cauſſa eſt bubonis, ſi mulier eſt ſcabioſa, non in cute, ſed ſi in ſanguine eſt, hoc totum ad matricem vadit, in viro autem in vaſa ſpermatis. Ideo quicquid efflorеſcit et ſcabreſcit, non facit bubonem, id vero, quod non efflorеſcit, attrahit, quicquid in membris pruriginoſum eſt, a vi attractiua, in vaſa ſpermatica, quia libido vim habet attractiuam, et attrahit nutrimentum ſuum a membris, et ſcabioſam materiam attrahit. Hoc notandum, quod duplex eſt ſperma, ſcilicet ſperma generatiuum et ſperma pruriginoſum, vnde ſcabies et pruritus oritur. Nam in vaſis ſpermaticis vis attractiua eſt, et attrahunt ab omnibus membris, quod ineſt vitioſae materiei, ſi non expellatur per cutem et cutis ſcabiem. —

Si

f) *De Variol. gallic. bubon.* I. p. 253. ſeq.

g) L. III. c. 1. p. 266.

h) L. V. c. 1. p. 276.

i) Ib. c. 6. p. 279.

k) L. VIII. 1. p. 293. ſeq.

l) *De Ligno Guaiaco* p. 323. ſeq.

m) Chirurg. L. III. Tract. I. c. 4. p. 413.

n) Ib. c. 5. p. 414.

o) Ib. Tract. III. c. 6. p. 420.

p) *Von Geſchwüren* c. 23. p. 441.

q) Ib. c. 24. p. 442. *Cambucca* i. e. vlcus genitalium impurum.

r) *Von offenen Schaeden* T. IV. c. 23. p. 590.

Si in bubone glandulae tument, deinde rubent, inſequente impotentia, aeſtu, frigore, appetitus defectione, bubonem adeſſe dicito. —

Caue repellentia, cauſtica et medicinam attrahentem: Magnum periculum inde eſt. — Si tu repercutis, id non eo ſinis ire, vbi natura dedit emunctorium. —

De cambucca membrata s). — Nemo timeat, quod bubonem vel cambuccam accipiat, niſi cum mulieribus rem habeat. Illa materia, quae facit bubonem, facit cambuccam. Nam quod non poteſt intrare ad vaſa libidinis, manet antrorſum, et incipit vlcerare, et in eo, quod vlcerat, quoque facit tumorem. Nam haec eſt natura ſalis vitriolati, facere tumorem cum exulceratione. — Primum, quod in cambucca fieri debet, eſt, quod aeſtus et tumor ſedetur, et non eſt potiſſimum, praeter camphoratum, quod ita refrigeret, et, aeſtu ſublato, imponatur emplaſtrum. —

LII.

MAGNVS HVNDT t).

Popularis memoratio aliquot cauſarum et ſignorum luis Gallicae.

Etſi cauſſae huius luis Gallicae ab medicis peritis ſatis deſcriptae et ſuo quaeque loco collocatae ſunt, tamen *princeps cauſſa* eſt *humor melancolicus*, qui ſua venenoſa acrimonia et maligna qualitate ſanguini admiſtus, in hepate ac vaſis augeſcit, huius vero virtute ad muſculos, paniculum adipoſum et cutem transmittitur, et ſic hunc morbum generat, *expellendo materiam primo ad pudendas partes et frontem*, more aliorum morborum, ex nimio hepatis ardore naſcentium et ſanguinem exaeſtuantium. Hinc fit iſta lues ab ardente velutique exuſto ſanguine, miniſterio hepatis, quod eum ad membra propellit, haec vero repellunt, et ad cutem demittunt. Quae vbi ab ea acrimonia infecta eſt, oritur *venenoſa ſcabies, quae dicitur lues Gallica* et tranſit ex corpore alio in aliud pro cuiusque natura.

Signa praenuncia luis Gallicae.

Signa morbi huius *ſordidi* et venenoſi ſunt grauitas capitis, colli, ſcapularum, brachiorum, et pedis, motus membrorum difficilis et laſſitudo, ſenſus vtricationis in cute. Praeter haec ſentitur dolor artuum, noctu, quam die grauior. — Quo magis abundat venenoſus humor, eo diutius temporis ſpatium requiritur ad materiam expellendam. Quamobrem pro varia corporum diſpoſitione variaque peccantis humoris natura alius citius, alius tardius a morbo ſuperatur. — Hinc fit, quod *alii breui ab hoc malo liberantur, alii ſerius, alii eo vſque ad mortem laborant*. Quin ſaepius natura turbatur in ſuo negotio malo quodam regimine ac peruerſa medicorum cura: Id quod in hac aegritudine plerumque accidit. Prima vero indicatio eſt remotio cauſſarum, idque conſequimur recta notarum et humorum diſtinctione. — Si enim *puſtulae citrinae* cum dolore magno et cutis vlceratione erumpunt, fiunt ab ſanguine acri aduſto. Si multum dilatantur ſine vehementi quidem dolore, at non ſine quadam moleſtia, fiunt ab pituita ſalſa, cum ſanguine miſta etc. Quare ex notatione horum ſignorum, complexionis, aetatis et temporis aeſtimanda eſt curationis via.

Fit vero hoc ſeptem modis. Alii *decoctis* et *balneo laconico*, et *ſuffumigio* vtuntur, (ſed hoc minus bene) alii *vnguentis*; quae ex iudicio medicorum peritorum prae ceteris proficua et ſalubria deprehenduntur, alii plurimum fidunt *ligno Guaiaci et duro regimini*. Et hoc quidem pro morbi natura fere prodeſt, ſic, vt quodcunque lignum, vnde demum cunque ſumatur, modo hoc ſequaris regimen, eandem virtutem oſtendat. Sed huic equidem nihil detractum cupio, modo memineris, plurimum ab hac victus cura et vſu ſex rerum ſperandum eſſe, puta, ab aere humido, moderate calido, odorum ſuauitate bene afficiente. —

De cibo et potu.

Debet cibus eſſe leuis et ſubtilis materiae — panis recens, — caro iuniorum animantium et iuſcula inde praeparata, poma, — vinum tenue — ſomnus moderatus et paullo longior — quies corporis motu potior — animi motuum fuga — aluus laxa, interpoſita lotione molliente. — Altera indicatio eſt purgatio humorum malorum, quod fit electuario diacatholiconis — haemorrhoides ſunt euocandae, vomitus ſalutaris, vtpote dolorem articulorum auerruncans. Tertia indicatio eſt, peſſimam Gallicae luis materiam ita dirigere, vt exire poſſit, *interne per decocta, externe per vnguenta*, et per ſyrupos, v. c. per ſyrupum de pomis, qui ceteris praeualet, — Bibe quouis mane vel decoctum, vel ſyrupum per tres dies, deinde veſperi corpus hoc inunge vnguento. Rec. Butyri non ſaliti ℥iij. adipis ſuillae nec recentis, nec veteris ℔j. theriacae bonae ℥jß. mithridatii ℥j. argenti viui ℥ij. lithargyrii et ſalis ana ℥j. M. F. vnguentum. — Vbi vero per tres dies veſperi te inunxeris, et decoctum ſexies haueris, hanc ſume medicinam purgantem. — Poſt purgationem fiat balneum calidum ex herbis mollientibus. — Sub cuius ingreſſu bibas aquam analepticam — Repetatur balneum ſudatorium per ſex vel ſeptem dies quouis mane vel hora ante coenam. Sexta indicatio verſatur in roborando corde. — Septima in mitigatione ſymptomatum, v. c. abactione dolorum — Purgatio bona *contra rheumatiſmum venereum*. — *Contra oris vitia*. Si quis vngitur, debet ter de die os eluere — Neque incongruens eſt ante et intra vſum vnctionis maſtichis grana maſticare vel ex vino ardente ſumere: Impedit enim, quo minus vnguentum ore, magis ab inferiore parte agat. — *Contra lichenas*. — *Aliud ad lichenas manuum*. —

Quod attinet ad *mala rodentia*, *fiſtulas* et *cancrum*, quae hunc morbum ſaepiſſime inſequuntur vna *cum bubonibus*, hoc iis, qui talia curant, relinquendum puto. Cum vero *iſte morbus contagioſus ſit, et vt plurimum alius ab alio eum ex coitu contrahat*, abſtinendum ab hoc exercitio eſt, et ita agendum, vt in regimine ſcriptum eſt, deinde ſingulis annis bis purgandum. —

LIII.

LEONARDVS FVCHSIVS u).

Hallucinantur x) inter medicos recentiores non pauci, morbum, quem vulgo gallicum vocant, eſſe eum, quem Graeci lichenem appellant, contendentes, cum is verius ſit, quem impetiginem Latini nominant.

Eſſe complures, qui *lichenas a morbo gallico nihil differre* putant, notius eſt, quam vt demonſtrem. Vnum tamen SYMPHORIANVM CHAMPERIVM indicaſſe

s) Ib. c. 24. p. 591. ſeq.

t) *Eyn kurtzes vnd ſehr Nutzbarlichs Regiment wider dye ſchwynde vnd erſchrecckliche krankheit der Peſtilentz auſs bewerten vñ geübten Ertzten tzuſamen getragen, ſampt einem kurtzen bericht der ſchweyſskrankheyt. Meher eyn nützlichs Regiment wider die weltleuftige vñ vnſauber krankheit der Frantzoſen. Dorzu eyn Bericht der gebranthen Waſſer zu gebrauchen durch Magiſtrũ magnũ Hundt von Magdeburgk des Fürſtẽ Collegiums tzu Leiptzigk Collegaten auſsgangen. Inn. 29. Iar.* — *In calce: Gedruckt zu Leyptzigk, durch Valten Schumann, vnd auſsgangen am. vii. tag Octobris Anno* 1529. 8. (*Bibl. Trew.*) Conſtat 31 pagg. Verti, vt potui, quicquid inde a fol. 18. b. vsque ad fol. 26. b. huc pertinere videbatur, omiſſa theoretica explicatione formularumque mole. Natus a. 1449. fuit profeſſor Lipſ. et obiit Miſenae. 1519. quo ſe cum ceteris profeſſoribus peſtilentiam euaſurus receperat. Nomen illi vel apud poſteros peperit *Antropologium, Lipſ.* 1501. 4. vtpote qui primus icones anatomicas exhibuiſſe dicitur ſub auctoribus HAENELIO (v. *Schreiber* in epiſt. ad. *Haller.* ſcript. *Aphrodiſiac.* Vol. I. p. 82.) et IO. ZACH. PLATNERO (*Prol. de Magno Hundt, tabularum anatomicorum, vt videtur, auctore, Lipſ.* 1734. 4). Sed negat probabiliter Cl. BLVMENBACH (*Baldinger* Neues Magazin für Aerzte B. 3. S. 136. et iterum in *Introduct. in hiſtor. medicinae litterar.* p. 114.

u) *Errata Recentiorum Medicorum LX. numero, adiectis eorundem confutationibus, in Studioſorum gratiam, iam primum aedita. Leonardo Fuchſio Medico, Authore. Haganoae in aedibus Iohannis Secerii. Anno M. D. XXX. Menſe Martio.* 4. fol. 79. Clariſſimus ſuo tempore inde ab a. 1521. vsque ad a. 1566. quo diem ſuum obiit, profeſſor medicinae Ingolſtadienſis et Tubingenſis, qui cum paullo alienior eſſet ab Arabiſtarum placitis, et ſenſa publice profiteretur. non potuit non implicari bellis litterariis. Extant aliqua *de morbo gallico* in *Coll. Luiſ.* addidi ergo haec fragmenta, ne quid deeſſet operi. De eius vita v. *Oratio de vita et morte clariſſimi viri, medici et philoſophi praeſtantiſſimi D. Leonh. Fuchſii habita a M. Ge. Hizlero — Tubing. M. D. LXVI.* 4.

x) Error. 45. fol. 58. b.

ſe ſatis ſit, *qui capite duodecimo libri ſecundi ſuae Practices* lichenem eum morbum eſſe aſſerit, quem Neapolitanum aut Gallicum nominant vulgo. At quam falſe, inprimis indicat id, quod is morbus in Gallorum exercitu, qui apud Neapolim Caroli ſui regis auſpiciis *belligerabat*, primum circa annum a Christo nato M. CCCCXCIII. apparuit ac irrepſit, ob idque *gallicus* dictus eſt.

Lichenas autem Hippocratis, vetuſtiſſimi auctoris, fuiſſe ſeculo certum eſt. Nam is in *tertia particula Aphoriſmorum* in aeſtiuorum morborum mentione, et in libro *de morbis*, et paſſim alibi lichenum meminit. Quare Plinivs quoque, Hippocrate iunior, errat, qui libro *naturalis hiſtoriae XXVI. capite primo*, lichenas morbum, vt ipſe ait, grauiſſimum, non Italiae modo, verum etiam vniuerſae prope Europae incognitum ante Tiberii Clavdii Caeſaris principatum fuiſſe ſcribit. Hippocrates enim, Plinio multo vetuſtior, tam crebram de lichenibus mentionem non feciſſet, ſi eius aetate totius fere Europae hic morbus fuiſſet incognitus. Verum tamen eſt, quod paucis ante Clavdii principatum in Italia fuit cognitus, quia, nondum Romano imperio ad exteras nationes propagato, nomine carebat, donec medici Graeci, qui vrbem Romanam frequentare coeperunt, eundem morbum ſuae linguae vocabulo *lichenas* nominantes, fecere illuſtriorem. Meminit et paſſim lichenum Dioscorides, adeo, vt clarum iam ſit *ex vtriusque origine, lichenas non eſſe morbum Gallicum.*

Proinde λειχὴν Graecis aliud morbi genus eſt, cutis ſcilicet vitium et aſpredo; Latini id malum *impetiginem* dixerunt. Ita Galenvs in ſuis *Definitionibus lichenas* dixit *eſſe cum multo prurituſ ſummae cutis aſperitatem*. In ſua autem *Iſagoge* rem copioſius tradidit iis verbis: *Cutis malum eſt lichen. Duplex eius genus, mite alterum, ferum et difficilius alterum. Pelluntur ab eo ex ſumma cute ſquamulae, rubetque ſub illis locus tantum, et non exulceratur.* Eundem vero apud Latinos *impetiginem*, qui lichen apud Graecos, teſtatur in primis Cassivs Felix, cuius auctoris haec ſunt verba: *Impetigines Graeci lichenas dicunt, naſcuntur ex melancholico humore, rotundo ſchemate, in ſuperficie cutis cum ingenti pruritu.* Quod itidem confirmat Caelivs Avrelianvs *libro primo Chronicon* cap. IIII. de lichenibus equorum loquens, dum ait: *Sunt autem ſquamulae anteriorum crurum ſub armorum partibus in ipſis animalibus natae. Has Graeci lichenas vocant, nos vero impetigines.*

Praeterea quaecunque remedia Pavllvs Galenvsque ac omnes alii Graeci auctores contra lichenas docuerunt, eadem fere omnia contra impetiginem a Q. Sereno, Raza et Avicenna traduntur. Et vt ex multis vnum referamus, Graeci lichenibus puerorum ieiunam hominis ſaliuam adhibent, hanc quoque Q. Serenvs Samonicvs *cap.* XI. impetigini adhibendam eſſe docet iis verbis:

Si vero vitium eſt, quod ducit ab impete nomen,
Hoc matutina poteris cohibere ſaliua.

Idem etiam docet Avicenna *Fen VI. Canonis quarti tract. IIII. cap. IIII.* Accedit etiam, quod Arabes non aliter impetiginem, quam Graeci lichenas generari tradiderunt, ita, vt dubium non ſit, quin Latinis impetigo id ſit, quod lichen Graecis. Annotandum tamen, quod ea, quae Celsvs de impetigine ſcribit, leprae Graecis dictae conuenire, et quemadmodum hic *lepram impetiginem*, ita *lichenas papulas* nominauit, quod hinc maxime colligitur. Sicut enim a Cassio Felice ſcribitur, naſci lichenas rotunda figura in ſuperficie cutis cum ingenti pruritu et aſperitate, ita Celsvs *lib. V.* ait *alterum genus papularum eſſe, in quo per minimas puſtulas cutis exaſperatur, rubet leniterque roditur, tardeque ſerpit, idque vitium maxime rotundum incipit, eademque ratione in orbem procedit.* Porro quod Galenvs ac Pavllvs dicunt ex lichenibus diuturnis fieri lepram, idem Celsvs de quadam ſpecie papularum pronunciat, inquiens: *Quae minus rotunda eſt, difficilius ſaneſcit. Niſi ſublata eſt, in impetiginem vertitur.* Inſuper quemadmodum Galenvs duplex lichenum genus facit, alterum mite, alterum ferum, ita Celsvs duplices papulas, alteram mitem ac leuem, alteram, quam ἀγρίαν, id eſt, feram, Graeci appellant. Et vt Graeci lichenibus, et Arabes impetigini ieiuni hominis ſaliua medentur, ita Celsvs leui papulae eandem eſſe remedio refert, adeo, vt manifeſtiſſimum ſit, Celsvm lichenas vocare papulas.

Quod vero id malum, quod Graeci lepram nominant, ſit id, quod Celsvs impetiginem appellat, non aliunde certius, quam ex vtriusque morbi diffinitione colligitur. Galenvs namque in libro *Definitionum medicinalium* lepram ita definit. *Lepra eſt transmutatio cutis ad contrarium naturae habitum cum aſperitate, et dolore atque pruritu, ac ſquamularum reſolutione, et quandoque vnam, quandoque plures corporis partes depaſcitur.* Quae ſane deſcriptio quadrat in omnibus cum Celsi, qui *libro quinto* in impetigine cutem exaſperari, ſquamulas reſolui, roſionem vehementem eſſe ſcribit, ita, vt luce meridiana clarius ſit, *impetiginem* Celsi *eſſe lepram Graecorum*. Plura ea de re doctiſſimus Leonicenvs in libello *de Gallico morbo*.

Morbum, quem vulgo Gallicum vocant, non eſſe eum, quem Graeci lichenem, Latini vero impetiginem appellant, ſed nouum potius et veteribus incognitum y).

Iniurium me ſibi fuiſſe hoc loco conqueritur Symphorianvs Campegivs, quod in ea ſententia illum eſſe ſuſpicatus, ſim quaſi *gallicum morbum eundem cum lichene ſeu impetigine* dixerit, cum tamen omnium notiſſimum ſit id ipſum in lib. II. cap. 12. *Aggregatoris Lugdunenſis* adſtruxiſſe. Et certe niſi librum hunc ad ſe pertinere negabit, fateri cogetur hoc ipſum, quod ſcripſimus, ſenſiſſe. Titulus enim capitis id ipſum ſatis monſtrat, qui ſic habet: *De lichene ſeu mentagra, ſiue pudendagra, quam noſtri Neapolitanum morbum vocant, Itali vero Gallicum.* Quibus verbis quid (oro) apertius eſſe poteſt? Aſſerunt enim lichenem nihil aliud eſſe, quam eum morbum, quem hodie quidam Neapolitanum, aliqui vero Gallicum vocant, ita, vt mirari ſatis non poſſim, quare ſe ſic non ſenſiſſe auſus fuerit negare Campegivs. Confinxit denique, neſcio, quam annotationem, eamque paſſim ſuis libris inſeruit iſto lemmate: *Hoc capite reſpondet dominus* Symph. Campegivs Leonardo Fvchsio, *qui eum de pudendagra ſiue morbo Gallico immerito reprehendit.* Quibus verbis iterum ſatis monſtrat ſe in ea eſſe ſententia, vt mentagram a morbo Gallico nihil differre putet. Praeterea quae ibi contra me annotauit, plane ad inſtitutum nihil faciunt.

Mihi contentio eſt, morbum Gallicum non eſſe lichenem, ille theologum agens oſtendere conatur iram eſſe dei: Id quod nemo negauit. Optarem certe eiusmodi naeniis bonas chartas non commaculari. Mendacii itaque arguendus nobis potius venit Symphorianvs, qui non tantum mihi, ſed et Leoniceno iniurius exiſtit. Leoniceno ſiquidem, quod hunc lichenem a morbo Gallico nihil differre docuiſſe aſſerit, cum tamen idem in libro *de morbo Gallico* edito eam opinionem, quae morbum Gallicum eſſe lichenas aſtruit, penitus explodat. Mihi porro, quod me morbum Gallicum ab impetigine diuerſum non facere putat, cum tamen conſtet confutationes meas legenti, me ab iſta ſententia fuiſſe olim, vt hodie ſum, alieniſſimum, vt qui docuerim, lichenas non eſſe morbum Gallicum, ſed eum potius, qui impetigo Latinis dicitur. Scio autem, quid deceperit Campegivm: Praepoſitionem, in themate ad lichenem referendam, ad Gallicum morbum retulit perperam. Atqui erroris ſui eum monuiſſe confutatio mox ſequens potuit, ita, vt mirum ſit, cur hoc loco in noſtris legendis tam negligens fuerit, cum alias non raro totas paginas, imo folia etiam integra in ſua transferre e noſtris ſolitus ſit.

Sed vt haec miſſa faciamus, ad inſtitutum reuertentes monſtremus, quam turpiter *errent, qui morbum Gallicum vocatum eundem cum lichene putent. Nouus cum ſit morbus is, quem hodie Gallicum aut Neapolitanum nominant, fieri non poteſt, vt lichen dicatur.*

Li-

y) *Paradoxorum Medicinae Libri tres; in quibus ſane multa a nemine hactenus prodita Arabum aetatisque noſtrae medicorum errata non tantum indicantur, ſed et probatiſſimorum autorum ſcriptis firmiſſimisque rationibus ac argumentis confutantur D. Leon. Fuchſio autore — Baſil. ex aedib. Io. Boebelii M.D.XXXV. f. Lib. II. c. 17. p. 88. b.*

Lichenas enim ſeculo etiam HIPPOCRATIS fuiſſe conſtat. Harum namque in *tertia parte aph.* 20. inter vernales morbos meminit, et in libro *de morbis*, multisque locis aliis. Quapropter vehementer errauit PLINIVS, qui lib. XXVI. cap. I. lichenem morbum non Italiae modo, verum etiam vniuerſae prope Europae ante Cl. TIBERII CAESARIS principatum incognitum fuiſſe ſcribit. Si enim toti prope Europae incognitus fuiſſet lichen, nullo modo HIPPOCRATES eius tam crebram mentionem feciſſet, quem multis annis ante TIBERIVM e viuis exceſſiſſe conſtat. Verum autem eſt, quod paucis ante TIBERII principatum in Italia cognitus fuerit. Nondum enim Romano imperio ad exteras nationes propagato, nomine carebat, donec medici Graeci, qui vrbem Romanam frequentare coeperunt, hunc morbum ſuae linguae vocabulo lichenem nominantes, illuſtriorem pluribusque notum fecere. Meminit lichenum DIOSCORIDES, GALENVS, PAVLLVS et quotquot ſunt Graeci alii medici, ita, vt morbus Gallicus dici non poſſit.

Is enim anno a CHRISTO nato M. CCCC. XCIII. apud Neapolim primum irrepſit. Nomen vero inde ſortitum eſt, quod in Gallorum exercitu, qui illic CAROLI regis ſui auſpiciis belligerabat, apparuit prius, quam vſquam alibi. Hac occaſione Galli ominoſam a ſe appellationem amolientes non Gallicum hunc, ſed morbum Neapolitanum vocarunt. Peruicit tamen conſuetudo, vt Gallicus vulgo dicatur. Quare λειχὴν Graecis aliud a Gallico morbi genus eſt, cutis ſcilicet vitium et aſpredo, Latinisque impetigo nominatur. —

Ceterum hic poſtremum cum MONTVO ineunda pugna erit, qui iterum inſulſa, imo ſtolidiſſima annotatione ſua probare nititur, *morbum Gallicum dici poſſe lichenas*, quandoquidem a ſymptomatibus morborum nomina interdum mutuari liceat. Quapropter ita colligit, morbo gallico affectos lichen magna ex parte concomitari ſolet, morbus igitur Gallicus lichen dici poteſt. Validum plane argumentum, quod vel puer infringere poſſet ita colligens: Coli dolores paralyſis magna ex parte ſequi ſolet, coli igitur dolor paralyſis dici poteſt. Vel ita: Pulmonis inflammationem non raro, HIPPOCRATE teſte, phrenitis ſequitur, pulmonis ergo inflammatio phrenitis dici poteſt. Quibus argumentis quid, per Apollinem oro, inſulſius? Quid magis ridiculum? Tanta eſt MONTVI in dialecticis ignorantia, vt plane minima eius artis principia non calleat. Perperam denique GALENVM et AVICENNAM citat MONTVVS, cum ait, ex illorum ſententia aliquando ex ſymptomatibus morborum mutuari licere nomina. Quaſi dicat, ſi nomen morbi proprium ignoratur, tum licet eum ſui ſymptomatis nomine appellare. O ſenem delirum! Quid hic confuſionis non faceret GALENVS? — Mens itaque GALENI loco citato eſt, quod morbis quibusdam a ſymptomatis, quae faciunt, ſint impoſita nomina; minime autem, quod liceat morbos eorum nominibus appellare, in quos interdum commutantur. Nam alias atram bilem aliquando haemorrhoides dicere licebit, quod abſurdiſſimum erit. Ita paſſim MONTVVS in citando GALENO frequens eſt, at illorum, quae affert, nihil plane intelligit. Quieſcat itaque iam, et ſenectutis ſuae dies in otio tranſigat, illudque muſſitet: *Qui, quae vult, dicit, quae non vult, audiet.*

Dialexeos ſecundae confutatio y).

Morbum Gallicum, quem alii *Hiſpanicum* nominant, *nouum eſſe morbum, omnique aeuo priore incognitum*, multi eruditiſſimi viri, quibus ne matulam quidem porrigere MONTIVS dignus eſſet, nobiſcum ſentiunt. Si enim nouus non eſt, rogo nobis aliquem ex veteribus proferat, qui illum deſcripſerit, et ſuis notis poſteritati indicauerit. Neque enim fieri potuit, ſi vnquam antea homines is morbus, vtpote saeviſſimus, infeſtauit, quin diligentiſſime illum, vel hiſtoriae ſcriptores, vel medici ſaltem litteris mandauerint.

Sed producit hic MONTVVS HIPPOCRATIS ex *lib.* III. *Epidem.* teſtimonium, qui fere ſimilem morbo Gallico affectum iis verbis deſcribit: *Pleriſque itaque horum in ſuppurationes abſceſſus conciderunt, carniumque et oſſium neruorumque multum decidit. Erat autem illa fluxio, quae illic conſiſterat, non adſimilis puri, ſed quaedam alia putredo, ipſaque fluxio multa et varia. Quibus ergo in capite quid illorum fieri contigit, his caput totum glabreſcebat, mentumque ac oſſa denudabant decidebantque, multae fuerunt fluxiones. Haec quidem cum febribus, aliquando etiam ſine febribus. Erant autem haec formidabiliora et deteriora.* Hactenus HIPPOCRATIS verba recenſuimus; in quibus quidem ſimilem, vt metipſe fatetur MONTVVS, at non eundem deſcribit morbum. Etſi enim *aliqua* hic connumerentur, *quae* itidem *in* Gallico *morbo* appareant, tamen ea, *quae in hoc praecipua ſunt, omittuntur.* Ex multis autem vnum aut alterum ſaltem recenſebo, *immenſum* ſcilicet *artuum dolorem*: Qui certe, etſi *interdum mitior* ſit, tamen *vtplurimum ita ſaeuit, vt mors quaecunque praeferenda ſit, quam hac lue diutius torqueri. Puſtulae* denique *etſi in pube et aliis partibus pilo contectis erumpant, tamen eas partes non ſtatim pilis denudant.*

Quid multa? Expendatur tota morbi gallici forma, atque foeditas, quam elegantiſſime atque exquiſitiſſime deſcripſit VLRICVS HVTTENVS, Germanus, nobilitate et eruditione inſignis, tum certo conſtabit, nouum eſſe morbum. Quod vt pluribus oſtendam, minime opus erit, quando id ipſum ante nos abunde *in* ſuis *Epiſtolis* fecerit MANARDVS. Et parum certe refert, nouum quis, an veterem morbum dicat, modo qualis vndeque progenitus ſit, non ignoret.

Reliqua ad eorum, quae in paradoxis diximus, confutationem nihil faciunt. Quare non eſt, cur quicquam ad ea reſpondeamus. Neque enim conſilium eſt, in iis omnibus MONTVI nugis diluendis multum operae et temporis perdere.

LIV.

SEBASTIANVS FRANK *a).*

A. 1495. brachten die Landsknecht dieſe jämmerlich verderbent *Plag der Franzoſen* mit ihnen aus Frankreich, vnd warden von den Knechten *Franzoſen* genannt, darumb, daſs ſie dieſe Plag bey den Franzoſen erobert vnd überkommen hatten.

LV.

SEBASTIANVS MONTVVS *b).*

De morbo gallico c)

Morbum, quem *Gallicum* Itali, et *Parthenopeum* Galli, *Hiſpanicum* vero Germani indigitant, non eſſe lichenas, ſatis (vt apparet) probauit LEONICENVS libro *de epidemia*. Nec erat, quod FVCHSIVS, cantionem eandem occinens, inanem operam ſumeret, alienamque induſtriam ſuis erratis et paradoxis contaminaret. Nam quod praefatum malum *nouum morbi genus* eſſe aſſeuerat, falſiſſimum eſt, ſiquidem cauſſae illud efficientes millies poſt mundi initia (vt praedicto libro inquit LEONICENVS) extitere: Quare ſimile malum ex cauſſis ſimilibus etiam ſuperioribus aetatibus contigiſſe par eſt. Nec nouum morbi genus dici poteſt, quia omnia lapſuum genera eadem ſunt iis, quae virtutem perficiunt, vt placet GALENO *ſecundo artis paruae. Congerie* autem *ſymptomatum nouumne ſit*, adhuc parum conſtat, quando HIPPOCRATES *tertio Epidemiorum* affectum fere ſimilem deſcribit his verbis: *Plurimis horum abſceſſus ad ſuppuramenta concidebant, carniumque neruorum et oſſium magni caſus fiebant. Quod vero deflueret, puri ſimile non erat, ſed putredo quaedam alia, quodque defluebat, multum et varium erat. Quibus autem horum quid circa caput fieret, capilli totius capitis pilique menti defluebant; oſſaque denudabant-*

x) *Apologiae tres, cum aliquot paradoxorum explicationibus, quarum titulos proxima in pagella reperies*, LEONARDO FVCHSIO, *Scholae medicorum Tubingenſis profeſſore publico, autore. Baſil. in officina Roberti Winter, Anno M.D.XXXVIII. Menſe Martio*, 4. ſed paginis decurrentibus, ſingulari titulo MONTVVM refellere tentat: *Apologia aduerſus aliquot palam inſanas et conuitiis plenas Sebaſtiani Montui dialexeis, nonnulla paradoxorum capita temere perſtringentes.* LEONARDO FVCHSIO MEDICO AVTORE. Vid. p. 79. ſeq. Ipſa vero confutatio legitur pag. 123. ſeq.

a) *Seb. Frank von Wörd Chronica oder Zeytbuch, Straſb.* 1531. *p.* 217.

b) *Dialexion Medicinalium libri duo, nunc recens in lucem prolati, Autore Domino Sebaſtiano Montuo V. Philoſoph. ac medicinae Doctore — Lugduni apud Michael. Parmanterium, M. D. XXXVII.* 4. 184. pagg. Oppoſita eſt haec ſcriptio LEON. FVCHSIO, contrariam opinionem defendenti. Clarus fuit in Gallia circa a. 1532.

c) Dialex. Medicin. L. II. Dial. 2. p. 87.

bantur, et cadebant, multumque ſiuoris deſluebat, quae cum febre et ſine febre fiebant, quae magis formidoloſa erant, quam periculoſa.

Neque iſthuc malum ira dei euenire (vt quidam opinantur) concederet HIPPOCRATES, vt liquet libro *de ſacro morbo,* qui etiam, vt ait GALENVS *primo prognoſt. gloſſa ſeptima,* nullam aegrotationis cauſſam in deos nullo ſuo in libro refundit.

Et mea ſententia *ex mala hepatis intemperie, calida et ſicca, cerebrique frigida et humida* compoſitum eſt. Namque *in omnibus eo affectis huiusmodi diſcraſia conſpicitur,* quae *propter vim aſtrorum, aut inſalubrem aeris conſtitutionem,* aut *vitiatum victus modum,* aut *propter contagium* efficitur.

Humanos quoque contactus mala tanta ſequuntur,
Et iunctus vitium ducit de coniuge coniunx,

vt canit SAMMONICVS. Ex qua corpus variis ſymptomatibus afficientes corrupti ſucci naſcuntur. Totum enim corpus exiguo etiam ſucco, in vna parte contento, affici poteſt, vt apparentibus GALENVS monſtrat *ſexto de locis affectis.*

Symptomata autem ſunt *puſtulae* et *vlcera, quae pudenda primum, dein caput, os et reliquum corpus occupant.* Nam pudenda putredini obnoxia ſunt tum propter naturalem humiditatem, tum quod excrementorum ſint canales, *quinto Therapeutices Methodi,* tamen non humet genitale, quia neruaceum eſt, *(tertia Aphoriſmorum commentario vigeſimo primo).* Item *impetigo, depilatio cum porrigine, arthritis, ſphacelos* ſeu *caries,* quae eſt oſſium ſubſtantiae corruptela *ſexto Therapeutices Methodi* et libro *de tumoribus contra naturam)* quam praecedit *membranae oſſa tegentis vehemens dolor,* et conſequenter eius *corruptio,* ex quo demum *oſſa corrumpuntur.* Oſſa namque ſuis ſpoliata membranis ſiderantur, vt ARISTOTELES refert *tertio de natura animalium.*

Praefato itaque *malo nominum diuerſitas* impoſita fuit partim ab his, qui eo primum laborauerunt, vnde *Hiſpanicum,* ſi BENIVENIO credimus, *(libro de abditis)* merito appellatur, partim *a laeſa particula,* circa quam primo apparere ſolet, quae eſt *mentula,* in quam ſic ludit CATVLLVS:

Mentula moechatur, moechatur mentula certe.
Hoc eſt, quod dicunt, ipſa olera olla legit.

A coitu enim *magna ex parte ortum habet:* Quocirca *mentagra* et *pudendagra* a quibusdam ſcite dicitur. Poſtremo etiam *a ſymptomatibus,* quae facit hoc malum, ſcienter nominari poteſt, iuxta GALENI doctrinam *ſecundo TherapeuticaeMethodi* et AVICENNAE *ſecunda primi Fen.* Quare *nunc* a plerisque omnibus *depilatio* et a CAMPEGIO, qui adeo doctus eſt, vt nihil ſupra, in Lugdunenſi aggregatore lichen vocatur.

Ob hoc CAMPEGIVM FVCHSIVS, id eſt, υς τὴν Ἀθηνᾶν, reprehendit, atque GALENI locum a nobis nuper allatum ex *ſecundo Therapeuticae Methodi,* in ſuam ſententiam trahere ſummo conatu molitur. Sed nebulas, vt conſtat, diuerberat. Inquit enim: Mens GALENI loco citato eſt, quod morbis quibusdam a ſymptomatis, quae faciunt, ſint impoſita nomina, minime autem, quod liceat morbos eorum nominibus appellare, in quos interdum commutantur. Vnde FVCHSIVM ſic arguere licet: Si lichen fuerit ſymptoma morbi Gallici, hic a lichene ſecundum GALENI dogma denominari poteſt, quemadmodum icterus a luteo cutis colore morbus regius appellatur, qui proprie eſt hepatis vel cyſtis fellis mala imtemperies vel obſtructio, vt videre eſt alibi, tum *quinto de locis affectis.* At *lichenem eſſe ſymptoma morbi gallici,* argumento eſt, quod iſto affectos morbo lichen magna ex parte concomitari ſolet. A lichene igitur morbus gallicus ſcite denominabitur. Verum ſi ira impedit animum, ne poſſit cernere verum, ſane mirum haud erit, FVCHSIVM haud aberrare, quoniam non modo iratus, ſed perinde ac ſi omnibus furiis agitaretur, in nos, quia pro CAMPEGIO bellauimus, hoc in loco bacchatim certat, eoque tandem ſuo ſe gladio AIACIS more confodit.

LVI.

IOANNES BAPTISTA THEODOSIVS *d*).

De morbo officiali, quo in ambobus affligitur magnis pedibus, dicendum eſt. Contractionem enim quandam ſpaſmoſam, quae impedit motum progreſſiuum, vt non poſſit pedem in terram vllo modo planum ſiſtere, et ſi conaretur, vix extremitatibus digitorum poteſt terram attingere, (ſuſtentantibus hominem duobus ſeruis vtrinque) patitur, et habet crura diuaricata, aridiora et tenuiora, et decens earum magnitudo non ſeruatur, in multis etiam locis, *in ſuris* praeſertim, in quibus *tumores* nonnulli *duri* et *tenſi,* et hoc eſt cauſſa, cur non poſſit vllo modo progredi et ambulare, — cum ſcilicet muſculi, tendones, nerui, malis humiditatibus et viſcidis humoribus, et, vt rectius dicam, *nodis* ſeu *gummis* more ſpaſmi de repletione, tenſione ſpaſmoſa, dolorem non parum inferente, *infecti* ſint, propter quam nullo pacto poſſunt ad ambulandum extendi. —

Diximus etiam nobilem hunc equitem pati multiplicem continui ſolutionem. Paſſus enim eſt multis iam annis *vlcera* κακοήθη *in coxis, ſuris, pernis et in toto magno pede, quae* tamen *ſanantur, ſed vno tumore euulſo, ſimili frondeſcit talpa metallo; non deficit alter,* non aureus, ſed ferreus. *Gummae* enim *et nodi ſunt viſcidi, qui molleſcunt, et in his eſt quoddam velox et atrox virus, acutum, ſoluens et aperiens cutim, ex qua exit virulenta materia et ſubtilis pro parte, et ſanies poſt gumoſa, viſcida, lentore tenaci participans,* — Sunt et vlcera telephia, chironia, quae ab his medicis, cum maligna eſſent, curata fuere.

Ego autem potius credo, *ea eſſe ex morbo Gallico, qui primum ab Hiſpanis ortum habuit;* Breuiſſime de aliis vlceribus praeterii. Hoc mihi argumento eſt, quod medicis confeſſus eſt, *ſe primum in mentula vlcus habuiſſe.* Et omnes medici, qui de hoc morbo tractarunt, aiunt, *in obſcenis locis primum oriri, deinde in totum corpus diffundi.* Vnde nonnulli *pudendagram,* Romanorum nomenclaturam ſecuti, vocant. In mentagra puſtulae primum has partes inficiunt, longe difficilius ſanitatem recipientes, quam quae eodem loco, ſed alia ex cauſſa eueniunt. Illinc ad caput et faciem ſerpunt, ſicut fuit in hoc noſtro aegro, quia *a pene ad caput ſe recepere.* Quibus curatis, ad partes corporis imas prorupere, ad coxas, ad crura, in quibus tumores multi excitati ſemper fuere, et adhuc ſunt a materia admodum craſſa, ſimili gummis, ad ſuppurationem tendente, et in his tumoribus quidam ἰχῶρες reperiuntur aduſti, apertionem accelerantes. *Sanies haec maligna eſt,* ita, vt mirum ſit, quod oſſa non corrodat et vitiet, et vbi cicatricem contraxit, alio atque alio loco erumpit, et ſic chirurgis et medicis imponit, quia cum iam in portu rem eſſe et in vado, vt dicitur prouerbio, credunt, tum demum maxime remigiis incumbere conuenit. Haec quoque vlcera poſſunt poni in capite de ſteatomatibus, atheromatibus et melliceridibus, quod eſt, ſeuationibus, pultationibus, quia quaſi materia ex his exit, et mellifauiis. —

Curam fore difficillimam pronoſticor. Prima ratio, quae mouet, eſt, quia vereor, ne hic morbus ſit haereditarius.

Pater tabificus deceſſit, duo quoque fratres ſui, vt retulerunt medici de patre et vno fratre. — Addo, quod obnoxius eſt tabi. — In manibus etiam empiricorum plurium fuit et curſorum, et precationibus, exorcismatibus, plures vſi ſunt, et oportuit me illorum errores corrigere. Quinta ratio de difficultate curae ſumitur ab oblatis a natura cum iam per annum *mariſcae* ſponte

d) *Io. Baptiſtae Theodoſii, medici Bononien. clariſs. Medicinales Epiſtolae LXVIII. in quibus complures variaeq; res ad Medicinam, Phyſiceną; ſpectantes diſertiſſime tradūtur, quibusuis literarum ſtudioſis utiles, nunc primum in lucem emiſſae. — Baſil. apud Nic. Epiſcopium Iuniorem* 1553. 8. Sed dedicatio filii ſcripta eſt 1541. In Epiſt. 43. p. 261. ſeq. extat medici veterani et vltra annos 40. in re medica verſati conſilium pro equite Saxone, qui febre putrida, ſpaſmis et vlceribus venereis laborarat. Dedi, quae huc pertinere videbantur, omiſſis reliquis. Erat vero THEODOSIVS natu Parmenſis, clarus apud Bononienſes ſub initio ſeculi XVI. profeſſor, obiit 1538. menſe Septembri, vixit annos LXIII.

te *ſanguinem* et moderate ſaepe *effuderint*, non tamen ex hoc ſanguinis profluuio releuatur. —

Annis praeteritis conſuluit D. Benedictvm Victorivm, qui poſt multa ad alterum duorum remediorum ſe reſtrinxit, vel quod *ſe reciperet ad balneum Piſanum*, vel quod *decoctum Indicum caperet*. De his vero duobus me conſuluit, quodnam ſibi deberet eligere. Ambo ego laudaui, tanquam praeſtantiſſima et ſumma, quia extremis et maximis morbis extrema remedia conueniunt. Conſului tamen, vt decoctum caperet, et ipſe etiam ad id capiendum hilarior demonſtrabatur. Iuſſi parare ea, quae neceſſaria eſſe videbantur, ita, quod iamiam incipiendum erat. Sed, vt multa diuinitus et non pauca inter os et offam accidere, vt dicitur, ſolent, omne dimiſit, ſymptomate quodam impeditus. *De balneo* autem dixi, me eſſe ancipitem. Et quid tandem conſulerem. Diſſuaſi omnibus neruis, tum etiam fratris caſum illi propoſui, qui ſe illic contulit, et bibit aquam illam ferream, ἐμβϱοχὰς tamen mitiores ſumſit, ex his nedum adiutus, ſed magis etiam laeſus. Nam ambae hae aquae eiusdem naturae ſunt, ſiquidem ferreae.

Accedit, quod *in morbo Gallico ſemper huiusmodi aquae* nocent, etſi compertum habeam, *in vlceribus ſummopere conferre et in excorticatis*, vt erat diuus Bartholomaevs, ſicut in multis a me tranſmiſſis expertus ſum. Sed *in Gallica lue non confert*, et ob id verebar, ne ſideratus accederet, ſideratior recederet, et potiſſimum, cum tendones et nerui in cruribus carne nudati apparerent: Frigidum enim neruis inimicum.

Et ita illo tempore *ad decoctum Indicum me reſolui*, et nunc etiam, tanquam ad ἀλεξιφάϱμακον, quod deus ineffabili ſua pietate nobis patefecit pro hoc morbo miſerrimo. Quamuis non ignorem haec *linimenta cum mercurio* et *ſuffumigia*, *quae ad haec ſolent conferre*, attamen *decoctum hoc pro nobilibus ab omnibus magis approbatur*. Et ita medici illuſtres conſentiunt, ſicut ab huiusmodi *linimentis et ſuffumigiis diſſentiunt*, *quae per manus tonſorum et muliercularum ſolent adminiſtrari*. Iſte etiam aeger abhorret quodammodo nomen mercurii, et *quantumcunque bene corrigatur mercurius*, *ſemper erit*, *tanquam aethiops. Semper aethiops eſt*, *etiam poſt ſexcenta balnea. Et ſicuti de lupo dicitur*, *quem etſi cicurem reddideris*, *tamen ſemper lupus erit*. Haec enim *remedia erant in vſu in mala ſerpigine et malo mortuo apud antiquiores*, *et de eis dicunt*, *quod faciunt exire materiam per os*.

Illud autem *decoctum Indicum* mihi videtur eſſe probandum, etſi mihi viſum fuerit non ex toto conuenire. Vt vobiſcum ingenue fatear, quid ſentiam, volebam ego leui et optime morigerato *ſaeuiora vlcera ſuffumigio mitigare*, poſtea apponere parum de ceroto illo Ioannis de Vigo, in morbo Gallico optime compoſito, ita, vt non viderim praeſtantius pro malo illo teterrimo. Ingenui enim eſt animi, fateri, per quos profeceris. *Suffumigio admodum ſecuro etiam in ore exulcerato vſque ad deſperationem*. Quo ego et magiſter Lvdovicvs, in arte chirurgica apprime edoctus, in quodam nobili et ſene vſi ſumus, qui paucis poſt diebus priſtinae ſaluti eſt datus. Hoc tamen decreueram, niſi vidiſſem, hoc decoctum Indicum non admodum proficere. Si quis tamen mihi obiiciat, quod *hoc decoctum* conueniat cum morbo calido et ſicco, dicam *ratione vlcerum ſordidorum primo conuenire*, quia decoctum mundificat vlcera haec ratione ſiccitatis ſuae, et cum huiuscemodi vlcera non ſolum manifeſta qualitate ſed occulta maligna et quaſi venenoſa participent, hoc decoctum, tanquam alexipharmacon huius venenoſitatis, ipſam materiam reſoluit, et epar confortat, ex cuius ſuperflua caliditate aduſtio fit in humoribus, qui poſtea ſupercalefacti ad loca debilia transmittuntur, et ſimul cum humoribus crudis in concauitatem aliquam ſiguntur, et tumorem praeternaturalem eleuant, et putreſcunt ſuppuranturque, pars illa ſubtilior virulenta ſua mordacitate et acuitate cutim ſubtiliat et aperit, et exit illa pars ſubtilior, *pars gumata paullatim ſubtiliat et lentorem amittit*, *et inſtar filoſae ſaniei ſenſim egreditur*.

Et haec aqua ad hoc valet. Febri etiam non nocet, cum ponant recentiores medici eam etiam maraſmum curare. Secundum, cum morbus remediis communibus non poteſt curari, et ſummis morbis ſumma remedia conueniant, *nullum extat remedium magis praeſentanum hoc decocto*, *nec eſt praeſentius auxilium*, *quodque minus laedat*, *et cum haec vlcera febrem foueant*, *ſiquidem ſanies videatur eſſe cauſſa augmenti febris*. Dum enim conficitur, febris eſt intenſior, cum confectum et exit, tum mitior redditur febris. Ad hac ergo vlcera, tanquam ad magis vrgentia, vacandum eſt.

LVII.

HIERONYMVS BENZONVS *e*).

In Puna et finibus Guaſaquil et portus veteris herba quaedam ramoſa reperitur, foliis, vt roboris: *Zarzaparillam* vocant, quae venereae contagioni et aliis morbis medetur. — Ceterum omnes in vniuerſum portus veteris prouinciae *Indi* fere *puſtulis quibusdam obnoxii ſunt ſeu verrucis*, *quae e facie aliisque corporis partibus erumpentes*, *quum maximae ſunt*, *nucis iuglandis craſſitudinem aequant*. *Id morbi genus et ipſe expertus ſum*: *Nullo doloris cruciatu afficiunt*, *foedae*, *ſanguineae*, *ac ne aliud quidem remedium deſiderant*, *quam vt*, *maturitate exſpectata*, *tenui filo conſtrictae abſcindantur*. —

Guaiacan, a noſtris *lignum Indicum* ſeu *lignum ſanctum f*). — Eius vſus primum ea ratione innotuit. Magnis *doloribus his Indicae* (malo enim ſic vocare, quam vt nonnulli *morbum Gallicum*, quando haec lues primum ex conſuetudine Hiſpanorum cum Indicis mulieribus, mox Italorum cum Hiſpanis orta eſt, vnde mox in Germanos quoque et Gallos mali contagione ſerpſit,) eo ergo morbo, quem ab Indica concubina contraxerat, Hiſpanus quidam torquebatur. Eius famulus Indus, in Hiſpaniola medicum agens, *aquam Guaiaci* illi propinauit, qua non ſolum magnis illis cruciatibus liberauit, ſed priſtinae etiam ſanitati reſtituit. Eius exemplo plurimi alii Hiſpani ſimili morbo infecti curati ſunt. Eius morbi cura Hiſpali ſtatim euulgata eſt ab iis, qui ab ea inſula redierunt. Hinc per totam Hiſpaniam et inde per vniuerſum orbem, quem haec labes occuparat. —

Iguana g) — carne, guſtu et vſu ſuauiſſima, ac propterea in deliciis, niſi, quod qui lue Indica laborarunt, ſi ea veſcantur, recrudeſcentes et rebellantes priſtini morbi dolores ſentiunt.

LVIII.

PETRVS DE CIECA DE LEON *h*).

Tienen eſtos Indios muchas peſquerias, adonde matan peſcado en cantidad: entre ellos ſe toman vnos que llaman *Bonitos*, *que es mala naturaleza de peſcado*, porque cauſa, a quien lo come calenturas y otros males. Y aun enla mayor parte deſta coſta ſe crian en los hombres unas *berrugas bermejas del grandor de nuezes*, *y les naſcen en la frente*, *y en las narizes*, *y en otras partes*; que de mas de ſer mal graue, es mayor la fealdad que haze en los roſtros: y creeſe, que de comer algun peſcado procede eſte mal. Como quiera que ſea, reliquias ſon de aquella coſta, y ſin los naturales ha auido muchos Eſpannoles, que han tenido eſtas berrugas.

In

e) *Nouae noui orbis hiſtoriae L. I. c. 17. p. 387. et 388. Genev.* 1600. 8. et repet. in *de Bry America* P. VI. p. 65. Fuit natu Mediolanenſis, ad Peruanos tranſiit a. 1541. rediit a. 1556. Qui morbus cum copias Pizarri miſere excruciauit, eius deſcriptio ad hunc demum annum referenda eſt. Si eius naturam quaeras, multum abhorret a lue venerea, videturque non malus augur eſſe Cl. Hensler (*Ueber den Weſtind. Vrſprung der Luſtſeuche*. p. 62. ſeq.) qui, ſimilitudine quadam ſymptomatum ductus, eum cum morbo

Aphrodiſiac

Yaws endemio et a. 1519. erumpente eundem fuiſſe profitetur.

f) L. 1. circa fin.

g) Ib. L. XIIII. c. 2.

h) *Chronica del Peru*, c. 46. p. 95. *Anvers* 1554. 8. Ital. verſionem, Venet. 1560. 8. ſequitur Cl. Girtanner. Fuit, teſte Henslero l. c. p. 62. natus 1518. puer adhuc ad Peruanos a. 1531. delatus, ibidemque annos XVII. commoratus, librum a. 1541. inchoauit, a. 1550. ad finem perduxit.

In queſt' iſola (di Puna *i*) naſce vna herba in gran copia ed anco nel territorio di Guiaquil città, laquale chiamano *zarzaparilla*. — Le radice di queſt' herba vagliano à ſanare molte infermità, e ſpecialmente *à dolori cauſati dal mal Franceſe*.

LVIIII.

IOANNIS FERNELII *k*)

De luis venereae curatione perfectiſſima liber.

CAP. I.

Luis venereae definitio.

Lues venerea totius ſubſtantiae morbus eſt occultus, contagioſus, tuberculis, maculis, vlceribus, cruciatibus et doloribus ſeſe prodens, *ſolo concubitu aut alio impuro contactu contrahendus*. Atque vt huius morbi vis et natura, de qua hactenus inter medicos parum conuenit, certius innoteſcat, paullo altius repetenda eſt definitionis explicatio. Cum omnis morbus primum et per ſe in aliqua parte corporis inſideat, partes autem omnes ſimilares ſint et diſſimilares, neceſſe profecto fuerit in harum alterutra vel in vtraque luem veneream primum et per ſe inhaereſcere. At vero in diſſimilaribus primum et per ſe non conſiſtit: Neque enim conformationis, neque magnitudinis, neque numeri, neque collocationis ſiue ſitus morbus exſiſtit. Reſtat igitur, vt partium ſimilarium primum et per ſe vitium ſit, et affectus praeter naturam. Neque enim, ſi cum omni genere morborum concurrit et complicatur, aut etiam varios partium diſſimilarium affectus inuehit, idcirco ſane morbus vnus non fuerit, aut etiam partium diſſimilarium primum et per ſe affectus cenſebitur. Ita enim et febris, partes omnes obſidens, diſſimilarium partium primum et per ſe morbus diceretur, nec vnus eſſet affectus, ſed plures: quod veterum auctoritas redarguit. Verum enim vero cum affectuum *partis ſimilaris tria* ſint *ſumma* omnino *genera*, *intemperies*; *materiae immoderatio* et *totius ſubſtantiae corruptela*, ad quod *lues* haec ſit referenda, videndum. Primum *ad intemperiem non* pertinere, aperte poſthac demonſtrabimus, cum de eius cauſa dicemus. Multo *minus ad materiae ametriam* referri poteſt: Neque enim mollities aut durities eſt, neque laxitas aut adſtrictio, neque tenuitas aut craſſities, neque demum raritas aut denſitas, qui materiae immoderatae omnes ſunt morbi. *Ad formam* ergo neceſſario referenda eſt, quae quoniam praecipua eſt, et paene tota rei cuiusque ſubſtantia, eius affectus totius ſubſtantiae morbi dicentur. Atque ideo *lues venerea* merito *totius ſubſtantiae affectus* dicetur.

Iam vero cum morborum totius ſubſtantiae alii intemperiem manifeſtam ſequantur, cuiusmodi ſunt febres omnes putres aliarumque partium affectus ex putredine ortum ducentes, alii alias cauſas occultiores, ad quod genus *lues* pertineat, videndum. Qui intemperiei ſuccedit morbus, manifeſtus eſt, isque vel putredo quaedam exſiſtit, vel putredinis quaedam ſoboles, quod lui non conuenit. Supereſt igitur, vt *a ſecretiore cauſa orta* putetur. Atque hic occulti morbi dicuntur, qui non ex diſſoluto temperamento, neque ex ſimplici putredine, ſed ex abditiore quadam cauſa proceſſere, quae corporis totam ſubſtantiam primum et per ſe afficit. Hoc cauſarum genere continentur omnia peſtifera deleteria et venena, quorum ferocia in natiuum noſtrum calorem in ipſumque vitae principium, cui tota eſſentia contraria eſt et infenſa, maxime ac primum ſaeuit ac debacchatur. Non enim eiusmodi cauſae ſola putredine, vt iunioribus plerisque viſum eſt, ſed tota ſpecie et vi deleteria nos vel offendunt, vel enecant. Haec autem quae toto genere et prorſus venenata ſunt, tribus omnino modis nos attingunt: Aut enim cum aere ſpirando ducuntur, vt peſtilentiae ſemina, aut extrinſecus nos attingunt, vt rabidi canis et venenatarum beſtiarum virus, aut intro ſumuntur, cibi, potus aut medicamenti ſpecie. *Venenum*, quod non, niſi *intro ſumtum* vires habet, omnium infirmiſſimum exſiſtit, non in ſpiritu, non in tenui humore, ſed in craſſiore quadam ſubſtantia inhaereſcens. Huius generis ſunt fungi, arſenicum, auripigmentum, et alia paene innumera, quae non odore, non adhaeſu, ſed hauſtu ſolo enecant. Haec chirurgi in malignorum vlcerum curatione, citra vllam partium corporis iacturam, magnoque vſu extrinſecus adhibere ſolent. Ex quo intelligitur, non eſſe illa contactu deleteria. At vero ſi quid iſtorum ſumatur, e craſſiore materia venenum vi noſtri caloris ſuſcitatum in principes demum partes ſeſe inſerit, profertque ſui furoris incommoda. *Venenum*, quod *halitu* nos ferit, omnium praeſentiſſimum eſt et efficaciſſimum, nec humore, nec craſſiore materia, tanquam vehiculo, indigens, vt in nos agat ac commigret, ſed tenuiſſimum cum ſit, ſpiritu hauſtum, celerrime per pulmones in cor, viſcus nobiliſſimum, et in arterias, in omne denique corpus irrepit, primumque ſpiritus, deinde humores, poſtremo ipſarum partium ſubſtantiam labefactat.

Quod autem *venenum contactu* ferit, minus efficax eſt, neque in ſolo ſpiritu, vel in aere, ſed in humore quodam prouehente vires habet. Hoc vero cum in partem cute nudatam inſederit, contactu quidem eam primum, dein vero proximas reliquumque corpus omne conſecutione quadam inquinabit. Non enim rabidi canis halitus ſolum contagione quempiam polluit, at in partem de morſu apertam vel humor, vel ſaliua eructatur, cum quo virus illinc ſenſim in omne corpus euadit. In integram vero cutim ſi inciderit, nihil efficit. Epidermis enim denſa cum ſit atque valida, horum hebetiorum et craſſiorum venenorum ſubſtantiam altius penetrare non ſinit, niſi vel ſindatur, vel dilaceretur. Sic enim beſtiarum, quae virus eiaculantur, venenum prouehente ducitur humore. Sic ſagittarum venenatarum, ſic elephantiaſis aut *luis venereae virus*, *non inſpiratu*, *ſed humore, in quamuis partem cute nudam defixo*, *ſenſim prorepit in omne corpus*. Ex iis tamen, quae *ſolo contactu* officiunt, pauca quaedam numerantur, quae integram etiamnum cutim, quamuis validam et denſam, peruadunt et penetrant, introque ſubeunt, vt quod a baſiliſco aut torpedine piſce infligitur virus.

Atque hae tres occultae atque venenatae cauſae tres *occultorum morborum* differentias conſtituunt, quorum alii ab aere, alii contactu, alii a venenata, quae intus ſit, materia procedunt contrahunturque. Hi quidem omnes *venenati* ſunt, at non ſimiliter, neque iisdem ex cauſis. Nam qui ex intus concluſa materia proceſſerunt, quia foras non emigrant, neque in vicinas partes prorepunt, *ſimpliciter venenati* nuncupantur. Qui vero ab aere aut contactu fiunt, *contagioſi*, quod vel externae eiusque venenatae cauſae occurſu geniti ſint, vel contagione mutuaque ſocietate vicinas partes contaminent. At hi, qui *ſolo contactu* contrahuntur, vt hydrophobia, *lues venerea*, et qui beſtiarum venenatarum ictu fiunt, *ſimpliciter contagioſi* dicuntur, alii, qui ab aere procedunt, *peſtilentes*. Vt idcirco breuiſſime dici poſſit, *occultorum morborum* alios *venenatos* eſſe, alios *contagioſos*, alios *peſtilentes*. Sed venenatis et peſtilentibus relictis, de *contagioſis* pauca quaedam dicemus.

Contagioſi tota ſubſtantia morbi alii *manifeſti*, alii *occulti*. *Manifeſti* ſunt phthiſis, pruritus, ſcabies, lepra, achores, faui, et reliqui huius generis, qui licet contactu et fiunt, et afficiunt, nihil tamen occultum malignumque recipiunt, ſed a manifeſta putredine et qualitatum primarum intemperie oriuntur.

Conta-

i) Cap 55. p. 110. ed. Venet.

k) *Io. Fernelii Ambiani Vniverſa Medicina ab ipſo quidem authore ante obitum diligenter recognita, et quatuor libris nunquam ante editis, ad praxin tamen perquam neceſſariis aucta.* — *Ed. quint. Francof. ap. Wechel. hered.* 1592. f. p. 246. ſeq. Prima editio prodiit Antwerp. 1579. 8. auctore GISELINO, ſed videtur opella orta ex lectionibus et pertinere ad a. 1557. ſi obſeruationibus credimus. In *Coll. Luiſ.* non extat, niſi quaedam particula leuis, ex l. *de abditis rerum cauſſis* ſumta Falſus ergo eſt LINDENIVS, qui contrarium ſtatuit. Reſumſi ergo et meliorem, et ad vſum accommodatiorem partem, ſed temere in editione Boerhauiana omiſſam, vnde, quantopere ab vſu mercurii abhorreat FERNELIVS, abunde intelligitur. Natus erat a. 1485. obiit a. 1558. die 26. April. De cuius vita et ſcriptis late ac copioſe egit Cl. GOULIN. v. *Memoires litteraires, critiques, philologiques, biograph. et bibliograph. à Paris* 1775. p. 286. ſeq. ego vero quaedam dixi meo more in *Almanach für Aerzte* 1789. p. 180. ſeq. Non vidit quidem primam luis gallicae formam, ſed eam, qualis ſuo tempore fuerit, miſſis ſcholarum praeiudiciis, orſus a vitiis naturalium localibus, progreſſus ad luem vndicunque diffuſam, curate ac plene deſcripſit.

Contagioſi occulti dicuntur, qui externi cuiuſpiam veneni occurſu et contagione primum contracti ſunt, vt ſtupor a torpedine piſce vel ab opio, hydrophobia, et qui ſcorpionum beſtiarumque venenatarum morſu vel telorum veneno infectorum ictu fiunt.

In horum cenſu iure *numeranda* venit *lues venerea.* Cum enim neminem vnquam hac lue labefactauerit inquinaueritue aeris inſpiratio, nec multos communiter illa inuadat, *non poteſt inter epidemicos morbos cenſeri*, cumque nec alimentorum impuritate, nec vitio ſit orta, *non* numerabitur *in venenatis.* Reſtat igitur, vt *habeatur inter contagioſos*, *quorum peculiaris eſt ſua cuiusque cauſa. Et licet fortaſſis ab externis haec cauſis primum originem non habuerit*, *quoniam tamen haec ſemel genita non*, *niſi contagione* poſtea *afficit*, contagioſorum more, *contagioſus* quoque *morbus dicendus eſt.* Alioqui nec elephantia, nec qui luis venereae et elephantiae permixtione fieri poſſunt, inter morbos contagioſos recenſerentur: Quod tamen veterum auctoritas et vſus coarguit. Itaque lues venerea totius ſubſtantiae affectus eſt occultus et contagioſus.

Cap. II.

Luis venereae origo.

Annus fuit a Christo nato poſt M. et CCCC. nonageſimus tertius (aliis ſecundus), cum irrepſit *lues venerea* apud Neapolim primum in Gallorum exercitum. Vnde a Gallis *neapolitanus*, a Neapolitanis *gallicus morbus* eſt appellatus. Hunc iram Dei Opt. Maximi interpretati ſunt theologi, cum hanc malorum a nobis morum poenam exigi, hoc ſupplicium *de ſcortatoribus* ſumi publice docuerunt. Hinc ſtatim mira tam horrendum affectum ſuperſtitio excepit, indoctis quibusque hominibus et mulierculis ad diuos, neſcio, quos vota ſua referentibus opemque ab iis poſcentibus. Non defuerunt etiam aſtrologi et meteorologici, qui morborum popularium cauſas altius repetentes, inſolentem quandam ſiderum conſtitutionem ac binas ſolis eclipſes, aeri inquinamenta quaedam reſpergentes, accuſarunt, epidemicumque hunc affectum dixerunt: Quorum etiam opinionem plures medici poſtea ſunt ſecuti. At ego vel *ab inſulis* quibusdam *Americis*, *in quibus populariter affectum hunc graſſari audio*, *per Hiſpanos in Gallorum exercitum vitium allatum* crediderim, aut *illic* certe *ſcorti cuiuspiam magna impuritate contractum*, *cuius dein contagio in omnem Europam*, *Aſiam*, *Africam et extremam Indiam defluxerit*, omnemque orbis partem, quae noſtratum commerciis vtitur, impleuerit. Etenim ſi epidemicorum morborum conditione a certo aſtrorum influxu deriuata eſt haec lues, quomodo paucis diebus plures non afflixit, tandemque tempore deſiit? Ita enim peſtis illa Anglica, hoc ſeculo nata, ſaepius iam et inuaſit, et exſtincta eſt penitus. Ita morbi omnes epidemici, ab Hippocrate celebrati, ita exanthemata et ecphymata ortus et interitus ſui curſum ſemper abſoluunt. At *aut ab vno*, *aut admodum paucis apud Neapolim originem habuit lues venerea*, cuius contagio hactenus ſerpſit in reliquos, nec tempore deſiit. Itaque accuſanda hoc loco multorum *credulitas*, qui *multas* ſe *in coenobiis virgines arcte concluſas hac lue labefactatas* vidiſſe ſcripſerunt *ſine viri conſuetudine et impuro contactu*, *ſola inquinatas aeris inſpiratione.* *Non* minus explodenda eſt illorum opinio, qui *alimentorum impuritate* et *vitio luem* hanc ſaepius oriri contendunt, quaſi vero nunquam antea putridis et vitioſis alimentis vſi ſint homines ſine lue venerea, aut haec in plebeiios tantum et infimae ſortis homines, vitioſis plerumque cibis victitantes, non autem in magnates et reges ipſos, ſelectiſſimis cibis vtentes, graſſata ſit. Multi etiam *luem* hanc indies *mutari* et ita *inclinare* atque *conſeneneſcere*, *vt ſit poſthac breui finem habitura*, litteris prodiderunt. Aiunt enim, cum primum oriretur, tanta fuiſſe foeditate, vt, quae nunc graſſatur, vix illius generis eſſe putetur. *Vlcera* erant *innumera*, *in quernae glandis* ſpeciem *et magnitudinem aſpera exporrectaque*, *ſpurcus* ab iis *profluens humor*, *foetor* vero tantus exhalans, vt, cuius nares attigiſſet, is inficí mox crederetur, *color puſtulis ex nigro vireſcens*, ipſo aſpectu non minus aegros, quam *dolore* cruciabat. Fugiebant idcirco omnes eius aſpectum, nedum contactu abſtinebant, vt morbi praeterea nullius. Quae vero ſecuta eſt, et iam paſſim vagatur, *puſtulas* quidem habet *paucas*, vt et *vlcera*, *dolores* autem *atroces cum tuberculis ſcirrhoſis.* Ea vt foeditate tolerabilior, ita certe *doloribus* et *cruciatibus immanior* euaſit. Id vero minime ſeneſcentis luis naturae et conditioni tribuerunt, ſed *praepoſterae* multorum *curationi.* Adeo enim eſt haec lues mortalibus formidabilis, vt vel illius minima ſuſpicione confeſtim ad remedium *ex hydrargyro* concurratur. Quod ſane puſtularum ardorem exſtinguit exſiccatque vlcera, at deſtillationes articulorumque dolores adauget. Itaque hanc, niſi Deus Opt. Max. ſua clementia ipſe exſtinguat, aut effrenem hominum libidinem temperet, *nunquam exſtinctum iri*, ſed fore humano generi comitem et immortalem crediderim.

Cap. III.

Luis cauſa efficiens ex nonnullorum opinione.

Diximus de luis origine et externa occaſione. Iam *de efficiente cauſa*, cuius ad curationem inprimis eſt neceſſaria cognitio, accuratius diſſerendum. Huius quidem natura et eſſentia quae ſit, quae qualitas, quantae iamdiu quamque odioſae concertationes, quot opiniones, quam maxime a neotericis, agitatae et ſumma diſcordia conuerſatae! At nondum tamen definita quaeſtio eſt. Alius enim *hepatis intemperiem* valde *ſiccam* et paullo *calidiorem* per contagium impreſſam arguit, ac eam primum quidem ſimplicem, deinde vero, increſcente humorum noxio, compoſitam, qui in carnes ac corporis habitum a natura propulſus, et continuum ſoluat, et puſtulas vlceraque excitet, dolores, tophos aliaque incommoda innumerabilia accerſat. Neque mirum videri debere, ſi medicamentis, quae ad omnis generis intemperiem comparata ſunt, hactenus non ceſſerit, quod omnis ſicca intemperies partis alicuius nobilis, maximeque hepatis, humidi primogenii plurimum abſumat atque diſſipet, nec niſi arte ſumma et ſummo remediorum vſu tolli emendariue poſſit, cum reliquae omnes intemperies facile corrigantur. *Intemperiem calidam* eſſe, a natura rei cognoſci, et ab eius effectibus, ſiquidem puſtulae et vlcera, quae in hoc ſunt morbo, duritiem habent inſignem, durities autem fit vel a pituita craſſa, vel a melancholia. At pituita craſſa facta non corrodit. Eroſiones enim, quae cum duritie affligunt, ſui cauſſam materiam craſſam et denſam agnoſcunt. Adhaec materia tenuis eryſipelata vel herpetes excitat, *vlcera* autem *luis profunda* ſunt et caua. Denique *luis venereae vlcera* iis *tolluntur remediis*, *quae veteres Arabes ad vlcera a ſicca et torrida materia compararunt.* Quocirca a materia calida ſicca et denſa emergunt. Haec autem materia non poteſt aliunde peti, quam ab hepate, ſiquidem medicum eſt theorema, actione aliqua per corpus totum aequabiliter laeſa, principium eius naturale neceſſario eſſe male affectum. Neque enim (quod exempli cauſa dictum ſit) motu et ſenſu totum corpus priuari poteſt, illaeſo cerebro, motus et ſenſus principio, neque aſphyxia, id eſt, ſumma pulſus imbecillitas, in toto corpore deprehendi poteſt, illaeſo eius principio, corde. Sic profecto, vitiato ſanguine in omnibus corporis partibus, neceſſe eſt hepar laeſum eſſe, et cuiusmodi eſt ſanguinis vitium, talem quoque eſſe iecoris noxam. At *omnes*, *eo morbo affecti*, *liuidi* fere et *ſubnigri* cernuntur, floridumque tum faciei, tum reliqui corporis amittunt colorem, quo fit, vt ſanguis in hepate gignatur craſſus, denſus et mordax, qui poſtea, in ſuperficiem protruſus, eum colorem inuehit. Nam talis eſt cutis in ſuperficie, quales ſunt humores in intimo corpore exſuperantes, niſi ad profundum frigore aut alia occaſione decubuerint receſſerintue. Alii omnes in hoc conueniunt, *quatuor humorum exuſtionem* et *malignam* quandam *affectionem antecedentem cauſſam eſſe luis*, dum nec dolores, nec puſtulas excitat, *coniunctam* vero et *continentem*, dum illa iam protulerit, humores autem in hunc modum vitiari atque corrumpi, ſcilicet vel aeris vitiati atque corrupti inſpiratione, vel cibi cacochymi et aquae corruptae vſu, vel certe alterius inquinati cuiuspiam contagione atque congreſſu. Quidam nihil aliud eſſe ſcripſit, quam *deprauati ſanguinis ſuppurationem*, quae poſt in tumores et nodos conſiccata induretur, et cuius *ſcaturigo a male affecto iecinore* pullulet. Horum rationes, quam vim habeant, paucis excutiamus, vt veritas magis eluceſcat.

Intemperiem ſiccam luis cauſam non eſſe, ex inuadendi ſerpendique modo conſpicuum eſt. Omnis enim viſcerum intemperies, praeſertim vero ſicca, paullatim contrahitur, idque vel potus penuria, vel

rerum

rerum calidarum et ſiccantium diuturno vſu. Eſt enim ſiccitas patiens qualitas, minimam vim agendi ſortita. Atqui *luis cauſa*, quanquam *non ſemper ſubito ſe prodit*, ſed interdum, vt rabidi canis virus, *aliquamdiu in nobis deliteſcit*, *repente* tamen *ſemper contrahitur eo ipſo die vel altero*, vel certe *breui* admodum *temporis ſpatio*. *Qua parte contracta eſt, ea vlcere alioue ſymptomate certa de ſe indicia prodit, totumque corpus vel optime ſanum peruertit.* At poteſtne iecur tam cito ſicceſcere, humidumque eius primogenium abſumi, et retorridus in eo genitus humor in corporis ambitum propelli? Quaenam iſta aut in quo alio morbo tam repentina perſpecta eſt humorum ſecretio genitaue intemperies? In febre quidem peſtilenti, dum inquinati aeris inſpiratione repente cordis ſpiritus contaminantur, laceſſitum cor ſuae affectionis indicia, carbunculum et bubonem, foras eructat. At minime tamen accenſa aut reſiccata ſunt viſcera, cor ſiquidem maligna quadam et inexplicabili qualitate obſeſſum ſaepe prius exſtinguitur, quam viſcerum temperies poſſit permutari. Ad haec, cedo, quae intemperies vnquam contagioſa viſa eſt? Neque vero ſi *tubercula dura et vlcera exedentia luem veneream ſtatim excipiunt*, idcirco ſane horum principium, iecur, ſicca intemperie ſtatim laborat, ea quippe non tam a iecoris vitio et noxa, quam a malignitate cauſae, quae humores in ſui naturam deprauat, proficiſcuntur. Itaque calida et ſicca hepatis intemperies luis venereae cauſa eſſe non poteſt. Indignum certe fuit tanti philoſophi grauitate in re adeo aperta caecutire. Aliorum ego omnium opiniones, quae non, niſi ſimplicem humorum corruptionem et exuſtionem proponunt, nihil moror, cum vel ipſis medicinae tyronibus ac tonſoribus notum ſit, omnis generis ex humorum putredine morbos ſine lue ſuperioribus ſeculis graſſatos fuiſſe, nec iis remediis, quae humorum putredinem arcent et emendant, luem veneream bene vnquam fuiſſe curatam.

Cap. IIII.

Vera luis cauſa efficiens.

Efficiens luis venereae cauſa occulta eſt et *venenata qualitas* atque *perniciosa labes*, *attactu et contagione contracta*, quae licet leuis admodum et fere corporis expers ſit ſenſusque noſtros effugiat, *non ſimplex* tamen et ſolitaria exiſtit, ſed *in humore aut alio quouis corpore inhaereſcit*, quo, vt ſubiecto quodam et *vehiculo*, vtitur.

Qui enim poſſit corpori noſtro vim inferre virtus incorporea? Huius perniciei vis et efficacia diutius aliquando in nobis deliteſcit, tempore tamen copioſis ſignis et argumentis ſe prodit. Vt enim rabidi canis aut ſcorpionis, ita huius *venenum ab ea ſede, quae ſit primum contagione inquinata, ſenſim in omne corpus ſpargitur*, *contagioſorum morborum naturam* et conditionem *imitatum*. *Maxime* autem *venereo contrahitur concubitu*, a quo et nomen inuenit, et eius frequentatione propagata eſt lues in hominum genus, et ex vnius impuritate et inquinamento ſenſim in vniuerſum orbem diſſeminata, miſerabile ſcortorum flagellum. Itaque *qui venereo complexu iungitur cum inquinata*, *a pudendis luem contrahit*, *nutrix*, *a qua infans pollutus lac ſugit*, *a mammis*, *obſtetrix*, *quae infectae parienti opem tulerit*, *a manu*, *infans*, *a vitiata nutrice altus*, *nunc ab ore*, *nunc ab interioribus*, *condormiens inquinato ſudore diffluenti a cute et a ſummis partibus*, *qui effuſiore oſculo ſaliuam exceperit*, *ab ore*. Huius tamen veneni vis, quia eſt hebetior, *non, niſi in apertam nudamque partem ſaeuit*, neque qui iam inquinatus eſt, alium halitu ſolo, ſed *liquore de ſe in alterius corporis partem epidermide nudatam rejecto contaminat*, *a qua malum prorſus initium ſumit*. Partium, a quibus lues initium capit, aliae aliis grauius vitae diſcrimen inferunt. Omnium *exitioſiſſima* eſt *lues*, *quae ab interioribus et reconditis viſceribus aut a partibus obſcenis inchoat*, ceterae leuiores et minus periculoſae. *Cuicunque particulae lues primum inſederit*, *illic inhaereſcens puſtulam excitat*, interim et vlcuſculum inde longius prorepens radices figit, ſenſimque partium continuatione interiora ſubit, et ex prauo initio et quaſi ſuſcitabulo profecta *paullatim propagatur* et inualeſcit, dum non ſpiritus modo atque *humores*, ſed et *carnem* et *partes ſolidas omnes* peruagetur, et ad extremum, ni medicamentum adhibueris, furore omne corpus vaſtet atque depopuletur, idque hac fere ratione. Cum virus, exempli cauſa, *concubitu a pudendis* madore perfuſis initium habet, *puſtulas in his primum et vlcuſcula* euocat contumacia malique moris. Vapor deinde aut ſpiritus, ductu cauo pudendi intro repens, (neque enim credibile eſt, humoris quidquam eo ſubire) venae cauae ſanguinem arteriaeque maioris ſpiritum labefactat. Tunc etiam *bubo* prorumpit *in inguine*, hinc, vaſis ſpermaticis renibusque affectis, *gonorrhoea* ſe prodit, qua virus velut eructando turpiſſime eiicitur. Cum execrandum malum iam iecur et ventriculum inuaſit, *leuis* quidam *alui fluor* ſuboffendit, moxque cum iecore ſanguis polluitur, cuius cunctae poſtea venae participes fiunt, eoque *in artus*, *in cutim*, *in muſculos* diſſeminato, compreſſum maleficium atque tacitum erumpit, proſiliuntque *liuidae rubentesque puſtulae*, *vlcuſcula cruſtoſa* et *herpetes*, nonnullis *caua vlcera* atque *maligna*, *bilioſis* quidem *phagedaenica* et *exedentia*, *melancholicis cancroſa*, *pituitoſis* leuiora, ſed *foediora* et humore quodam mucoſo fetidoque manantia, *ſanguineis* crebriora *carbunculi* effigie, omnia quidem *labris praeduris*, *tumentibus* et *inuerſis*, quae, *exeſa carne*, ipſa etiam *oſſa depaſcunt*, primum tenella, qualia ſunt *naſi* et *palati*, deinde ſolidiora, quae *putria carioſaque* tempore *excidunt*. Ab iis cum malum iam cerebrum ſummamque corporis arcem obſidet, multa ſuperuacua pro partis conditione pituitoſa colligi neceſſe eſt. Quae ſi interclufa *capite* contineantur, magnum et acerbum *dolorem* commouent. Sin foras *ſub cutim capitis* promineant, vel *in articulos* vel *artus* deturbentur, *cruciatus* excitant immanes ac diuturnos, *qui noctu maxime ingraueſcunt*, aut *tophos praeduros ſcirrhoſosque tumores*, haudquaquam tamen doloris expertes, progignunt. Quanquam enim pituitoſa videtur materia, veneni tamen maleficio perfuſa acrimoniae particeps eſt. Hinc ſub oſſium membranas ſe recondens tum acrimonia, tum diſtentione dolorem excitat, in oſſium vero ſubſtantiam per tenues quaſi tubos ſeſe inferens, illa diffundit dilatatque in tumorem, quae tandem carie conſumpta putreſcunt. Si minus acris materia et mordax cutim non exedit, ad pilorum radices effuſa malignitate aut venenato vapore *effluuium* concitat, quo plerique viſi ſunt *ſine capillis*, *ſine ſupercilio*, *ſine barba*, *ſine pilis*, qui poſtea repullularunt. Cum tamen multa vbique ſint huius perniciei ſigna, *nullum* tamen cernitur *in vrinis*, neque ex iis quiſquam aut hoc, aut aliud vllum veneni genus poſſit deprehendere. Iam vero haec paucula de lue venerea ſi acriore iudicio ſtudioſe obſeruaremus, cui non perſpicua fuerit eius pernicies, quis eam veneni participem inficiabitur? Si enim minima eius portio in totum corpus diſſeminata ſerpit non aliter, quam quae a canis rabidi morſu infertur, poſſitne eſſe veneni expers? Non enim *in externas* duntaxat, quae ſub aſpectum veniunt, verum etiam in *interiores* quaſque partes in ipſaque *viſcera* penetrat, quae, diſſectis mortuis, comparent *puſtulis vlceribusque foeda*. Itaque hoc in morbo aliisque venenatis plurimos videas captioſa eaque admodum inani ratione falli, quod, dum vident ſymptomata haec omnia cum humoris cuiuſpiam vitio inſultare, nihil praeter humorem ineſſe putant, nihil maius animo concipiunt, neque acriore animi acie perſcrutantur, num aliud quippiam in humore ſubſit, in quo praecipua affectionis cauſa conſiſtat, quale procul dubio, ſi ſenſu non cernimus, poteſt certe ratione ac intelligentia comprehendi. Alioqui in maxima rerum ignoratione verſamur. Sed de his alias.

Hanc luem nulli adnaſci, *niſi contagio qui ſe polluerit*, diximus. Quod quoniam in concubitu ſolet euenire, *pueros et ſenes* aut alioqui *coitus expertes rarius occupat*, ſaepius et facilius, quo quis ſalacior et in venerem eſt procliuior. Qua de re et a partibus obſcenis ſaepiſſime incipit, licet et *interdum ex aliis* plerisque, vt dixi, *locis* expullulet, *quibus labes contagioque fuerit aſperſa*. *Inquinatur* autem duntaxat vel *purus ab impuro*, vel *impurus ab eo*, *qui* ſit longe *impurior*, *a ſimili* vero vel *minus impuro nunquam*. *Aeque impuros citra offenſionem congredi licet*, et *vterque* tamen *alium puriorem congreſſu labefactat*. Hauritur etiam interdum *lues e ſcorto*, *quod nondum ſit inquinatum*, cum quis cum eo volutatur mox ab alio impuro ſcortatore. *Impuritas non ex cute ſpectatur*, *quod ſaepe inueteratae luis fermentum intus reconditum ſit et abſtruſum*. Iam quos corripuit, vt quisque viuit, ita eum aut *cito deſerit*, aut *diu tenet* et *in totum abſumit*. *In Italia* et *Hiſpania*, ac ſicubi praeterea ſobrii ſunt homines, *mitior*, *in Germania*

propter

propter crapulam et victus intemperantiam, vt *diutius haeret*, ita prehenſos infeſtiſſime *torquet* et acerbiſſime affligit. Secundo loco ſunt Galli.

Cap. V.

Luis ſpecies, ſigna et ſymptomata.

Luis differentias ſpeciesque nonnulli, quibus ſymptomatum, quam eſſentiae maior cura fuit, varias multiplicesque ſtatuerunt. Vna tamen et eadem eſt eſſentia totius, ſed variis diſtincta ordinibus, vt alia leuior ſit, alia grauior. Eſt et corporum, in quae illa incidit, permagna varietas. Ac vtraque ex cauſa fit, vt lues alia leuioribus, alia grauioribus ſymptomatis exerceat. Omnium *leuiſſima* ea *ſpecies*, qua ſolum *capitis* et *barbae pili* ſenſim citra vllam corporis effuſionem *defluunt*. Eius quippe virus intenui quodam vapore conſiſtit, qui in corporis ſumma diffunditur ad pilorum radicem. Atque vt ephemera febris a putrida, ita et haec ſpecies diſtat a ceteris. *Altera* paullo deterior eſt, qua cutis vniuerſa crebris *maculis* minime tuberantibus aſpergitur, iisque *paruis*, lentiginis inſtar, ac modo *rubris*, modo *flauis*, quae non ante deleri extinguique poſſunt, quam morbi radix ſit euulſa. Haec in tenuiſſimo ſanguine virus habet, quam nulla alia grauiora ſequuntur ſymptomata. *Tertia ſpecies* grauior, ac iam *vera lues* eſt. Hac *rubrae* aut *flauae puſtulae* primum quidem circa frontem ac tempora, poneque aures, dein in capite, atque etiam in reliquo corpore erumpunt, et extuberant rotundo ſchemate, ſiccae ſine pure, quae dein ſicca cruſta obducuntur: atque ſi negligantur, ſerpunt in ambitum, excauantque cutim, dum *ex puſtula* verum *vlcus* fiat, quod fere *virulentum* eſt ac *ſordidum*. Partes, quae *ad podicem*, *nares* atque *fauces* ſunt, quia tenellae, omnium primae exulcerari ſolent. Emergunt autem haec, cum iecur ipſum atque ſanguinis humorumque maſſa labefactatur, a qua protinus carnoſae molleſque partes detrimentum capiunt. *Quarta* his *ſpecies* ſuccedit, cum iam *inualeſcens lues* ſolidas partes, *oſſa*, vincula, membranas ac neruos adoritur. In his iam vitiatis excrementa multa, craſſa quidem ac glutinoſa pro partis conditione, ſed tamen maligna congeſtione accumulantur, quae nonnunquam in tendones, ſaepius inter *oſſa* et *perioſtia* confluunt. Haec cum vel membranam ab oſſe diuellunt, vel eam maligna acrimonia feriunt, *cruciatus* cient implacabiles, qui *noctu* fere ingraueſcunt. Ab his demum coaugmentatis *praeduri tophi* cum cruciatu multo grauiore ſuccreſcunt. Eadem cum porro in *oſſe* figuntur, id amplificant, diſtendunt atque *excdunt*, vt eius ſaepe deprehenſa ſit monſtroſa figura. Tandem vero corpus vigiliis dirisque cruciatibus confectum et *atrophia* marceſcens vita deſtituitur. Quae luis natura ac conditio, et quibus illa ordinibus, tanquam differentiis, diſcreta ſit, ex his conſtat.

Iam certa eius *ſigna*, quae cauſſae efficientis ſymptomata ſint ſparſim propoſita, ſeorſum enumeranda, et in epilogum coartanda ſunt. Itaque ſi capillorum aut barbae defluuium citra morbum grauem et acutum incidat, et maculae exiguae, lentiginis inſtar, modo rubrae, modo flauae, per cutim vniuerſam exortae ſint, lues venerea contracta eſt, idque certius conſtat, ſi vel *in pene*, vel *in inguinibus* ἐπιφαινόμενον aliquod praeceſſit. Eadem ſententia ferenda eſt, ſi rubrae aut flauae, aut liuidae puſtulae circa frontem et tempora poneque aures, dein in capite ac podice ac reliquo corpore extuberant rotundo ſchemate. Quae cum initio ſiccae eſſent et ſine pure, dein ſicca cruſta obducuntur aut etiam exulcerantur excauanturque, et in vlcus ſordidum rotundum fere degenerant. Sed omnium harum puſtularum et vlcerum ab aliis ſimplicibus diſtinctio vix plane et ad vnguem literis explicari poteſt, oculorum intuitu et frequenti aſpectione cognoſcenda. Si dolores et cruciatus ingentes noctu ingraueſcentes non in articulis, ſed in mediis artubus affligunt, in quibus etiam tophi praeduri inter oſſa et perioſtea ex craſſa lentaque materie ſuccreuerint, aut etiam carie conſumtum os eſt exeſumque, lues iam diu contracta eſt. Horum multis aut aliquibus tandem comparentibus, lues contracta intelligitur, et curatio maturanda. Multos video ſymptomatum multitudinem inter luis ſigna reponere; Quae quoniam illius propria non ſunt, cognitionem interturbant, et tyronum ingeniis nondum exercitatis et vſu confirmatis caliginem offundunt. Quorſum attinet laſſitudinem, proſtratam appetentiam, ſomnolentiam, faciei pallorem, linguae ſcabriciem, aliaque innumera, ſine lue quotidie affligentia inter luis ſigna recenſere?

Iam vero cum clanculum ſaepe ſerpat lues haereatque in corpore diutius, nullis ſignis praedictis conſpicua, illius *ab aliis affectibus internotio* atque diremtus accurate tradendus. Itaque cum ex dubiis ſignis de lue ambigitur, eius origo eſt altius inueſtiganda, et partes omnes adeundae, a quibus initium habere poteſt. Et quoniam non, niſi attactu contrahi poteſt, neceſſe eſt, vt labes aliqua in ea parte primum comparuerit, per quam inſertum eſt virus. Quendam exempli cauſſa ſtatuamus, multos iam menſes de ſcapularum et occipitis dolore, noctu, quam interdiu grauius affligente, conqueri, qui iuſtis purgationibus et topicis remediis non ceſſerit. Cum dolor externus ſine manifeſto tumore aut abſceſſu tamdiu afflixerit, frigidum ex capite humorem eo confluere ſenſim, aut certe partis vitio et imbecilitate gigni cumularique neceſſe eſt. Qui tantum a viſceribus in partes externas pellitur noxius humor, ſiue tubercula aut puſtulas excitet, ſiue ſcabiem, ſiue per vniuerſum corporis habitum diffundatur, dolores non efficit tam atroces, non noctu excandeſcentes, ſed qui duntaxat circa partes membranoſas cumulatur. Luis enim initio ex interioribus noxia materia ad cutim pellitur, quae poſtea in tubercula et puſtulas erumpit, nullus tamen ante affligit dolor, quam circum membranas venenata qualitate iam perfuſas vitioſus humor venenata et maligna congeſtione coacervatus ſit. Et in hydrope anaſarca licet totius corporis habitus cruciatibus diſtendatur, nullus tamen aut obtuſus admodum dolor eſt, vt nec in tumoribus pedum oedematoſis, circa finem diuturnarum febrium contingentibus. Vtrum vero frigidum hunc humorem ſimplex partis intemperies cumulet, an qualitas potius maligna ei perfuſa, inueſtigandum diligentius. Perſcrutandum ergo, num ante hos dolores quidquam *in partibus obſcoenis* comparuerit. Emergunt autem in his *puſtulae*, *vlcera maligna*, *virulenta*, *gonorhoea* et *inguinum bubones*. Haec tametſi nondum lues venerea dicuntur, ſunt tamen rudimentum et veluti character eius impendentis. Quorum ſi quippiam praeceſſerit, quod poſtea quibusdam remediis fuerit ſublatum, quoniam tamen ſcapularum dolores diutius perſeuerant, venenatae cuiusdam qualitatis inde relictae ſuſpicio eſſe debet, quae ſolidas partes iam obſidens ac illarum concoctionem peruertens excrementa multa congerit, eaque craſſa et maligna, quae doloris cauſa ſunt efficiens. Et hic communia omnia deſtillationum remedia conueniunt. Si vel in faucibus, vel in ore vlcus, vel excoriatio, aut quauis alia corporis parte contagione aliquid inhaeſit, eadem eſt ferenda ſententia. Licet enim reſiccatum fortaſſe fuerit vlcus, non eſt tamen mali radix euulſa, ſed ſenſim interiora vaſtans, tempore ſui teſtimonia profert. Suſpicionis porro occaſionem confirmabit, ſi circa os tibiae aut brachii, aut frontis, aut alterius partis alicuius humor, in callum aut tophum concreſcens, nocturno dolore fatigans, exſtiterit. Hic enim non aliunde naſci ſolet, et huic morbo familiaris eſt. Quod ſi praeterea inunctiones ex hydrargyro aeger expertus eſt, multo erit certior cauſſae interioris coniectura. At vero ſi iſtorum nihil praeceſſit, ſed ſolitarius dolor eſt, cauſſae internotio difficillima exiſtit: Quam tamen hac ratione aſſequi licet, ſi dolor, cuius cauſſa inueſtigatur, vel in articulis, vel mediis artubus et muſculis ſedem habet. Qui in articulis vel circa hos exiſtit, fixusque eſt, non venereus, ſed vel arthriticus, ſi conſuetus eſt, ex interuallis repente inuadit, paullatimque ſoluitur, vel a ſimplici eſt defluxione. Non enim venereus dolor articulos, (id pace multorum dixerim) ſed medios artus obſidet. In quibus etiam diximus plerumque tophos ſuccreſcere, maxime vero in fronte et capite, in clauibus, in medio humeri radio et cubiti oſſe, in parte priori tibiae, nonnunquam et in aliis quoque oſſibus. Iam vero ex iis, qui in mediis artubus fiunt, qui breui paruoque tempore exoriuntur, a defluxione ſimplici ſunt, quae repente e capite eo labi ſolet, cuius etiam fons antea fortaſſe fuerat deprehenſus. Qui vero ſenſim multoque tempore procedunt ab eo excremento, quod pars male affecta paullatim congeſſit, luis materiam redolent. Atque idcirco cunctandum eſt, dum alia ſe prodant ſymptomata. Neque enim incogniti et nondum plane per-

ſpecti affectus tentanda vnquam eſt curatio. Solent enim complures admiſſum ſcelus conſtanter denegare, dum dolorum vehementia et ingenti ſymptomatum turba conuincantur. Sed de his ſatis. Iam agnitae luis tradenda *curatio*.

Cap. VI.

Curatio per hydrargyrum.

Qui omnium primi tetri huius et immanis morbi curationem ſunt aggreſſi, neglecta eius eſſentia, horum duorum ſymptomatum, *tuberum* nempe et *vlcerum*, tantum curam habuerunt. Ac primum cum illa corpus depaſcebantur, cauſticis comburere conati ſunt. Dein quia, vno exſtincto, noua renaſcebantur, permulta excogitauerunt vnguento eodem relinguere omnia, in aliarum puſtularum et ſcabiei modum. Aliter atque aliter hoc tentabant, verum nullo quisquam effectu, argentum viuum qui non addidiſſet. Huius enim vſum aui noſtri ex Arabum ſchola deduxerunt, quos conſtat hydrargyrum ad vlcera maligna et cacoethea coercenda, atque ad ſcabiem omnem ſiccam feliciter vſurpaſſe. Itaque eo, cum aliis quibusdam oleis et pulueribus in vnguentum formam concinnato, inungebant brachiorum et crurum iuncturas, alii et ſpinam, et ceruicem, nonnulli etiam tempora, item et ventrem, atque iterum alii vniuerſum corpus. Quibusdam ſemel die, quibusdam bis, nonnullis tertio iterum die, nonnullis quarto. Claudebatur aeger in aeſtuario, quod calebat aſſidue atque intentiſſime, alii viginti, alii triginta totos dies, nonnulli plures. Perunctum lecto, qui intra aeſtuarium ſternebatur, apponebant, ac, multa ſuperiecta veſte, ſudare cogebant. Empiricam hanc curandi rationem hactenus ſecuti ſunt medici et chirurgi fere omnes, non ſine magno reipublicae detrimento, tanta ſiquidem huius vnguenti crudelitas eſt atque ferocia, vt ſecundo ſtatim aut tertio die languescere incipiat aeger, quippe quod in ſummo corpore eſt et in toto corporis ambitu, ſumma ſua tenuitate colliquat ac diſſoluit, ac tandem extrema refrigerandi, qua pollet, facultate ad interna repellit, inde in ventriculum et thoracem, e quibus deinde ſurſum partium continuatione ad gulam et os compellit tanta tamque violenta iniuria, vt dentes, quibus, vt et cerebo, peculiariter inimicum eſt, ſtatim omnibus vacillent, ac nonnullis liuidi decidant omnes. Quaedam e corpore per ſudores diſſipat, quaedam purgatoria vi in aluum deturbat magnis torminibus. Atque vt paucis complectar, omnibus certe, qui ita curantur, exulcerantur fauces, lingua et palatum, intumeſcunt gingiuae, dentes vacillant, ſputum per ora ſine intermiſſione profluit, omni prorſus foetore olentius, tanto contagio, vt labia eius contactu vlcus contrahant, et intus buccae vlcerentur. Frigefacto ſtomacho, et turbato foetore, appetentia cibi deſtituuntur aegri, cumque ſiti intolerabili crucientur, vix tamen bibere poſſunt, os alioqui totum vno occupante vlcere. Quin etiam lingua balbutiem, aures ſurditatem contrahunt, nonnullis immedicabilem. Foetet omnis circum habitatio. Atque adeo durum eſt hoc medicationis genus, vt perire morbo complures malint, quam tanto periculo tam acerbo diſcrimine leuari, quanquam vix centeſimus quisque leuatur, recidiuo vt plurimum aegro. Recidiua raro ſimilis eſt radici, neque iisdem ſymptomatis exercet, ſed fere diſtillatione, arthritide, tophis vel oſſium carie. Neque pari contagione eos, cum quibus ſocietas eſt, afficit, quod humoris furor et impetus auxiliis repreſſus ſit, etiam nondum mali radice reuulſa, tempore ſiquidem ea reuireſcit, recurritque interdum poſt annum vigeſimum aut etiam trigeſimum, tantoque interuallo mali fomes, quaſi ſepultus, deliteſcit. Et nihilominus, qui tum expertes prorſusque expeditos ſe putant, alios, cum quibus concubuerint, contaminant, prolemque gignunt ea lue conſperſam, indicium ſane, tum temporis mali fermentum in venis in ipſisque partibus reſeruari, et, vt dicere ſolent, in ipſis quaſi medullis deliteſcere.

Eſt igitur omnium curationum acerbiſſima, quae huiusmodi perunctione fit, et in ea miſerrimum hoc quoque eſt, quod plerique omnes, qui ſic medentur, medicinam non callent, ſed vt audaciſſimus quisque aut in aliis vidit, aut ipſe tulit, ita medicum agit, vno quopiam ad omnes vnguento vtens, et, vt ille ait, vno collyrio omnes perſanans, nullius neque temporis, neque corporum qualitatis habita ratione. Si quid accidat interim aegro, conſilii inopia, quid ſuadeat, non habens, morbi peruicaciam et malignitatem arguit, quae non, niſi iterata vnctione tolli poſſit. Hinc alius bis, alius ter aut quater, nonnulli decies, alii etiam vndecies aus duodecies eam curationem experiuntur, tanta cum doloris acerbitate et malorum aceruo, vt credi poſſit, nimium viuendi cupidos, qui non mori maluerint, quam ſic vitam proferre. Multis namque ad vertiginem, quibusdam ad inſaniam vsque infeſtatur cerebrum poſt curationem. Tremunt multis non manus tantum, ſed pedes etiam et vniuerſum corpus, aliis quidem ad annos aliquot, aliis ad omnem vitam. Multos in media curatione interire vidimus, dum carnifices illos hypocauſto plus aequo calido includunt, in quo illi ſalutis, quam ſic adepturos ſe eſſe ſperant, ſtudio patientius conſiſtunt, donec, reſolutis caloris vehementia ſpiritibus, ac defectis cordibus, mori ſe non ſentiant. Alios vidimus, intumeſcente ad fauces gutture, cum exitum non haberet ſanies et ſpiritus, ſuffocari, quosdam, cum meiere non poſſent, alios, exorta dyſenteria ac febre, mori. Omnino pauci ita conualeſcunt, iique validi ac robuſto corpore, quibus malum inter initia conſiſtit, ſolusque corporis ſpiritus vel humor, non autem partium ſubſtantia obſidetur. Atque illi hoc periculo, hac amaritudine, his malis affliguntur. Nam cum initium praeterlapſa lues iam partium ſubſtantiam obſidet, vt argentum viuum puſtulis, vlceribus, tophis, doloribus aliisque ſymptomatis tanto periculo opem ferat, mali tamen radicem haudquaquam euellit. Et ſi quod iuuamentum eius adferat vſus, id profecto vix ad paucos menſes, ne dicam dies, durare conſueuit. Pro hac tam acerba tamque periculoſa curatione chirurgi, naturae arcana penitus (ſi diis placet) intuiti, veluti pro aris et focis decertant. Nec, inuenta meliore fruge, glandibus etiamnum veſci deſinunt, veriti (credo), ne vel ipſis de ſuo aliquid decedat lucro, vel a iunioribus aliquid didiciſſe videantur. His ego ad ſolem caecutientibus longum vale praefatus, quae de hydrargyro ſentiam, paucis exponam.

Cap. VII.

Hydrargyri vires.

Hydrargyrus, ſumma partium tenuitate praeditus, tantam vim purgandi ſortitus eſt, vt ne vſtione quidem ea ſpoliari priuarique poſſit. Sed quod aliorum purgantium nulli conceſſum video, in eius cinere ſuperſit ea multo etiam, quam antea vehementior. Purgat autem peculiari et ſibi inſita proprietate craſſum lentumque mucum, atque ipſam pituitam, deinde conſecutione quadam bilem vtramque. Craſſum hunc lentumque mucum cum ex corporibus vel exquiſite ſanis eo perunctis detrahat, tendones, membranas, neruos aliasque partes ſolidas diſſoluere videtur, atque propriam ipſorum ſubſtantiam colliquare, et in eam materiam conuertere, quam ex ore ſtillare manifeſte cernimus, carnoſas vero et molles in ſudores digerere, totiusque corporis conſtitutionem adeo peruertere, vt diu poſtea non, niſi craſſum lentumque mucum vel ex puris alimentis proferat. Sed ne oſſibus quidem, ſi quis ſaepius vnguine ex eo illitus fuerit, vel eius vapore, aut cinnabaris, eius ſobolis, ſuffitu pepercerit, ſiquidem dentes eo ſaepius inuncti ſtatim poſtea vacillant, et liueſcentes marceſcunt. Alia vero craſſiora cariem parte quadam contrahunt, quam ferro excidens guttulas argenti viui tremulas non raro ipſe comperi. Quanquam autem vt et reliqua omnia validiora, ita hydrargyrus nonnunquam ſupra et infra vacuat, non intra corpus modo aſſumtus, ſed etiam foris inunctus, maxime tamen et propria vi ſupra purgare natus eſt, et humores omnes, praeſertim craſſos et lentos, ex corporis ambitu et vniuerſa mole primum in ventriculum et pulmones regerere, ex his deinde in fauces, tandemque in os compellere, non quidem vomitione, ſed continua mucoſi ſputi profuſione. Vnde et *ſaliuatio* vulgo dicta, noua haec et veteribus intentata purgationis forma. At haec quidem, foris inuncto hydrargyro, nunquam intro ſumto, tentatur purgatio. Quae quoniam inchoata ſemel in multos dies, velis nolis, producitur, imbecillis viribus quisquis illam promouerit, in certum vitae diſcrimen laborantem adducet. Recte Dioscorides argentum viuum ſeu factitium ex minio, quod cinnabaris dicitur.

tur, ſiue minerale in argenti fodinarum tectis ſtillatim concretum, aut per ſe in metallis repertum, potum vim pernicialem habere cenſuit, eius vſu grauiſſima fieri tormina, interna exedi et exulcerari, vrinam ſupprimi, corpus intumeſcere, plumbeamque deformitatem concipere teſtatus. Ac GALENVS ſuſpectum eius vſum ita merito abhorruit, vt, interimat, nec ne, ſumtus vel admotus, periculum nunquam facere voluerit, nec denique ex veteribus Graecis in medicinae vſum tam periculoſum pharmacum inducere quisquam eſt auſus. Quod igitur ex Arabum medicorum ſententia a multis argentum viuum vel extinctum cum aliis ſumi intro poſſe dictitant, ſuaque, vt interpretantur, inſtabilitate et grauitate, mox, vt ingeſtum eſt, ad aluum deuolui, reddique ſincerum nullo ventriculi aut interaneorum vulnere, minime recipiendum cenſeo. Multo minus vero conſentit, quod ANTONIVS MVSA, multis literarum monumentis clarus, ſcriptum reliquit, infantium lumbricos argento viuo propinato tuto ſeſe enecaſſe profeſſus. Nec ſi puerorum pediculos vnguento ex hydrargyro in capite parte neruoſa et frigida mulierculae nullo diſcrimine interimunt, idcirco ſane ſtatim licuerit argentum viuum, cuius ſolo vapore non homines ſolum perculſi, ſaepe ſtupidi ac prorſus veternoſi redduntur, ſed aues quoque omnes repente mortuae concidunt, intra corpus aſſumere. Quid igitur de his ſentiam expertusque ſim, paucis complectar.

Equidem tam mihi peccare videntur, qui hydrargyrum quouis modo praeparatum tuto ore porrigi poſſe contendunt, quam qui venenatum adeo et humano generi ita periculoſum exiſtimant, vt a remediorum etiam externorum cenſu prorſus ſit expungendum. Nam tametſi fortaſſe intro ſumtum ventriculum et interanea pondere non exulcerat, ſicut neque plumbei ſclopetorum globuli, (ſiquidem hi diu interdum in corpore haerent ſine incommodo, dum ſibi viam et exitum pondere ſuo pararunt) alia tamen ingenti frigore, quo os praeſertim ventriculi laedit, alia eaque multo grauiora venenata ſua qualitate ac malignitate ſymptomata concitat, iis non diſſimilia, quae, ſumto puluere plumbi, amicus quidam meus his diebus expertus eſt. Erat is diſtillationi e capite interdum in ceruicem et ſcapulas, interdum in pedum articulos obnoxius: Qua tamen ſuperueniente, iuſtis vacuationibus haud aegre liberari ſolebat. Huic a me iam doloribus liberato empiricus quidam plumbi puluerem aduerſus arthritin ita commendauit, vt in eo ſolo *eius recurrentis* praecautionem poſitam eſſe ſtatim perſuaderet. Cuius idcirco vſum amplexus, pulueris eius ſeſquilibram ex iuſculis, ex vino et piris coctis aliisque cibi ſacchari loco dierum quindecim ſpatio abſumpſit. Sed dii boni, quot quantaque incommoda ſtatim perſenſit! Dyſenteria crudelis febri ſtipata die duodecimo exorta eſt cum grauiſſimis non ventris ſolum, ſed et ventriculi torſionibus ad eam ſpinae dorſi partem, in quam os ipſius incumbit, pertinentibus. Ventriculi tanta diſſolutio, tanta oris oblaeſio ſubſecuta eſt, vt ne contactum vel blandiſſimum ferre poſſet. Et quaecunque ingerebantur, vel in plumbeum nidorem, vel in mucorem tenuiſſimum verſa mox reuomebantur. Inde ructuum tanta edebatur copia, vt in flatus omnia abire viderentur. Sedata dyſenteria, graues illi ventris, lumborum et ventriculi cruciatus dies viginti perſeuerarunt cum incendii interni moleſtiſſimo ſenſu, totidemque noctes peregit inſomnes. Atque hoc temporis interuallo licet ſitis ipſum non valde exercuerit, appetentia tamen ſemper proſtrata iacuit, nec aluus quidquam, niſi vel clyſtere, vel cathartico medicamento proritata reddidit, et quaecunque tum infra, tum ſupra, aut ſponte, aut artis beneficio prodiere, plumbeo colore infecta erant omnia. Suam illam qualitatem internis partibus pertinaciter adeo impreſſerat. Interim exorto ictero, corpus totum foedatum apparuit, ac ſanguis, ſedata dyſenteria, ad febris curationem reſerata vena detractus, totus flauus, bilioſus ac ſpumoſus deprehenſus eſt. Haec tam grauia tamque periculoſa ſymptomata ſi plumbum non tam pondere aut inſita frigidiate, quam occulta quadam eaque inexplicabili malignitate oblaeſis viſceribus inferre animaduertimus, quid de hydrargyro intro ſumto cenſendum putemus?

Pictor quidam Andegauenſis annos natus XXX, firma ac laudabili corporis conſtitutione non ita pridem hic agens anno M. D. LVII. manuum digitos grauiores ſolito, torpidiores aegriusque mobiles percipiens, paucis poſt diebus contrahi illos conuellique ſenſit, atque ſenſim indies magis ac magis aucta affectio eſt, dum incurui illi et paene inflexibiles manerent. Quin et carpum, et brachia peruaſit affectio, dum, neruis tendonibusque infrigeratis, humoreque craſſo imbutis, admodum torpida, conuulſa grauiaque redderentur. Haud multo poſt idem pedes vitium ſenſere, ſublata incedendi potentia; In his tamen vt neque in brachiis, neque in manibus, non admodum vehemens dolor affligebat. Miſellus hic, tot malis non ſatis (credo) diuexatus, aliud ſymptoma longe grauiſſimum ac crudeliſſimum incurrit. Dolor enim acerbiſſimus atque atrociſſimus ventriculum atque hypochondrium vtrumque occupare coepit, ſed qui ad totum ventrem pertineret, cui, cum nec noctu, nec interdiu intermittebat, clyſteribus, fotibus, balneis ac aliis quibusdam remediorum generibus, ſed fruſtra, leuatio quaeſita eſt. Vnicum tantum in acceſſione inuentum eſt ſolatium, tres quatuorue robuſtos homines ventri ſuperpoſitos ſuſtinere, compreſſo ſiquidem ventre, paullo mitior cruciatus erat. Vbi ſex octoue dies, nonnunquam et duodecim, miſer ille adeo fuerat diſcruciatus, ſenſim abeunte dolore, languidus quidem ac paene moribundus cernebatur, ſed qui ſtatim, reſtituta appetentia, vires aliquas reciperet, dum alia rurſus ſimili acceſſione correptus proſterneretur. Viginti enim non amplius dies intermittebat. At ue in acceſſionibus aluus ne validis quidem proritata medicamentis quidquam demittere poterat. Quod ſi quando contingeret, nigrum omnino ac liuidum ſtercus erat. Sed et in intermiſſionibus, quaecunque purgantium medicamentorum vi detrahebantur, atrabiliaria omnia ac ſplenis purgamenta iudicari poterant. Adhibiti ad tanti mali expugnationem celeberrimi quique medici brachiorum et pedum reſolutionem ad cinnabrium, quo pictores non raro vtuntur, referendum putauerunt. Cum enim penicillum ille ſaepe digitis extergeret, iis inhaerens cinnabrium ex hydrargyro facticium, partium continuatione vim ſuam in cerebrum, cui vt et neruis et tendonibus, et membranis omnibus inprimis inimicum eſt, transmiſit. In quo frigefacto pituita multa tandem collecta eſt, quae poſtea in tota brachia et pedes influens eorum tendonibus et neruis ſymptomata iis non diſſimilia, quae vnguento ex hydrargyro perunctis accidunt, excitauit. Et haec ſana fuit, me iudice, ſententia. At in doloris illius atrocis perneſtiganda cauſa quamdiu laboratum eſt! Quot habitae, concertationes! Quam varia fuerunt medicorum iudicia! Alius frigidam vitreamque pituitam inteſtinis firmius inhaereſcentem, quam vt facile poſſet detergeri, in flatus reſolui, doloremque colicum excitare contendebat. Alius bilem acrem, quam natura in inteſtina expurgare debuerat, inter abdominis membranas effuſam illicque coercitam certis cruciatibus inualeſcere, intumeſcere et quoquouerſum furibunde moueri iudicabat, atque in ipſo motus impetu tum diſtentione, tum compunctione membranarum crudelem illum dolorem excitare. Alii denique alias cauſas adſtruebant, quas ſuperuacaneum fuerit recenſere. Etſi autem vnusquisque poſitae a ſe et probabilibus coniecturis inuentae cauſae remedia oppoſuit conſentanea, nullus tamen potuit dolorem non dico in totum tollere, ſed ne aliqua ex parte quidem minuere, vel acceſſiones eius breuiores aut tardiores efficere. Immo vero annos tres crudeliter excarnificatus, exſanguis tandem ac plane tabidus vitam cum morte commutauit. In diſſecto huius corpore ſingula ad cauſae inueſtigationem inſpicientes, iecur, lienem, ventriculum et renes naturalem conſtitutionem prae ſe ferre vidimus, nulla in cyſti fellis obſtructio, nulla in meſenterio humoris vitioſi congeſtio, nihil denique in vlla alia parte notari potuit, quod tantorum fuiſſet malorum cauſſa, omnes ſiquidem longe aberamus a ſcopo, et tota, quod aiunt, via errabamus. Cum enim penicillum non digitis modo extergeret, ſed etiam imprudens et incautus ore exſugeret, veriſimile eſt, vt e manuum digitis partium continuatione cerebro totique generi neruoſo communicata fuit cinnabaris, ita ore acceptam ventriculum et inteſtina membranasque omnes interiores non humectaſſe ſolum aut frigefeciſſe, ſed inexplicabili vitio et maligna quadam qualitate, quae oculorum refugiat obtuitum, infeciſſe, quae tantorum dolorum cauſa occulta fuerit, cui non tam purgantibus, quam contrario erat antidoto ſuccurrendum, ſicuti dolores, his non diſſimiles, plumbei pulueris vſu concitatos, cum nullis purgationibus cedere viderentur, balneorum et lactis aſinini vſu curauimus.

Ra.

Ratum ſit igitur, argentum viuum et plumbum incomprehenſa ſua qualitate venenata inexplicabilia vitia partibus internis inurere, vnde vix vnquam expediri queant, nec intra corpus vnquam ſumi debere. Quod et alia obſeruatione conſtat. Populi, qui ad Alpes habitant, bronchocelis turgida guttura habent: Id quod et nos aliquando vidimus, et veteres etiam complures litteris prodiderunt. Id autem illis vitium peculiare eſt, quod Alpes metallorum venis, maximeque argenti, abundant, per quas aquarum ſcaturigines emanant. Aquae autem vitioſa hydrargyri facultate imbutae ſuos tumores proferunt, quae et dentibus, et toti cerebro non parum obſunt. Qua ex cauſa veteres multos fontes notarunt, ex quibus qui biberant, alii intra biennium, alii citius vitam amittebant. Quanquam tamen hydrargyrus externis affectibus ſaepe auxilio fuit, quippe qui ſanguinis incendium, bilis ardores exeſioneſque foris admotus mitiget, ſiſtat atque compeſcat, ex iisque nata vlcera perſanet. Quocirca ad cohibendam omnis generis ſerpentem ſcabiem ſiccam, ad lichenas ad pſoram ac lepram, affectus ſane perquam rebelles, nec aliis, quantumuis accommodatis, remediis obſequentes, magno profectu illud aliis rite permiſtum, vt proprio dicetur loco, vſurpauimus. Sed de his ſatis. Iam *de primis qualitatibus.*

Argentum viuum aliud ex plumbo aliaue materia fieri, aliud in argenti fodinarum tectis ſtillatim concretum inueniri, inter omnes conſtat metallicae rei peritos ſcriptores. Verum de eius temperie non parum inter ſe medici diſſentiunt. Aliis frigidum et humidum, aliis calidum et ſiccum exiſtimatur. Qui de fodinis inueniendis ac de ipſo in illis legendo obſeruationes literis mandarunt, montes locosque omnes, in quibus abſtruſus deliteſcit hydrargyrus, ineunte vere, craſſis denſisque vaporibus ac nubibus circumdari, altius ob ſui grauitatem aſcendere nequeuntibus, vixque vnquam aquae penuria vel media aeſtate laborare prodiderunt. Idcirco arboribus plurimis illa loca luxuriant, et herbis variis decorantur, alias viriditate et venuſtate facile ſuperantibus. Sua enim frigiditate ac humoris multi copia aeſtatis aeſtum et ſiccitatem hydrargyrus contemperat. Contra ſulphur, vitriolum et ſal calore ſuo et ſiccitate arida omnia et ſterilia vicina loca reddunt. Ad haec arbores ad fodinas argenti viui tardius multo, quam aliis in locis folia emittunt, et vix vnquam flores edunt: Qui ſi forte aliquando erumpant, fructus certe ad maturitatem peruenire nequit. Poſtremo in fodinis, qui hydrargyrum legunt aut praeparant, niſi prudenter et caute ſe gerant, in neruorum contractionem facile incidunt. Et haec quidem, quae vel rei medicae ignaris experientia quotidiana innotuerunt, hydrargyrum frigidum et humidum eſſe teſtantur. Sed ad alia pergamus.

Argentum viuum aliud factitium ex plumbo, vel, vt DIOSCORIDES cenſuit, ex minio, quod cinnabaris dicitur, aliud ſponte natura prouenit, legiturque in propriis fodinis. Illud originis ſuae nondum immemor, craſſius et impurius, vt quod ad inaurandum, niſi accurata praeparatione expurgatum attenuatumque fuerit, accommodari nequit. Naturale vero tenuius, purius et ad omnia multo praeſtantius, duriſſima quaeque metallorum corpora ſubit ac penetrat, ſecumque in his affuſum retinet aurum. Vtrumque tamen eiusdem eſſe naturae eodemque temperamento praedita, inter omnes conſtat. Quocirca ſi factitium ortus ſui ratione frigidum ſit, argentum omne viuum frigidum eſſe neceſſe eſt.

Sed ad eius opera et effectus oculos mentemque conuertamus. Dolores quoscunque, tum calidos, tum frigidos, vi narcotica ſiſtit et conſopit, perinde atque opium, ſanguinis eruptiones omnes ſiſtit, bilis ardores exeſioneſque retundit, et acrium omnium humorum impetus cohibet, puſtulis vlceribusque ex iis natis opitulatur. Haecne vllus ad cauſam caloris participem referet?

Sed mala, quae corpori admotum inuehere AVICENNAS commemorat, et nos longa didicimus experientia, percurramus. Cerebrum, neruorum principium, ita refrigerat, emollit et laxat, vt rheumatiſimis nulla aut leui admodum occaſione tentetur in poſterum. Atque ſi aliquando in aurem incidat, praeterquam quod tanto frigore dolores excitat diuturnos, ſurditatem quoque parit, atque mentem peruertit et ſua ſede dimouet, ſed, vt ſaepe, conuulſionem: Qua conquieſcente, magna partis conuulſae relinquitur grauitas. Interdum vertiginem, ſaepiſſime epilepſiam, concitat, nonnunquam veternum aut etiam apoplexiam, cerebri ſubſtantia nimiopere refrigerata commotaque. Haec ſi inunctus ac corpori affrictus hydrargyrus infligit incommoda, nonne impenſe frigidus et humidus ſit oportet?

Faber quidam aurarius anno Chriſti CIↃIↃLVI. ſolius hydrargyri vapore grauiſſima, quae mox dicam, ſenſit incommoda. Is bis aut ter ad ſummum dum argenteam ſupellectilem inaurabat, hydrargyri vapore admiſſo imprudentius, ſtatim ſtupidus, veternoſus ac plane mutus euaſit. Quae in os indebantur, deuorabat ille quidem ſtercus tamen et vrinam minime exire ſentiebat, neque ad aurem inclamantes audiebat. Exactis menſibus ſex, accenſus humor febrim tandem acutam concepit, ac tum, excuſſo torpore, loqui coepit, et quaeſitis reſpondere, ſed perturbata omnia et confuſa. Remiſit die XX. poſt accommodatas vacuationes febris, et in lentam degenerauit. Qua tandem liberato, cerebrum graue torpidique ſenſus omnes remanſerunt, mensque ex interuallis perturbata. Hic quis opera non agnoſcit immenſae frigiditatis et humiditatis? Sed quid haec, vt noua, profero?

Nonne ex iis, qui vel vnguento ex hydrargyro illinuntur, vel eius vaporem aut cinnabaris ſuffitum admittunt, alios quotidie videas ſubito reſolutos aut attonitos repente concidere, quosdam aſthmate anhelos, alios paralyticos, collo, manibus pedibusque tremulis vacillantes, alios ſurdos, reliquam vitam miſere exigere? Hiſpanorum et Italorum aliptae, ex hydrargyro fucum mulieribus quaerentes, in quam foeda mala illas coniiciunt? Solius faciei illitu dentes his breui liuidi marceſcunt, foetet anhelitus, facie corrugata oculi caligant, et ſeneſcentes aſthmate pereunt.

Sed rem in hydrargyro admiratione dignam, a nullo, quod ſciam, animaduerſam contemplemur. Hic enim, ſi quis rerum euentus bene obſeruet, non modo pituitoſis morbis obnoxia noſtra reddit corpora, parteſque omnes, inprimis carnoſas, ſuo frigore et humore laedit, verum ita labefactat et ſua qualitate imbuit, vix vt corpus febre corripi poſſit, etiamſi multa ſcateat cacochymia.

Anno a Chriſto nato CIↃIↃLVI. coriarium quendam tonſor, vt inuiſerem, rogauit, rarum affectum et obſeruatione dignum me viſurum dictitans. Is tametſi annos amplius decem poſt curationem per hydrargyrum ita ſalubriter exegerat, vt videretur percuratus, repente tamen, exorto in ſincipite dolore diutius perſeuerante, non modo eius partis os totum paullatim computruit exeſumque eſt, vt fruſtulatim excideret, ſed et cerebri vtraque menynx eadem putredine abſumpta, ſubiectaque cerebri ſubſtantia in abſceſſum conuerſa eſt, vnde magna puris copia (miſerabile viſu) per multos menſes non ea tantum parte, ſed ex vtriusque oculi angulis etiam ſtillauit. Dentes exciderunt omnes. Hic tamen neque febre corripi (incredibile dictu) viſus eſt, neque cibi faſtidio multum premi, neque extenuari, dum ad ventriculos cerebri ventum eſt. Quo tempore mors repente hominem diu miſere afflictum e medio ſuſtulit.

Alios complures vidimus non minus crudeliter excarnificatos ad longum tempus vitam produxiſſe ſine vlla febre, niſi forte dolorum vehementia aut vigiliarum diuturnitate lentae cuiusdam ſpecies inducatur. Quae etſi diutius perſeuerauerit, non tamen, vt parum in his verſatus exiſtimare poſſet, in hecticam degenerat, ſed remediis, quae luem eiusque ſymptomata tollunt, interdum etiam febri aduerſis deliteſcit. Huc quoque ſpectat, quod medicis in artis quidem operibus diu verſatis et exercitatis, ſed parum oculatis ſaepe impoſuit, eos, qui vnguento ex hydrargyro ſemel fuerunt inuncti, aegre adeo medicamentis purgantibus moueri, vt ea duplo validiora, quam ante, facile perferant. Quae omnia ſi quis acriore animi acie intueatur et ponderet iudicio, nonne a frigida quadam cauſa haec proficiſci exiſtimet, quae non modo corporis noſtri natiuum calorem ita obtundit, vt aegre poſtea catharticum e potentia in actum

actum reducat, ſed et partes omnes humoresque ita refrigerat et humectat, et in ſimilem ſibi qualitatem alterat, vix vt vel medicamentorum vim ſentire, vel inflammationem concipere poſſint. Summa autem haec refrigerandi humectandique potentia, niſi in tenui ſubſtantia conſiſteret, haudquaquam tantis operibus excelleret.

Qui contrariae ſunt ſententiae, his maxime argumentis nituntur. Argentum viuum temperie calidum eſſe, ex effectis (inquiunt) intelligitur, licet aliis quibusdam probabilibus rationibus frigidum eſſe appareat. Craſſa quippe attenuat, incidit, diſſoluit, et in ſudores diſſipat, obſtructa aperit, duriſſima quaeque penetrat, aliaque multa edit opera, quae non aliunde, quam ab eius calore peti poſſunt. Sunt enim illa caloris propria effecta, frigoris plane contraria. Verum enim vero ſi quis hanc rem propius intuetur, efficientem iſtorum cauſam alio referendam eſſe, quam ad hydrargyri calorem intelliget. Etenim demonſtratum eſt a philoſophis et medicis, ſummas medicamentorum vires et facultates, quae cauſae ſunt efficientes, alias a qualitatibus primis, calido, frigido, humido, ſicco, alias a ſecundis, quae a materia prodeunt, cuiusmodi eſt tenuitas, craſſities, lentor et acrimonia, et alias a forma et occulta proprietate proficiſci, eosque prorſus caecutire, qui in medicamentis vires omnes a primis qualitatibus quaerunt, nihilque in tota arte praeter intemperiem circumſonant. Itaque argentum viuum ſumma partium tenuitate, qua vel duriſſima metallorum corpora ſubit ac penetrat, non calore attenuare, incidere et ſudores mouere credendum eſt. Piper et pyrethrum calidiſſima cum ſint, imbecillius tamen ſudores promouent, quam Guaiacum temperatum, minus quoque attenuant et incidunt pulmonum craſſum lentumque mucum, minusque menſes promouent, quam gentianae aut ariſtolochiae radix, illis calore cedens. Sed quaeret fortaſſe aliquis, qui fieri poſſit, vt in medicamento impenſe frigido et humido materia inſit ſumma partium tenuitate praedita? Quaerendum quoque fuerat, cur opium adeo frigidum, vt narcoticorum ſit vehementiſſimum, amarore guſtantibus ſit moleſtum? Multa (crede mihi) deprehendas in rerum natura, ſi ſingula bene examines, in quibus caecutire humanum intellectum ſit neceſſe. Iam vero hydrargyrum vehementer humidum eſſe, non ſiccum, praeter ſupra poſita hinc colligitur, quod praeduros ſcirrhoſosque tumores prae ceteris omnibus emolliat, concretosque diſſoluat, quodque neruos omnes et articulos adeo relaxet et debilitet, vt omnem fluxionem facile admittant, ſuſcitenturque eius vſu tremores immedicabiles. At nihilominus quoniam vi ſpecifica omnis generis humores violenter euacuat, recte ex accidenti exſiccare perhibetur. Hos quidem tremores ad luis male curatae reliquias neruos obſtruentes vel ad motorum ſpirituum reſolutionem diſſipationemque, non ad argenti viui humiditatem aut vim et qualitatem maleficam referendos eſſe contendunt chirurgi, et ad hoc argumentis vtuntur parum validis, quae nobis redarguere facile liceat.

Tremore videntur corripi non lue modo contaminati, ſed alii fere omnes exquiſite ſani, quicunque argentum viuum in puteis legunt, vel minium effodiunt, vel ex eo hydrargyrum et hinc addito ſulphure cinnabarim decoquunt, vel qui inaurando vel alio quouis modo venenatum argenti viui vaporem aut cinnabaris, eius ſobolis, ſuffitum ore naribusque exceperint. Tremunt etiam iis manus, qui lue venerea affectos vnguento ex hydrargyro ſaepius inunxerunt, idque ſine momentanea ac effatu digna ſpirituum motorum reſolutione, ac ſine lue venerea.

Non ita pridem inauratorem quendam inuiſi, hominem alioqui robuſtum et quadratum, cui hydrargyri vapore ita cerebrum totumque genus neruoſum repente affectum eſt, vt non modo brachia et tibiae vehementer illi tremerent, ſed ne ſtare quidem aut incedere, aut attonitum caput et tremulum attollere poſſet. Hic curatus ſtandi ac incedendi vires paullatim recuperauit, verum cerebrum illi graue torpidumque remanſit, et rheumatismis obnoxium. Occurrunt quotidie et alia eiusmodi ſymptomata, quorum animaduerſione intelligere eſt, vim ſummam ineſſe hydrargyro refrigerandi, laxandi et molliendi, cerebro, neruis, tendonibus membranisque omnibus inprimis pernicioſum, atque idcirco hoc vix vn-

Aphrodiſiac.

quam, niſi in calido et ſicco corpore, ad calidum ſiccumque affectum vtendum. Qua ratione, mox dicetur.

Iam vero ex purgantibus medicamentis omnibus craſſum lentumque mucum ſpuitione ſolus vacuat inunctus hydrargyrus, luisque incipientis ſymptomata interdum compeſcit. Chirurgi, verum illius alexipharmacum eſſe rati, reliquis omnibus remediis poſthabitis, hunc medicis omnibus eruditis merito ſuſpectum et inuiſum ad luis curationem vſurpandum contendunt. At licet hydrargyro, vt ſupra comprehenſum eſt, eam vim inſitam eſſe, eamque naturam nouerimus, vt vel tibiae attrictu e corpore etiam exquiſite ſano craſſum lentumque mucum ſpuitione violenter prouocet, quemadmodum ſane agaricus, ſcammonium, colocynthis, tenues ſeroſosque humores inſita proprietate vel ex ſano corpore detrahunt in aluum, quoniam tamen malignam humoris qualitatem ipſumque luis venenum iam fortaſſe ſolidis partibus tenacius inhaerens atque impreſſum, manifeſta contrarietate aliaue occulta proprietate non exſtinguit, ipſius alexipharmacum aut antidotum dici non poteſt, vt neque colocynthis diſtillationum antidotum dicitur, niſi forte communi appellatione alexipharmaca et antidota nomines medicamenta omnia, quantumque vel purgando, vel aliqua facultate alia morbo cuipiam auxiliantur: Quod tamen veterum auctoritas et vſus loquendi ac nominis etymon redarguit. *Antidota* enim et *alexipharmaca* proprie appellamus, quae non quidem extrinſecus impoſita, ſed intra corpus ipſum aſſumta tota ſubſtantia et occulta proprietate venenis reſiſtunt atque aduerſantur, ipſamque malignitatem exſtinguunt. Nam et letalia *venena*, quae *deleteria* appellantur, vbi in animalis corpus ingreſſa ſunt, totum id momento temporis immutant, ſibique ſimili affectione alterant, ita ſane alexipharmaca ſeu alexiteria, quae venenorum remedia et antidota ſunt, contraria venenis letalibus alteratione totum etiam corpus immutant, et alterationem a deleteriis impreſſam exſtinguunt, non ſane quod ſubſtantia ipſorum per totum corpus penetret, (neque enim poteſt tam paucus ſuccus tam breui tempore corporis interdum maximam molem replere) ſed qualitatis diffuſione, qualis et extra nos a ſolis fulgore in ambientem aerem diffunditur, et in nobis tum a corde in arterias, tum a cerebro in neruos fieri conſpicitur.

Hydrargyro tantam vim purgandi ineſſe diximus, vt ne vſtione quidem depereat, ſed in cinere ſuperſit multo etiam, quam ante, vehementior, ſiquidem vſtione conſumta exhauſtaque aquea hydrargyri ſubſtantia, in qua vis refrigerandi inſidebat, etſi natiua eius temperies diſſoluta eſt, manet tamen in cinere, quae a forma naſcitur vis purgatrix, multo, quam ante, efficacior, eſtque is tum vſtione, tum aquae fortis admiſtione acerrimus, hoc ab argento viuo differens, quo acetum ab eius vſta fece. Hunc autem exhibent circumforanei, tonſores, ſcelerati impoſtores, non medici, ad luis venereae dolores diuturnos vel alios frigidos quoſcunque affectus, vt hydropem, febrim quartanam, idque granorum VIII. aut X. pondere ex oui luteo aut mithridatio vel theriaca. Ac ſtatim ex vniuerſo corporis ambitu omnis generis humores ſurſum ac deorſum prorumpunt tanto impetu tamque violento, vt, exhauſtis ſpiritibus fractisque viribus, vel repente moriatur aeger, vel aliquot dies ſine viribus, ſine pulſu, ſine voce, iaceat mortuo perſimilis. Os interdum totum inflammatur, ac gingiuae vlcera contrahunt putria ac valde fetida, fauceſque interdum ita intumeſcunt, vt aeger ad multos dies nihil prorſus deglutire poſſit. Sic, dum haec ſcriberem, in mea vicinia ſceleſtus quidam huius vrbis pharmacopoeus ad quartanae curationem tria catapotia ex eo et mithridatio, concinnata exhibens, iuuenem quadratum paucis diebus, exorta dyſenteria et delirio, e medio ſuſtulit.

Cap. VIII.

Quae ante luis curationem obſeruanda.

Antequam agnitae luis curationem aggrediamur, multa ſunt pernoſcenda, ac primum, quamdiu ea affixerit, et quibus ſymptomatibus ſtipetur. Recens quippe humores ac carnes tantum obſidens aut vix dum ſolidas attingens, nullo graui ſymptomate, ſolis *maculis* aut *puſtulis* quibusdam conſpicua, facile curationem recipit, aegrius vero, quae praeterea *do-*

loribus

loribus et *ſcirrhoſis tumoribus* moleſta eſt, omnium difficillime, quae confirmata, quae *oſſium carie* ac partium cartilaginearum *exeſione* ſe prodit: Quam *in interioribus* etiam viſceribus *vlcera* et *tubercula* multa proferre, in mortuorum corporibus diſſectis notaui.

Ab his conſiderandus venit totius affecti corporis habitus et viſcerum, praeſertim vero iecoris conſtitutio et temperies. Nam qui ſicco ſunt et ſqualido corporis habitu, et os ventriculi debile nacti ſunt, mitiora, quam qui frigido et humido ſunt corpore, remedia expoſcunt, vt qui raro et laxo ſunt corporis habitu, quam qui craſſo et denſo. Idem de his quoque ſentiendum, qui improba viuendi ratione intemperiem hepatis calidiorem et ſicciorem contraxerunt. Hi enim omnes nec magnam inediam, nec validas exſiccantes vllas purgationes perferre poſſunt, cum tenui bile et malis humoribus os ventriculi imbuatur atque compungatur, vnde in graues ſtomachicas ſyncopas incidant.

Inſpicere vero oportet, et qui in ipſis viſceribus humores exſuperent. Nam ſi vel partium nutrientium inſito vitio vel viuendi errore et longa crapula, vel alimentorum impuritate et intempeſtiuo vſu illuuiem multam in primis venis et viſceribus congeſſerint, quae etiam inde in venas maiores effunditur, antequam luis propria ſuſcipi poſſit curatio, purgandum corpus ſaepius eſt, et cacochymiae focus prorſus exhauriendus, primum quidem apozematis aliisque quibuslibet blandioribus, primae corporis regioni expurgandae deſtinatis. Ab iis deinde ad ea venietur, quae e venis maioribus aliquid etiam euellant, tandemque ad venae reſerationem. Quod ſi quis temerarius et rei medicae faciendae ignarus, cacochymia manente, tentare audeat luis curationem, vt ipſum (opus ſane quam difficile!) tollat, corpus ſane variis affectibus in omne fortaſſe vitium obnoxium reliquerit. Non enim biliosa, melancholica aliaue craſſa illuuies circum viſcera collecta tota in ſudores digeri diſſipariue poteſt, vt quae circum membranas neruoſas ac ſolidas omnes partes maligna luis congeſtione ſuccreſcit, ſed tenuiore parte reſoluta, ſicceſcit impingiturque viſceribus, ac tandem acrem malignamque qualitatem contrahens, ipſorum ſubſtantiam labefactat. Hinc profecto, curata lue, lienis ſcirrhus comparet vel iecoris tenſio. Hinc et *herpetes* ſaepius *in manibus*, nonnunquam et in aliis corporis ſedibus *maligni* erumpunt, qui non, niſi longa viſcerum deterſione, humectatione et refrigeratione miteſcunt. Contrario errore tenentur, qui partibus externis iam impactam craſſam lentamque materiam aluum ducentibus aut vomitoriis medicamentis validioribus reuocare contendunt, atque ita luem curare veneream. Hi certe ventriculum et viſcera omnia grauiter offendunt, ac multis ſymptomatis nullo paene vſu laborantem conuellunt, eiusque vires adeo proſternunt, vt nequeat poſtea propriam curationis viam perficere. Neque igitur, quae in primis eſt corporis ſedibus, humorum illuuiem per vrinas aut ſudores euacuare, neque quod externis partibus tenacius iam inhaeſit, per aluum reuocare tentandum, ſed Hippocrati auſcultandum: *Quae ducere oportet, per loca conferentia, quo natura vergit, ducere*, monenti. At vero ſi per vniuerſum corpus fuſa iam ſparſaque erit cacochymia, quae tamen a viſceribus prodierit, non modo ante luis curationem primae ac ſecundae corporis ſedes iuſtis purgationibus identidem repetitis detergendae erunt, ac omni illuuie liberandae, ſed et per totam curationem, ne quae in affectis viſceribus denuo ſuccreſcant ſordes, diligenter prouidendum. Nam ſi bene habiti, vt recte cenſuit Alexander Aphrodisievs, fameſcentes, ſolito cibi vſu praetermiſſo, bileſcunt, et materiam congerunt acriorem, multo certe magis, quibus viſcera latenti vitio et prima affectione laborant, per inediam alimenti portionem corrumpent. Itaque purgatione, quod ſic quotidie cumulabunt, extrahetur, vt vacuum maneat aegri corpus, tutiorque ſit alterius affectus curatio. Conſideranda et conſuetudo. Haec enim nec ſanis, nec aegris repente mutari poteſt ſine diſcrimine. Oportet igitur ad inſueta paullatim tranſire. Videndum et, quod anni tempus ſit, quae regio, quae ambientis aeris conditio. Haec enim ſi ad calidum declinarint, blandioribus agendum eſſe ſuadent: Si vero ad frigidum, validioribus. Aetas quoque puerilis et ſenilis eandem indicationem praebent, ceterae contrariam. Sed et ſymptomata grauia cum ſuperuenerint, ſi vires ademerint, curationis ordinem peruertent, dum leniantur.

Cap. VIIII.

Alia luis curandae ratio, ſed minus perfecta.

Quam paullo ante propoſuimus curandi rationem, quae argenti viui inunctione ſit, cum inefficacem et parum tutam multorum periculo experti eſſent maiores, aliam tentare aggreſſi ſunt. Itaque purgabant valide ſaepius, deinde quibus competebat, ſanguinem mittebant, mox reliquias idoneis ſyrupis praeparabant, quas poſtea purgationibus identidem repetitis exhauriebant, ita luis radicem multiplici praeparatione mitigatam penitus euelli citra vllam virium iacturam aut corporis noxam ſperantes. Haec quidem curatio ſi vitium recens contractum ſit, ſolusque ſpiritus aut humor contaminatus, interdum liberat, at certe, ſi iam obſeſſa eſt partium ſubſtantia, impetum quidem et humoris furorem reprimit ac mitigat, ſed qui poſtea crudelius excandeſcat, ſenſim et clanculum radice altius defixa, ita, vt vix vllis remediis inueteratum vitium poſſit exſtirpari. Hoc igitur lenit, non cauſam eorum euacuat, differt perniciem, non aufert.

Interuenerunt et alii, qui ratione non admodum diſſimili tenui extenuanteque victu et potu ex hebeno, guaiaco vel ex ſancta chinarum radice corpus abſumunt, humores detergunt diſſipantque in vrinas et ſudores. Hinc neceſſe eſt *puſtulas* et *vlcera* cum corpore ſiccari et ſaneſcere, *tophos* praeduros incidi atque diſſolui, ex hisque natos *dolores* miteſcere. At ſymptomata iſthaec putato, morbi vero eſſentiam multo diuerſam, quae, illis abeuntibus, etiamnum, tanquam radix, ſolidarum partium ſubſtantiae firmius inhaereſcit.

Quocirca tametſi haec, quam ſuperiores, multo tutior et efficacior curatio, minime tamen periculo recidiuae liberat, cum praeſertim lues initium praeterlapſa ipſam partium ſubſtantiam obſedit. Itaque quibus remediis quaque methodo vſurpatis perfecta compleri poſſit tanti morbi curatio, tradendum, vt nos quoque chriſtianae reipublicae pro viribus conſulamus. At quoniam hic *guaiacum* cauſae ſine qua non, non commode aut cito perfici queat curatio, locum obtinet, de eius ortu et viribus prius dicendum.

Cap. X.

Guaiaci inuentio, nomen et deſcriptio.

Inſula quaedam ſuperioribus annis inter nouas terras et antiquis incognitas reperta eſt, ea parte Americae ſita, qua longitudine in ſeptentrionem deſinit. Huic *Spangiola* a repertore Hiſpano nomen inditum eſt, *Illius inſulae accolis omnibus luem quandam, venereae hic graſſantis perſimilem, aliquando familiarem eſſe et endemiam*, quemadmodum exanthemata et ecphymata hic nobis, *litteris prodiderunt.*

Huius luis vnicum remedium illis eſt ligni cuiusdam decoctum. Quod cum animaduertiſſet nobilis quidam Hiſpanus, illic gallico morbo, quem in Hiſpania contraxerat, diutius et immanius diſtortus, eadem medicina vſus feliciter conualuit. Cuius idcirco vſum poſtea in Hiſpanias attulit, primum anxius, ne non trans mare, qualis in inſula, eſſet eius effectus. Nomen ei ligno fecerunt *Guaiacum*, quod cum hiatu *Huiacum* pronunciant inſulares. Aiunt creſcere, qua apud nos fraxinus, proceritate, arborem teretem, folia habere plantaginis, neruoſa, ſed minora ac rotundiora et duriora, ac nuces gignere caſtanearum forma. Cortex huius cum ad nos peruenit, colore cinericio, haud ita denſus, ſed immodice durus, color, qui buxeo ligno, externae parti, nigreſcens internae, quam medullam dicunt, pondus ei, quale nulli praeterea ligno. Nulla eius quam minima pars in aqua fluitat, ſed mergitur continuo et ſubſidit, duritie robur omne ſuperat, et idcirco quam minime hiat, neque facile videas, quod rimas traxerit, vritur ac inflammatur odore ſuaui, ab accenſo gummi profluit ſubnigrum et praedurum, vbi refri-

refrixerit. Huius ligni ſapor ſubamarus, miti acrimonia palatum ac fauces compungens, qui ſemel cognitus nunquam errare in dignoſcendo ſinit emtorem, vt neque odor. Huius ligni quamquam vna eſt ſpecies, varii tamen ad nos mittuntur trunci, alii craſſiores ab arbore, alii minores, vbique fere albicantes a ramis deciſi. Praeferendum, quod recens ſatis, non vetus aut carioſum exiſtit, cui cortex proxime adhaeret, quod quamplurimum nigri habet, et veluti lineis quibusdam colore fuſco per longum interſectum eſt, quod quam maxime pingueſcit, et pondere valet: Eius enim ſenecta leuitas eſt et macredo.

Fallitur itaque Manardvs, ligni huius differentias conſtituens. Truncos enim albicantes et prorſus buxeos acriores et odoratiores, atque idcirco valentiores eſſe colligit, aliisque parte nigricantibus interna praeferret, niſi decoctum redderent et aſpectu turpius, et guſtu inſuauius. Eſt enim lignum illud omnino buxeum, paene inodorum et inefficax, redditque decoctum clarum et limpidum, nulla acrimonia fauces mordicans, ſed vt cortex, amarore moleſtum. At quod intus multum nigri obtinet, vt odoratius et acrius, ita decoctum facit albidius, et minime lucidum: Plurimam enim obtinet reſinam, quae aquae incocta turbidam illam albidamque reddit. Sed et rationi conſentaneum eſt, arbori, quam ramis maiorem eſſe vim, et quanto truncus quisque radici eſt propinquior, tanto praeſtantiorem eſſe, ac rurſum, qui ab arbore nec ſenio marceſcente, nec recens orta decidunt rami, iis, qui a modo natis aut ſeneſcentibus multo eſſe praeſtantiores et efficaciores. Praecipiunt nonnulli, fugiendum eſſe vſum eius, cuius trunci afferuntur magni et valde craſſi, vbique nigri. Id enim contingere ſeneſcentibus arboribus, vt ſucco deſtitutae paullatim nigreſcant.

At vero cum omnes eos truncos experiundi gratia ſaepius diſſecuiſſem, ac non modo gummi multis locis concretum deprehendiſſem, ſed etiam e ligno accenſo profluere vidiſſem, eius decoctum vſurpare coepi, quod vt maxime craſſum et albidum, ita omnium efficaciſſimum longa experientia deprehendi. Quocirca hoc ego vel natali ſolo, vel arboris parte, non ſolo ſenio ab aliis differre exiſtimo, eiusque vt maxime ſucculenti vſum inprimis commendo. Iam vero cum in multis inſulis reperiatur, nullius tamen litteris certe proditum eſt, ex qua mittatur praeſtantius. Video magnam *copiam albicantis*, quod imbecillius *diximus*, perexiguam nigri ad nos vehi. Hoc mercatores ab inſula Ioanni ſacra, illud tum ab inſula S. Crucis, tum ab inſula S. Dominici adferri afferunt. Itaque guaiacum aliud ab alio differt, vel pro arboris parte, e qua deciditur, vel pro ſolo, in quo ortum incrementumque ſumſit, vel certe pro aetate.

Cap. XI.

Guaiaci vires.

Cum medicamentum vnumquodque calidum aut frigidum, humidum aut ſiccum ad corpus humanum dicatur, quod ipſum per ſe ac ſemper calefaciat, refrigeret, humectet aut ſiccet, guaiacum temperamento calidum et ſiccum exiſtimandum eſt. Si quis enim ramentum aut pulucrem diutius mandat, caliditatem quandam percipiet, acrimoniae participem. Quin et externa vlcera ſi eius decocto aut bullientis ſpuma illinantur, diu poſtea calor et acrimonia quaedam ſentietur. Huic opinioni ſubſcribunt odor et ſapor. Nam, vt auctor eſt Galenvs (Simplic. II. 5.), odorata omnia calida eſſe certum eſt. Fit enim, vt ſcripſit Aristoteles, a vaporatione odor ſeu exhalatione quapiam: Quorum vtrumque caliditatem arguit. Haec autem cum temperata ſint et mitia, temperatam et mitem caliditatem declarant, quae ſecundi ordinis initium non tranſcendat. Eſt enim ſecundo ordine calidum, frigidum, humidum, ſiccum medicamentum, quod manifeſte ſuam qualitatem imprimit, primo vero, quod obſcure.

Non tamen, vt quibusdam placet, ſiccitas in eo obſcura eſt, vt in primo ordine ſubſiſtat, quin potius ſecundi finem aſſequi ex manifeſtis morborum humidorum curationibus opinor. Quanquam vero guaiacum calidum deprehenditur et ſiccum, eſt tamen humiditatis cuiusdam particeps, maxime parte interiore nigra, praepingui et reſinacea, qua viſcerum et partium ſolidarum humidum primogenium conſeruat et alit, ventremque lubricum facit, praeterquam dum ſudores promouentur. Quod ſi mirum cuique videatur, veteres conſulat artis proceres, qui medicamentum vnum et ſimplex pluribus interdum, iisque plane contrariis pollere facultatibus experti ſunt, vt excalfaciendi, refrigerandi aut exſiccandi et humectandi, aut tenuium partium et craſſarum etc. Et niſi primae illae et efficaciſſimae qualitates ita in vno medicamento confunderentur, haud ſane, quae ex illis oriuntur, ſecundae ſimiliter complicatae forent. Iam vero materia guaiaco eiusque cortici ineſt valde tenuium partium, cuius vi ac ſua temperie praeſtantiſſima edit opera. Hinc enim craſſa incidit et attenuat, lenta deterget, obſtructa aperit et liberat, ſudores prouocat, vrinas ciet, ſputa adiuuat, ſtomachum praehumidum, nauſeabundum et reſolutum ſua ſiccitate adſtrictionis participe exſiccat et corroborat, vt et alia omnia viſcera, oris malum odorem tollit, diuturnas et inueteratas iecoris et lienis obſtructiones, icterum, hydropem aliaque vitia ex iis nata curat, omnium corporis partium ſuperfluos humores frigidos diſſipat, atque abſumit, capitis deſtillationes omnes exhaurit, ex iisque natos dolores tollit, anginam notham, podagram, chiragram, iſchiada omnemque arthritim mire iuuat, aſthmaticos, paralyticos, ſtupidos et quouis modo reſolutos curat, neruorum affectionibus omnibus ſubuenit, tumores omnes frigidos et duros ad ſuppurationem perducit, vlcera cacoethea et chironia ſiſtit, exſiccat et cicatrice obducit, *luis puſtulas, tubercula vlceraque* omnia atque omnes ex iis natos *dolores*, aliaque ſymptomata nulla corporis noxa nullaque virium iactura paullatim cohibet et tollit, vt non abs re *guaiacum* ob admirabiles in hoc morbo percurando proprietates *ſanctum* a multis dictum ſit. Vt autem cortex ligno aliquanto acrior et amarior guſtu deprehenditur, ita maiorem vim ſiccandi ac ſudores promouendi obtinet, praeſtantiorque et efficacior in ſiccando et tenuando haberetur, niſi iecori calida et ſicca intemperie laboranti et febricitanti multum eſſet noxius.

Cap. XII.

Guaiaci praeparatio.

Lignum oportet lima in ſcobem plane ac puluerem redigere, quo penetratu ſit facilior, et melius eius excoquatur vis. Nonnulli ad tornum in fruſta, quantumuis puſilla, comminuunt. Quod vt inefficacius eſt, ita limpidius reddit decoctum. Hunc puluerem pondere ſelibrae in aquae fontanae aut fluuialis libris VI. diem vnum macerare oportet, deinde percoquere lento igne, leni vapore, in fictili olla noua, plumbo intus illita et diligenter prius elota, ad prunam, dum ad libras duas ſeſe imminuat, magna cura et attenta cuſtodia, ne nimio calore ebulliat, neue exaeſtuet, aut efferueat. Nam ſi quid exundauerit, multum de vi et efficacia perit, minusque efficax reliquum exiſtit. Ob idque ad flammam coqui non debet, et prunam quoque modicam petit, atque ollam, quae non repleatur, ſed cuius quarta pars ad minimum vacet, quaeque perpetuo ſit cooperculata, ne quid virium exſpiret. Sunt, qui ad dimidias tantum percoquunt partes, ſed ego illud certe decoctum magis probo, quod ad ignem diutius fuit, et quod a multo ligno paucum peruenit, ita, vt ſuadeam ad morbos inueteratos ad quartam etiam partem decoquere, modo nulla obſit calidior hepatis intemperies. Sic decoctum perfrigerari ſinendum, dum ſcobs deſideat, dein percolare et in vitreum vas defundere oportet, in quo diligenter obſtructo conſeruetur ad vſum. Hoc *primum decoctum* alii *guaiaci cremorem* appellant, alii *ſerapium*. Color huic decocto eſt, qui aquae ex limo aquae ex limo minimum turbatae, ſapor guſtanti ſubacidus, initio quidem ingratus, ſed paullatim aſſueſcenti iucundus. Nonnulli ex relicta denuo ſcobe cum libris VI. aut VIII. aquae quandam quaſi loram percoquunt ad libras IIII. aut VI. Hoc tenue percolatum ad cibum potui dant, cum prius medicinae loco ſorbeatur. Ego vero puluerem nouum guaiaci pondere ſelibrae in libris decem aquae tepidae horis XV. maceratum ad prunas decoquo, dum ad libras VII. redigantur. Hoc non modo alit et humectat, ſed etiam medicatae cuiuſdam eſt virtutis particeps, vt idcirco in paſtu et extra paſtum, quantum libet, tuto concedi poſſit.

Acerba

Acerba hoc loco inter medicos *de guaiaci natura et viribus* exorta quaeſtio eſt, aliis quidem eius ſolius vſu luem veneream penitus exſtingui, nec aliorum medicamentorum miſtionem ipſum ſuſtinere, quin de vi et efficacia deperdat, aliis contra eius imbecillas vires aliorum validiorum miſtione intendi augerique, et quod eius naturae deeſt, id aliorum admiſtione ſuppleri contendentibus, ſi perfecta luis eius vſu expectatur curatio. Ego vero opinionem indefinite prolatam falſi inſimulo. Neque enim ita per ſe efficax exſiſtit guaiaci decoctum, vt nullius alterius praeſidii ope luem percuret veneream, neque ita imbecillum, vt non, niſi aliorum miſtione vires habeat. Cum ergo eius quidem ſolius vſu, abſumptis humoribus, luis ſymptomata omnia cohibeantur, vis tamen et qualitas partibus iam inſidens eodem penitus decocto exſtingui delerive nequit, niſi cum eo aliquod incoquatur alexipharmacon, aut eius praemittatur miſceaturue decocto. Itaque ſi ſolius luis ſuſcipitur curatio, ſolius guaiaci decoctum ad ſudores promouendos cohibendaque eius omnia ſymptomata ſatis eſſe profiteor, cui tamen ad exſtinguendam latentis veneni perniciem impediendamque recidiuam noſtrum alexipharmacum (qua ratione, mox dicemus) adiungetur, niſi forte pauca quaedam incoquere placet, quae ipſum iucundius reddant, cuiusmodi ſunt vuae paſſae in primis et glyzirrhiza. Quod ſi quis cum eo ingentem tot ſimplicium medicamentorum ſarcinam decoquere iubeat, eius ſaepe vim et efficaciam ita obtundet, vt optatus minime ſuccedat effectus. Non enim bene illi cum omnibus conuenit, ſed habent nonnulla certam inter ſe repugnantiam medicamenta, quam niſi medicus longo vſu et experientia agnouerit, vnius interdum admiſtione multorum ſaepe egregias virtutes obtundet et effectus cohibebit. At vero ſi lues in corpus inciderit, vel aſthmate, vel arthritide, vel iecoris aut lienis inueterata obſtructione, vel ſcirrho, vel certe inſigni aliqua intemperie preſſum, cuius eadem opera tentanda ſit curatio, guaiaco ea incoquenda erunt medicamenta, quae particulae laboranti eiusque affectui ſint accommodata. Exempli cauſſa, ſi annuo aſthmate lues coniungatur venerea, multis iisque diris ſymptomatis ſtipata, eſt vterque quidem affectus diuturnus et curatu difficilis.

Sed lues venerea tamen multis doloribus acerbior, eius itaque curatio, quamprimum fieri poterit, ſuſcipienda eſt, ſed iis admiſtis guaiaci decocto medicamentis, quae aſthmatis fontem et ſcaturiginem exſiccent, ac cerebrum corroborent, cuiuſmodi ſunt flores roris marini, ſaluiae, betonicae, ſtoechados, et quae pulmones multa pituita craſſa ac lenta infarctos et obſtructos expediant. Huius ordinis inprimis commendantur enulae campanae radix ſicca, glycirrhiza, polypodium, hyſſopus, ſatureia, ſcabioſa, vngula caballina, mel, nonnunquam et liquor Cyrenaicus, et ſtyrax calamita, modo iecoris intemperies non reclamet. Huius decocti vſu lues pariter atque aſthma ita iuuari aliquando mihi viſa ſunt, vt eodem paene temporis ſpatio vtriuſque ſequeretur ſanatio. Sed ſunt interim topica alia multa lui minime aduerſa remedia ad aſthma adferenda. Eiusmodi ſunt tum ſyrupi, tum linctus omnes, qui craſſa attenuant, et incidunt, ac ſputa promouent, item quae extrinſecus capiti admota ipſum exſiccant et corroborant, cuiusmodi ſunt calida omnia, praeſertim vero haec, quae modo nominauimus, item ſuffitus. Hic mane et veſperi in ſudoris exitu per nares et os excipiendus. Et vt paucis perſtringam, erunt ea ſemper guaiaci decocto incoquenda, quae tum aduerſus affectum lui implicitum vires habere putantur, tum partes primario obſeſſas corroborent. Eſt enim guaiaci decoctum optimum aliorum omnium, quae vel illi permiſcentur, vel praemittuntur, vehiculum ad ſolidas partes quasque etiamnum illa deducens.

Cap. XIII.

Curatio per guaiacum et ipſius luis venereae alexipharmacum.

In conclaui, hieme praeſertim, curatio tentanda, aeri minime, nedum ventis obnoxio, vbi ignis continuo ſit, aut vt in Germania, intra aeſtuarium tepidum, cuius oſtio velum aut tapetes obtendantur intus et foris, ne, qui egredietur aut intrabit, aerem frigidiorem intromittat. Melius eſt enim corporis ſpiracula laxa habere et patefacta, quo virus vndique exſpiret. Aeſtate eſt haec cautio noxia, nedum ſuperuacua. Primo ſtatim die aluus ducetur medicina purgatoria, quae ad eximendam noxii humoris in corpore exſuperantis portionem dicata ſit, ne is poſtea remediis concitatus curationem coeptam interturbet. Concinnetur autem fere eiusmodi, vt ad coercendam graſſantem veneni perniciem apta ſit. Poſtridie purgationis aperienda eſt vena mediana aut baſilica, maxime ſi plenum et ſucculentum ſit corpus, aut aliqua venarum plenitudine preſſum. Hinc opus auſpicari ſic licet in hunc modum.

Prius illud et valentius decoctum bis die propinetur tepidum ac cyathum vnum, mane quidem ad quintam, veſperi ad quartam aut quintam. Porro cyathum voco ℥vj. quanquam dimidium librae commode datur. Hauſto guaiaci decocto, interquieſcendum horis aliquot, et tamdiu ſtragulis munitum et contectum eſſe oportet, dum caloris ope, digeſto in artus medicamento, noxium exſudet aeger. Cumque alii, hauſto potu, ſtatim ſudoribus diffluant, alii non, niſi poſt duas tresue horas, nemo poſſit certum ſudoris excipiendi tempus praefinire, conſtat tamen, quibus ab hauſta potione ſudores mox erumpunt, citius detergendos eſſe, et calidis linteis extergendos, ne vires labaſcant, qui contra vero, tardius. Sudandum ergo erit, quamdiu vires ferre poterunt, et cum deficere ſentientur, etiamſi vix parum quid eruperit, ſubſiſtendum. Ac reſiccato corpore, et venis concidentibus, e lecto ſurgere, et ad cibum ſe praeparare par eſt. Bis enim die cibus eſt exhibendus, mane quidem poſt quartam a ſumto poculo horam, ad nonam vel iuxta horam, veſperi ad ſeptimam, ſitque is quidem ſatis tenuis et exiguus, ſed boni ſucci: Nam inanem inprimis ventrem quaerit hoc medicamentum. Itaque qui celerrime ſaneſcere cupiunt, cibum ſumunt, non qui vires augeat, ſed deficere qui non ſinat. Neque periculum metui debet, ſiquidem vis tanta ineſt guaiaco reficiendi alendique, vt nullus hactenus defecerit, quantumcunque parum ederet, qui eius cremore fideliter praeparato vteretur. Sit autem cibus aſſus potius, quam elixus, pulli ſcilicet columbini aut gallinacei adhuc molliuſculi magnitudinem non excedentes. Non ignoro, alios eſſe, qui carnes omnes ablegant, ſolum biſcoctum panem ad ℥ij. cum vuis paſſis Corinthienſibus aut Damaſcenis concedentes. Quod vt inueterato morbo et altius fixo interdum concedi poteſt, ita in recenti minime neceſſarium eſt.

Sed hi ſolis *reſiccantibus luem veneream curare* contendunt, nos *alexipharmaco malignitatem exſtinguimus et cohibemus.* Panis vero quatuor vncias delicatioribus, validioribus ſex, non amplius, in diem ſcilicet concedantur. Bellariorum loco ſint paſſulae et modicum panis nautici biſcocti aut ad ignem exſiccati, aut etiam intermedia panis cruſtula. Potus erit ſupra dictum *aquoſius alterum Guaiaci decoctum.* Vinum ne delibare quidem oportet toto curationis decurſu. Tale enim huic ligno eſt vinum, quale cicutae, cum qua ſi hauſeris, nullo remedio reſtitui poſſis. Nonnulli coenae tempus circumcidendum volunt, et ad meridiem tantum reficiendum. Ego vero vix bis die ſudoribus tuto corpus exerceri diu poſſe exiſtimo, niſi cibus aliquis interueniat, qui vires diſſolutas recreet et reficiat. Alii non ante coenam, ſed tribus horis ab ea hauſto decocto ſudores prouocant, crudum aut ſemicoctum cibum in totius corporis partes male diſiicientes. Porro inter vtrumque paſtum legendis iucundis rebus aut familiarium gratis colloquiis aut lepidis confabulationibus, aut cantorum vel citharoedorum modulationibus, aut alio denique aliquo conſueto luſu oblectamenta quaerenda. Omnia vero negotia, omnes circumcidendae grauiores cogitationes, et ab omni cura conquieſcendum. Cauendum et ab iracundia, quae bilioſas inprimis materias accendit. Sed et *venerem*, tanquam peſtem, *fugere oportet.*

Iam vero ſi hauſtu Guaiaci ſudores non facile proliciantur, vtres aqua calente pleni, vel lapides candentes, vel titiones in vino exſtincti, pedum plantis et genubus admouendi. Ita enim repente calore fuſus liquatusque frigidus et craſſus humor in extima corporis digeſtus facilius in ſudores abibit. Sed et hauſto validiore Guaiaci decocto ſacculi ſequentes calidiſſime admoueantur capitis externae parti, totumque caput linteis calidis diligenter ſuperintegendum eſt, ne aerem frigidiorem ſentiat, idque praeſertim, cum

cum dolore caput obſidetur. Non enim in parte frigida collectus vitioſus humor decocti beneficio in ſudores facile reſoluetur, niſi externorum praeſidiorum ope incaleſcat. Sudore, quantum vires ferre poſſunt, effuſo, linteis calidis exſtergendum exſiccandumque corpus eſt, et lenibus frictionibus, quod in partibus extimis haeſit, diſſipandum. Sed et in primis calidis linteis aut pannis exercendum caput eſt, aut etiam calentibus ſacculis perfricandum. Seruetur aluus toto curationis tempore quam tenerrima. Itaque ſi ſponte ſua non fluet, vel ſenna carnium iuſculo vel decocto matutino validiori incoquenda, vel certe caſſiae fiſtularis ſemiuncia alternis diebus, paſtus initio voranda. Haec enim praeterquam quod ventrem inanem reddunt, quae in ventriculo et hepatis cauis et in liene iamdiu fortaſſe detiteſcebant, detergunt et expurgant.

Sed nihilominus in ſextum aut iuxta curationis diem ſaepe fit, vt incidentis et attenuantis decocti vſu vitioſi humores concitati non modo conſuetos artuum aut capitis dolores crudeliores reddant, ſed alia quoque varia, in qua inhaerent pro partis conditione, ſymptomata proferant, vt in os quidem ventriculi incidentes nauſeam, inappentiam, interdum propter malignitatem ſyncopas cardiacas, in pulmones vero tuſſes, initio inanes et ſiccas, ſed tandem, incraſſato humore, humidas, in thoracis partes externas, ſi liquefactus humor eſt, aut a capitis externis partibus influit, nouos dolores omnium atrociſſimos ac ſpirandi difficultatem, ſine febre pleuritim mentientes, inuehit. Si vero e poſterioribus partibus capitis per ceruicem in dorſi aut lumborum vertebras aut etiam in iſchion illabatur, altiusque ſubeat, diris adeo cruciatibus laborantem proſternit, vt in peiore ſtatu res videatur eſſe, quam vnquam.

Haec aliaque multa, curationi huic ſuperuenientia, non modo laborantibus ſpem de ſalute conceptam adimunt, ſed et medicos nondum artis longo vſu confirmatos de coepta curandi ratione ad aliam tranſire cogunt. Atque hic mire geſtiunt tonſores, et dum hydrargyri vim et efficaciam in caelum laudibus efferunt, neque Guaiaci decocto, neque vllis aliis remediis vllum vnquam reſtitutum fuiſſe impudenter mentiuntur, *ſolum hydrargyrum vim alexipharmaci habere* contendunt.

At ea certe Guaiaco is eſt eaque natura, vt, quos initio impetus, agitatis humoribus, concitauerit dolores, hos tandem, iisdem abſumtis, cohibeat atque compeſcat, ſi quis eo conſtanter vtatur. Itaque iis imminentibus aut certe iam exortis, purgans medicamentum initio vſurpatum aut ei ſimile repetendum, quod humores concitatos et furibundos e toto corpore potenter expurgat, intermiſſo eo die validiore decocto. Sed et ſexto, et ſeptimo quoque huius curationis die catharticum aliquod validum repetendum. Ita enim non modo, quod guaiaci decocto ſenſim attenuatum concitatum fuerit, ſed et quod de quotidianis alimentis pro partium vitioſa actione corrumpitur et curationem retardat, repente extrahitur, vacuumque excrementis marcet aegri corpus. Interea quibus perierat appetentia, reſtituitur, aliis poſt ſecundam medicinam purgatoriam ſeptimo ſtatim die, aliis non, niſi decimo aut decimo quinto. Haec ratione moderari oportet, et in victus ratione initio prudenter inſtituta conſtanter perſeuerare. Vnicum ibi ſolatium eſt, non videre plures cibos, non videre edentes, et nidorem non ſentire. Ad diem huius curationis decimum aut duodecimum, corpore bis aut ter iam purgato, liberatis obſtructionibus viſcerum, totoque corpore iam aperto et patente, opiata noſtra ſuperioribus remediis adiicienda hunc in modum.

Quotidie mane et veſperi decoctum validius Guaiaci hauſturus, opiatae ſesquidrachmam deuoret, hinc ſtatim praedicti decocti ℥vj. aut vij. ſuperbibat, ac in lecto ſe ad excipiendos ſudores, qua ratione ſupra poſitum eſt, componat. Huius per octo decemue dies continuandus eſt vſus, aut etiam diutius, dum veneni radix ſit euulſa, prorſusque extincta eius pernicies.

Quod quoniam fit alias breuiore temporis ſpatio, alias ſerius pro veneni conditione et affectionis diuturnitate, tutius omnino eſt paullo vltra progredi, quam infra ſubſiſtere. Itaque ſi quis perfectiſſime liberari cupit, hieme aut caelo frigidiore et aquilonio, conclaue, vbi ipſe cubat, non excedat, priusquam omnis in totum morbus ſit abactus et reſtituta valetudo. Sed et ſedatis doloribus, omnibusque ſymptomatis ſuperiorum remediorum vſu ſublatis, ne quid altius demerſum, non prorſus extinctum, denuo ſe prodat, perutile ſit laconicum adire exquiſite paratum, in quo ſudores, ſumto in ingreſſu Guaiaci decocto cum opiata, dies aliquot promoueantur pro viribus, in eius vero exitu, dum in lecto rurſum ad ſudores excipiendos ſe componet, aquae noſtrae, ad omnia venena ſane quam efficacis, vncias quinque haurire. Haec vbi iam ſeptem octoue dies aut amplius pro affectionis diuturnitate et ſui ipſius natura ac viribus pertulerit, ſumendum iterum erit, quod purget, medicamentum, atque ab eo quatuor ſexue diebus in paſtu aquoſum bibendum decoctum, omiſſo fortiore. Poſt ad priſtinam viuendi rationem paullatim redeat ac exire incipiat, ſed caute et longius ac longius, nec in apertum ſtatim, ſed primum intra parietes, et de vno coenaculo in aliud inambulandum, deinde ad vicinam aliquam, nec longius, domum, donec aerem ferre aſſueſcat. Nihil enim hic repente fieri aut mutari debet, ſed omnibus paullatim aſſueſcendum. Alii viginti, alii triginta dies ſatis eſſe putant, quibus concludatur aeger, ſed ſecundarium decoctum minimum dies quindecim bibat valde dilutum. Ita ſane eſſe *in recens affectis* comperio. Quos cum quindecim aut ad ſummum viginti dies in cubiculo continui, exire ſino, et ad conſuetam viuendi rationem paullatim redire, *vlceribus etiam nondum cicatrice obductis, nec maculis prorſum extinctis: quae tamen poſtea paullatim exſiccantur euaneſcuntque omnia, idque hieme.* Nam aeſtate et temperato caelo domi laborantes continere ſuperuacuum puto, quin et, deterſis ſudoribus matutinis, ſumtoque cibo, vel foris inambulare, vel quotidianis muniis vacare permitto, dum ad veſpertinos ſit redeundum. Ac nihilominus perfecte curantur. Tanta eſt opiatae vis atque efficacia.

At vero *cum vel minimum huius luis fermentum aliquando diu conſopitum intusque deliteſcens recidiuam haud raro inuehat, quamdiu vel tubercula, vel vlcera, vel maculae, vel dolores ſuperſunt, tamdiu profecto ſuſpecta eſſe medico debet futura valetudo.* Eam ob rem ſi quis exiſtimationem integram tueri, et nominis famam praeclaris curationibus extendere contendit, remediorum vſum minime intermittat, dum omnem luis ſobolem radicitus exſtirpauerit, tantique ac tam crudelis tyranni omnia veſtigia deleuerit.

Quod ſi forte vel cubantis intemperantia vel exoleti ligni infirmitate *quippiam* aliquando *reuireſcat recurratque poſt aliquot menſes aut annos*, ſimulatque hoc deprehenſum fuerit, eandem omnino inferim ſubire curandi rationem, dum nihil prorſus ſuperſit. Neque igitur dierum numerus, neque ligni et opiatae pondus vtendum certo definiri poteſt. *Recens inquinati* ſaepe XV. aut XX. diebus perfecte liberantur, vtuntur ligni pondere ſex, ſeptem octoue ad ſummum librarum, opiatae ℥iij aut paullo amplius. At *qui morbi diuturnitate extenuati ſunt, et doloribus ac nodoſis tuberculis iam obſeſſi*, vix quadraginta aut quinquaginta diebus euadunt, ligni ℔ XV. aut XX. aut vltra inſumunt, opiatae ℥iij. aut iiij. *Qui ſaepius* etiam *fuerunt perun&ti*, omnium difficillime et vix vnquam in totum liberantur, duplici de cauſſa, quod et ea ſit hydrargyri vis et proprietas, vt, qui eo fuerunt peruncti, aliorum remediorum vires vix ſentiant, et quod etiam morbi huius cauſſam altius illa in corpus impingant.

Metuunt ac verentur nonnulli, cum gracile et ſiccum corpus aut morbi diuturnitate exſangue et exareſactum occurrit, viribus ne diſtituatur in hac curatione, aut etiam in hecticam tandem coniiciatur vel corporis atrophiam, ob idque parum quid ſatis eſſe putant, cui vis morbi cedere poſſit, dum vires recreentur. At certe multorum fide et experientia comprobatum eſt, hac victus obſeruatione ſiccos humeſcere et macros pingueſcere, eſtque huius cremoris natura, neminem deſtitui vt ſinat. Quare etiam infirmiſſimis non minus, ſed aliquanto etiam plus dandum eſt, quia nihil cum impetu facit, cum eius iuuamentum ſit paullatim ſanare. In his tamen aut nulli, aut parce mouendi ſunt ſudores, dum vires paullatim huius decocti beneficio receperint. Interim *niſi vlcera et vulnera ſint, nihil foris illinitur. His* vero

vero *ſi exigua ſint*, *neque vnguentum*, *neque aliud quid imponendum*, ſed exſpectandum, dum, extincta mali radice, ſponte ſiccescant. *Sin altius ſerpunt ſordidioraque ſunt*, aqua noſtra plane diuina bis terue quotidie abluantur, carpinatumque goſſypium in ea maceratum imponatur vlceris cauo. Haec non modo mirifice deterget et ſiccat, ſerpentemque malignam putredinem arcet et cohibet, ſed etiam quicquid in vlceris cauo durum eſt, paullatim maturat et in pus deducit, vlcus dein carne replet, et tandem cicatrice obducit, vt multorum vnguentorum vice merito vſurpari poſſit.

Cap. XIIII.

Luis aliis affectibus implicitae curatio.

Curationem luis venereae ſimplicis recens aut non ita pridem contractae, quam breuiſſime licuit, perſtrinximus. Nunc *cum plures cum ea concurrant et implicentur morbi, aut iam diu inueterata eſt*, quaenam tenenda curandi methodus, tradendum. *Lues venerea morbis quibuſcunque componitur ac complicatur.* Interdum omnino conſentit atque congruit, interdum diſſentit. Conſentit, cum eius curatio aliis quoque ſanandis conducit, aut nihil ſaltem obeſt. Diſſentit, cum eius curatio alteri incommodat moramque adfert.

Lui conſentiunt arthritis omnis et *dolores externarum partium omnes a capitis diſtillatione. intemperies ventriculi aut iecoris humidior aut frigidior, hincque nata obſtructio*, vel etiam *hydrops, epilepſia* vel etiam *ſtupor, paralyſis* aliique complures, ab humida et frigida cauſſa etiamnum praeſente contracti. Hos itaque et ſimul cum lue, et ſeorſum ſanare licet. Cumque id tentare libet, ab vrgentiore ſemper incipere iubemur, altero tamen, quoad fieri licet, minime neglecto.

Diſſentiunt febris omnis, intemperies hepatis calidior et ſiccior, pſora, lepra aliaue omnia ſcabiei ſiccae genera, omnis ſanguinis ſiue ex vtero, ſiue exano, ſiue ex pulmone reiectio, aliique affectus complures a calida et ſicca cauſſa etiamnum praeſente profecti. Horum enim legitima curatio legitimis et refrigerantibus medicamentis perficitur. Quorum vſu quoniam lues fit deterior multo, eius quoque et difficilior, et longior futura eſt, quae calidis et ſiccis, et valde attenuantibus remediis perficitur curatio. Itaque cum horum quiſpiam acutus et praeceps, vt pleuritis vel febris ardens, lui complicatur, poſthabita lue, eius ſtatim debet tentari curatio, iis tamen remediis, quae quam minimum luis cauſſam augeant. In connexis enim affectibus vrgentiori vel praepoſtero ordine in primis eſt ſuccurrendum, atque in id. quod eſt grauiſſimum, omni cura et cogitatione primum incumbendum, ſiue id ante luem veneream et coeptam eius curationem partum iam erat, ſiue recens, dum legitima tentabatur curatio, interuenerit. Grauiſſimum porro eſt, vel quod maxime aegrum in vitae diſcrimen adducit, vel de quo is grauiſſime conqueritur, cuius interdum precibus cedere cogimur. Horum exempla ponenda.

Non ita pridem tonſor me ad viſendum ruſticum quendam bene habitum et quadratum deduxit, qui cum duos iam annos ab inunctione ex hydrargyro omni dolore vacaſſet, ac omnino reſtitutus ſibi videretur, in recidiuam tamen incidit, qua duos iam menſes crudeliter admodum premebatur. *Dolores acerbi tibias et brachia media obſidebant, atque ipſas etiam ſcapulas, noctu grauius excandeſcentes*, ſed omnium *grauiſſimi in capitis externa parte* figebantur, in qua etiam *aliquid circa pericranium occalluiſſe* plurimis in locis deprehendebatur. *Fauces* quoque *ingens vlcus ad palati baſim* iamdiu occupabat *ſordidum*. Nihilominus tamen nec decumbebat, nec cibi faſtidio, nec ſiti premebatur, ſed muniis omnibus pro more vacabat, dum, *ſuperueniente inopinata deglutiendi difficultate*, et viribus repente concidentibus in lecto manere coactus eſt, in quo eum deprehendi languidum cum pulſu frequenti et celeri febre teneri, ac maxima difficultate non modis deglutiendi bibendique, ſed etiam loquendi, nihil interim tumoris in faucibus, vt neque intus in amygdalis apparente. Quis non hic agnoſcat periculoſam *anginam luis recidiuae* implicitam, omni celeritate accommodatis remediis, lue etiam neglecta, curandam? At imperitus tonſor, morae impatiens, lucro inhians, omnia deglutiendi ſymptomata ad faucium vlcus pertinere credens, ſtatim, me inſcio, ſuis ſeruis inungendum aut potius miſere iugulandum aegrum commiſit. Itaque vnguento prorita ta fluxione noua, biduo exſtinguitur. Haud mitius cum aliis multis agitur lue venerea correptis, ſi vel febris adſit continua, vel etiam grauis morbus aliquis, cuius poſtponatur curatio.

Familiaris quidam meus annos natus triginta quinque, quater aut quinquies in anno diris cruciatibus, ſpinam dorſi a ſcapulis ad finem lumborum obſidentibus, et nonnunquam iſchiade ſolebat torqueri, ſine febre, ſine vlla ſpirandi aut meiendi difficultate, ſine vomitione, idque a maligna quadam diſtillatione, luis naturam, qua olim inunctione fuerat curatus, reſipiente. Hic cum ſaepius a nobis fuiſſet his doloribus liberatus, iteratis purgationibus, vnguentis et ſolis anodynis primum, deinde reſoluentibus et roborantibus ac demum recreatis viribus, aeſtuariis ac fotibus ſiccis capiti admotis, recurreretque nihilominus dolor conſuetus, atrocis tandem chirurgi induſtriam experiri cogitauit, num forte horum dolorum radicem penitus eximere poſſet, ac recidiuae periculo liberare. Hic dolorem crudeliſſimum, ad lumborum regionem pertinentem, nephriticum eſſe ratus, languidum iam aegrum, quatuor iam dies noctesque inſomnem, in balneum praecipitat aquae dulcis calidioris, ibique morari diu iubet. Quod ille doloris crudeliſſimi leniendi ſpe fretus exequitur, dum, reſolutis ſpiritibus ac defecto prae virium inopia corde, mori ſe non ſentiret. Recte quidem hic properabat dolori, vt crudeliſſimo ſymptomati, vires frangenti corporis gubernatrices, neglecto etiam morbo, ſuccurrere. Hoc enim praeſtabilius, quam vrgentioris ferocia ſinere proſterni aegrotantis vires, quarum gratia curatio inſtituitur. Nam quanquam, ſublato morbo, ſymptomata protinus vaneſcant, neque vnquam poſſint in corpore ſola ſubſiſtere, ſi tamen grauia adeo infeſtaque ſunt, vt periculum ſit, ne, antequam dematur morbus, violentia aut pernicie iugulent, lenienda protinus, ipſaque medendi methodus inuertenda.

At ibi tamen peccatum grauiter eſt. Eſt enim terminus nunquam praetereundus medico, qui ex arte generoſe contra morbum quempiam pugnare contendit, conſtitutus, vt tuto medicetur ei, cui dolorem mitigat, vt vires cuſtodiat, per ea ſcilicet, quae virium robur tuentur atque conſeruant ſymptomata leniendo, quo et morbo reſiſtere, et curationis ſpatio ſufficere poſſint. Iam vero ſi lui complicatus diſſentaneus affectus diuturnus et lentus eſt, cuius nequeat ſtatim curatio perfici, et a quo etiamnum aliquando neglecto minus, quam a lue impendeat periculi, eo poſthabito, lues curanda periculoſior, iis tamen remediis, quae contrario et diſſentienti morbo quam minimum obſint. At ſi aeque graues et periculoſi exſiſtunt, non huic aut illi prorſus, ſed vtrique mediocritate quadam et remediorum contrariorum temperatione eadem opera ſuccurrendum.

Eſto itaque, nobis occurrat quiſpiam annorum xxv. lue venerea contaminatus, cui corpus ſit ſiccum et aridum, variis febribus bilioſis obnoxium, volae manuum plantaeque pedum impendio ſaepe caleant, os amarore perfuſum ſit atque perpetuo aridum, vnde cibi inappetens et ſiticuloſus euadat. Luem veneream ſi quis remediis deſcriptis curare aggredietur, aliis affectibus neglectis, in certum vitae diſcrimen aegrum adducet. Etenim manifeſta haec viſcerum intemperies calida et ſicca refrigerari et humectari poſtulat, ſeruato robore, lues vero contracta non, niſi attenuantibus et reſoluentibus, quae omnia fere ſiccant et excalfaciunt, curare debet. Itaque ſumma methodo opus eſt, quae eodem tempore remediorum contrariorum permiſtione vtriusque affectus curationem perficiat, vt increſcenti phlegmonae digerentia remedia reprimentibus permiſta adhibeamus. Victus inſtituatur non omnino ſiccans aut tenuis, vt in curatione legitima, ſed quodammodo humectans et refrigerans, in quo per initia loco Guaiaci ſola in potu vtatur ptiſana. In cibo conueniunt non modo pulli columbini aut gallinacei aliaeue carnes coctu faciles, aſſae in ſucco oxalidis aut mali granati aut aurantii maceratae, ſed etiam elixae, atque etiam interdum ex iis paratae ſorbitiones refrigerantes, aut etiam hordeatum. Aeger quoque non ſemel tantum die aut bis, ſed

ſed ter quaterne copioſius alendus. Soluenda primo ſtatim die erit aluus medicamento e catholico, aut ſi magis arrideat, per caſſiam fiſtulam, aut pér apozema aliquod in duos matutinos hauſtus alternos ex decocto aliquod in duos matutinos hauſtus alternos ex decocto aperiente, incidente, detergente et refrigerante comparatum cum ſenna et agarico. Haec enim omnia quoniam purgando humectant pariter et refrigerant, idcirco ſane viſcerum ſiccitatem et calorem emendant immodicum, non tantum quod humores acres bilioſosque expurgent, ſed etiam propria vi et inſita facultate. Rhabarbarum ſola ſiccitate noxium eſt, multoque magis, quaecunque vehementiore aliqua ſiccandi et excalfaciendi vi pollent, vt ſcammonium, colocynthis, aloe. Poſtridie purgationis apozema bis die vſurpandum ad materiae praeparationem paretur. Repurgato bis aut ter alternis diebus corpore, mittendus ſanguis eſt pro plenitudinis et virium ratione. Ita enim non modo viſcera totumque corpus refrigeratur, ſed plenitudinis etiam pericula, quae aliis attenuantibus reſoluentibusque concitari facile poſſent, declinantur. Poſteaquam viſcerum impuritati et intemperiei proſpectum erit ſeptem aut octo diebus refrigerantibus his et blande expurgantibus, propria luis remedia adiungenda ſunt.

Itaque ptiſanae loco decoctum Guaiaci hoc modo praeparetur, quo et in paſtu, et extra paſtum, cum volet, vtatur. Ad ſudores quoque promouendos concinnetur etiam validius Guaiaci decoctum, quod longo vſu notauimus non modo non augere calidam et ſiccam viſcerum intemperiem, ſed ita etiam humectare, vt quauis ratione extenuatos et macros pinguiores reddat, et omnia ſymptomata ab intemperie calida et ſicca hepatis contracta demulceat. Quod in legitima curatione monuimus, aluum ſemper liberam eſſe oportere, id in hac corporis conſtitutione maxime curandum obſeruandumque eſt, neque committendum, vt quippiam circum hepar aut lienem, aut in ipſo etiam meſaraeo indureſcat. Tertio igitur quoque die ſi ea ſubſiſtat, aut etiam ſi ſponte aliquid deponat, quarto tamen quoque die, ſi ſponte aliquid deponat, quarto tamen quoque die, ſi quid in viſceribus iamdiu haerere vel de quotidiano etiam alimento gigni cumularique exiſtimatur, expurgandum vel apozematis ſupra poſiti doſi, vel caſſia fiſtula, vel catholico, eodemque die validiore Guaiaci decocto, mane ſaltem, abſtinendum, niſi in eius ℥vj. ſennae ℥β. incoquere viſum fuerit, idque percolatum loco *apozematis vſurpare ad vtrumque efficax.* Cum iam horum remediorum alternato vſu toto corpore humorum portio maior abſumta diſſipataque fuerit, ac corpus ad opiatae vſum recte praeparatum balneum paretur aquae dulcis tepidae, in quod ingreſſus aeger opiatae iuſtam quantitatem deglutiat, ac mox Guaiaci decoctum ſuperbibat, ibique deſideat integram horam. In exitu dein ad ſudores pro viribus exaipiendos in lecto ſe componat. Balneum, praeterquam quod e corpore ſicco ſudores copioſiores elicit, partium etiam ſolidarum omnium, nedum viſcerum ſiccam et calidam intemperiem, ſi quid aliud, emendat impeditque, quo minus ſudorum eruptione ac moderate ſiccantium remediorum vſu, quae ad curationem reliquam neceſſaria ſunt, laedi poſſint. Maxime autem melancholicis omnibus lue impeditis conuenit, quos conſtat ſicco eſſe viſcerum et partium ſolidarum temperamento, quod humectari deſiderat. Id itaque vel quotidie, vel alternis diebus ſemel ingredi ſiccos et attenuatos, calida et ſicca vel alterutra hepatis intemperie affectos confert.

Ad id autem praeparentur, qua ratione iam dixi, perſeuerentque, dum lues omnino ſit ſublata, aut certe quamdiu opiatae vſus erit neceſſarius, niſi forte intermittere aliquot dies adſtantis medici prudentia aliquando cenſuerit. Quod ſi forte per curationem, iudicatione quapiam repugnante, balneum ingredi non licuerit, ea certe abſoluta, ſi qua longo remediorum vſu partium temperiei labes inuſta eſt, ea tepentis balnei vſu ad multos dies continuato facile delebitur, niſi vel hydropis, vel diſtillationis cuiusdam conſuetae metus abſtinendum exhortetur. Sit autem, vt dixi, tepidum ex decocto herbarum refrigerantium et humectantium comparatum, in quo, vt neque in egreſſu, ſudores nec promoueantur, nec excipiantur. Conferet tamen ingredientem ſequentis decocti refrigerantis et viſcera roborantis ℥vj. ebibere, quamdiu adſidenti medico videbitur. (Formula deeſt)

Cap. XV.

Curandi modus perfectiſſimus.

Iam vero ſi neglecta lues aut imperfecte curata tamdiu in corpore haeſit, vt non modo *dolores implacabiles*, ſed *nodos* etiam complures *in tibiis* vel *in capite* inuexerit, ſupra poſita quidem curandi methodus tenenda eſt, ſed cui alia atque alia pro laborantium natura et ſymptomatum varietate validiora remedia accedant. Duos referam a me reſtitutos, quorum imitatione ceteri curari poſſint.

Dominus *de* Mesieres, Prior S. Dionysii a carcere, annos natus quadraginta, corpore mediocriter carnoſo et bene habito, lue correptus venerea, ſeniores ſtatim conſuluit praeclarae huius vrbis medicos et chirurgos. Horum omnium communi conſilio atque conſenſu, repurgato prius corpore ac ſanguine miſſo, hydrargyro accurate inungitur. Sputatio erumpit ſeptimo die copioſa, tandemque aluus etiam ſponte reſoluitur. Quod animaduertentes, qui hunc inungebant chirurgi, breui adeo curatum iri pollicebantur, vt iam ſibi reſtitutus videretur, eorum nimirum omnium vſu, quae ad perfectam per hydrargyrum curationem ſpectant. Verum enim vero cum, iam exactis diebus viginti, opis nihil afferretur, reuocati in ſubſidium chirurgi morbi contumaciam arguunt, quae interdum, niſi iterata ſimili inunctione, compeſci aut cohiberi non poſſit. Ad quos accerſiti medici facile annuunt. Itaque eandem, ſed tamen crudeliorem curationem expertus eſt, cum nihilo magis, quam prima leuaretur. Calumniam amolientes chirurgi, quosdam eſſe propoſuerunt, qui, licet curatione hac non modo non liberentur, ſed etiam crudelius multo, quam prius crucientur, exacto tamen ab ea menſe vno atque altero, paullatim poſtea ſaneſcunt, hydrargyro partibus ſolidis admiſſo, morbi cauſſam ſenſim demoliente ſuperanteque. Quod ſibi laborans ſalutis cupidus facile perſuaſit. Sed cum totos tres menſes muſſitans nihilo melius haberet, ac multi praeterea *ſcirrhi* ac *tophi in capite, in oſſe crurium, humerorum* et *brachiorum exorti* eſſent *cruciatibus* diris moleſti, chirurgos reuocat, qui vno omnes ore curationem per hydrargyrum repetendam putant. Neque hi prius finem inunctionibus imponunt, quam duodecies duobus annis eandem curationem tanto dolore tantisque cruciatibus ſine vlla ope perpeſſus eſt. Inde ſiccum adeo et exſangue corpus euaſit, vt in eo nihil praeter aridam cutim et oſſa ſupereſſet, ac τὸ σκελετὸν potius videretur, quam viuum corpus.

Tophi interim multi obſederant tibiarum, crurium, brachiorum et capitis oſſa diris cruciatibus, qui impedierunt, quo minus integro biennio ſomnum inire potuerit. Hos chirurgi, alia curandi ratione deſtituti, *cauterio aperire* cogitant, ita virus aliquod, aperta cute, ſtillaturum ſperantes. Itaque cum duobus in locis, vbi tophi crudelius affligebant, nudatum in capite os nigrum cerneretur, ipſum terebello eximunt humoris acrimonia parte iam interna exeſum, et veluti terebra omnino perforatum. Ac cum ne ſic quidem dolores remitterent, nec ſomnum inire poſſet, emplaſtris de Vego cum duplicato mercurio hominem per menſem veſtiunt. Alii vinum guaiacinum poſtea per menſem exhibent, alii etiam balneo ex decocto Guaiaci mergunt, ſed omnia nullo auxilio. Itaque hominem moribundum pro deplorato deſerunt, nulla ei medicamenti opem allatura profeſſi.

Quam, cedo, cladis tantae cauſſam afferent? Cur hydrargyrum, quod luis alexipharmacum vnicum praedicabant, hunc atrociter adeo diuexatum reſtituere non potuit? Empiricos (credo) curationem inſtituiſſe dicent. At chirurgi erant huius praeclarae vrbis celeberrimi, medicorum etiam multorum adiuti conſiliis. Nec aegrotus ſibi ipſe vnquam defuit. Nihil enim ei vnquam tam durum tamque moleſtum praeſcriptum eſt, quod non dicto citius ſubire voluerit. Nemo a ſeruis accuratius vnquam fuit tractatus. Denique non opes, non aetas, non vires, neque quicquam aliud illi defuit, quod ad curationem requiri poſſit. Ratum igitur ſit, *hydrargyron luis non eſſe antidotum, ſed empiricorum inuentum*, quod, tanquam fucum, malo adhibent, neque a viris bonis et reipublicae ſtudioſis *tam fallacem, incertam atque adeo crudelem curationem vnquam tentari debere.*

Non multo melius, cum haec ſcriberem, actum eſt cum huius vrbis medico, docto quidem et bene

noto, ſed nimis credulo. Hic *cum ex impuro concubitu contraxiſſet penis vlcus, ac tandem in luem veneream incidiſſet*, quinquies crudelem eam curationem fruſtra tentauit. *Nodoſis* tandem *tumoribus* et diris *cruciatibus* indies inualeſcentibus, prorſum *contabuit*, dum, *dentibus excidentibus, ac gingiuis putredine abſumtis*, crudeliter *vitam finierit*.

Qua ratione reſtitutus ille ſit.

Cum aridum corpus lenta etiam febre contabeſcere videretur, viſum eſt aegrum alere euchymis et concoctu facilibus, cuiusmodi ſunt pulli gallinacei, columbini, perdices iuniores, dein vitulina caro et hoedina, hisque perſimiles aut etiam praeſtantiores. Sint autem haec ob corporis ariditatem maciemque modo elixa, modo aſſa; Facilius eſt enim liquidis impleri reficique, quam durioribus. Conueniebat itaque ex Guaiaci decocto vitulina caro cum pullo gallinaceo diu elixata, circa finem adiecta oxalide, boragine, bugloſſo, portulaca et pimpinella, ſiquidem eorum expreſſum ius bis die ad ℥vj. exhibitum, praeterquam quod vires promtiſſime et ſenſim inſtaurat, morbi quoque cauſſam mitigat. Ab ea ſorbitione, quae octaua quaque hora exhibebatur, quippiam aſſum, ſi poterat, aſſumebat, tandem pro bellariis vuas paſſas et panem biscoctum. A vino toto curationis decurſu abſtinendum cenſuimus. id nimirum verum eſſe experti, quod iam ſemel admonui, Guaiaci et aliorum alexipharmacorum beneficio neminem, qui vino vtatur, facile poſſe reſtitui. Eius loco Guaiaci decoctum, quale in legitima curatione deſcripſi, tum in paſtu, tum in ſiti extra paſtum vſurpabatur, cui inter coquendum cornu ceruini raſurae ℥ß. addebatur. Mane hora ſexta et a prandio hora quarta ℥vj. ſequentis decocti exhauriebat, neque tamen ſudores, qui e corpore exſangui et praearido nullis praeſidiis elici poſſunt, exſpectabat, neque ſi erumpere potuiſſent, vires ferendo fuiſſent.

Decoctum.

Rec. Raſurae Guaiaci interioris nigri, odoriferi, reſinacei quart. iij corticum eiusdem pulueriſatorum ℥jß. Infunde in ℔vj. aquae tepidae, fiat decoctum addendo rad. helenii, polypodii querni, gran. iuniperi, radicum cichorei ana ℥j. paſſularum enucleatarum ℥jß. ſeminum cardui benedicti, radicum tunicae, tormentillae an. ℥ß. pimpinellae, morſus, ſcabioſae an. Pj.

Semel in hebdomade repurgabatur ſequenti aut ſimili medicamento: Quod licet languido videri poſſet validius paullo, ſi quis tamen, quae alibi diximus, memoria repetat, corpora nempe, quae hydrargyro fuerunt inuncta, duplo validiora medicamenta perferre, nec facile iis commoueri, aliter iudicabit.

Haec dum fiunt, cataplaſmata inſtitui ad ſcirrhos remolliendos diſcutiendósque efficaciſſima huiusmodi. Rec. Sem. ſinapi in aceto macerati per horas XX. dein contuſi ℥ij. radicum bryoniae crudae ℥ij. radicum ſigilli beatae Mariae crudi ℥vj. axungiae porcinae veteris omnium aequale pondus, croci ℥ß. malaxentur ſimul in formam cataplasmatis pro partibus dolentibus, renouetur ſemel quotidie, et ad multos dies perſeueret.

Fiat et emplaſtrum noſtrum, quod capiti toti quidem inſideat per tres aut quatuor hebdomades, ſed ea lege, vt leuetur quotidie ſemel, dum totum caput oleo noſtro efficaciſſimo obungatur, renouetur vero ſexto quoque die.

Emplaſtrum.

Rec. Sem. Sinapi per noctem in aceto macerati ℥ij. piperis, pyrethri, caryophyllorum an. ʒij. maceris ʒj. hellebori nigri, rad. ireos florentinae, hermodactylorum an. ʒiij. Sem. ſtaphiſagriae ʒjß. gummi pini et ammoniaci an. ʒjß. Malaxentur ſimul cum oleo de euphorbio, addendo in fine terebinthinae q. ſ. vt bene cohaereant omnia, fiat emplaſtrum per magdal. extendatur portio ſuper alutam, pro nodoſis tumoribus aut doloribus diuturnis capitis a lue aut alia cauſſa frigida circum pericranium collectis.

Oleum.

Rec. Rad. acori, galangae, calami aromatici an. ʒiij. nucis moſchatae, caryophyll. cinnamomi, piperis vtriuſque, pyrethri, maceris an. ʒß. foliorum ſiccorum lauendulae, maioranae, origani, ſaluiae, pulegii, menthae, roriſmarini an. Pj. florum anthos, ſaluiae, lauendulae, an Pß. olei communis ℔j. vel amplius, ſi voles, aquae vitae ℥viij. Reponantur omnia in phiala vitrea, bulliant ſupra cineres calidos ad aquae conſumtionem, deinde exprimatur oleum in torculari ad vſum dictum in curatione.

Cum primum horum remediorum vſu dolores aliquantum conquieſcere coeperunt, non modo lenta illa febris, quae hectica putabatur, euanuit, ſed corpus cum carne ſenſim ita vires recepit, vt in lecto ſedere poſſet. Aeſtuarium tum temporis parari iuſſi, in quo tertio quoque die ſemel intromitteretur, ac illic ſederet, quamdiu vires facile ferre poſſent, ſed prius decocti ℥vj. exhauriebat, praemiſſa opiatae ʒj. Deinde ad ignem totum corpus oleo noſtro calente inungebatur molli frictione. Hoc enim, ſi quid aliud, infeſtas hydrargyri qualitates, venoſo generi impreſſas, delet, et natiuum recreat calorem, omnium, quae in nobis ſunt, functionum auctorem. In aeſtuario exiguus aliquis ſudor ſtatim eliciebatur: Quem imbecillae vires cum ſuſtinere haud poſſent, aperto aeſtuarii oſtio, ac lectum repetente laborante, ſtatim ſiſtere cogebamur. In hanc medendi rationem dum pertinaciter inſiſto, ita aegri iacentis vires paullatim recreari in dies viſae ſunt. vt tandem circa quadrageſimum diem certa nobis ſalutis ſpes affulgeret. Nam non modo dolores illi capitis inueterati, reſoluto humore extinctaque cauſſa, euaneſcebant, paullatimque ſcirrhi omnes nodoſi diſſoluebantur, ſed et quae cruda et cinericia initio fuerant alui excrementa, bene figurata et rufa reddebantur, ſimulque pro aquoſis et tenuibus vrinis craſſiores et flauiores effluxerunt, ipſeque aeger, qui duos annos fuerat peruigil, noctu aliquantum dormitabat. Hinc pulſus ſtatim meliores euaſerunt, et vox initio ita exilis, vt vix obaudiretur, validior ac plenior edebatur. Sed et ſeruo, et baculo innixus ad LX. curationis diem corpus erigere coepit, ac tandem incedere. Quo tempore ſudorem ſatis copioſum ſemel die per vires elicere licuit, non in aeſtuario ſolum, ſed etiam in eius ingreſſu e lecto, non quidem diebus continuis, ſed triduum interquieſcendo, dum validior natura quotidie eorum eruptiones perferre poſſet.

Iam vero cum corpus initio oſſeum carne iam ſatis veſtitum videretur, ſorbitiones et elixa omnia circumcidimus, aſſis ſolis eum committentes, ne (quod in fine aliorum multorum diuturnorum morborum nimio potu aut humidorum ciborum vſu fracto iecoris robore contingit) in huius quoque declinatione tumor aliquis oedematoſus in pedibus ac tibiis irreperet. Huius enim rudimenta veſperi iam in pedibus cernebantur, cum praeſertim aliquantiſper ſtabat aut incedebat. Sed et electuarium trium ſantalorum quadruplicato rheo parari curauimus, cuius tabellam vnam mane bis in hebdomade ad iecoris robur potioni guaiacinae praemitteret. Cumque omnis doloris expers fuiſſet dies iam quindecim, ac bene adeo omnia iam membra nutriri viderentur, vt paullatim magis ac magis omnes eius artus corroborarentur, die tandem curationis LXX. Guaiaci decoctum validius aliquot menſes intermittendum cenſuimus. Si quid interim non prorſus extinctum dolores tuberaue protuliſſet, nos id vere nouo tutius faciliusque remediorum vſu repetito exſtincturos, roborata nimirum quiete et natura ferente. Verendum enim, ne iisdem remediis natura diutius aſſuefacta illorum vim tandem non ſentiret, aut certe aſpernaretur. Neque vero hic, vt in recenter contaminatis, metuendum, ne interim radices altius morbus agat, reddaturque difficilior. Immo qui in tam calamitoſum corporis ſtatum aut ſua negligentia, aut medicorum inſcitia praecipitati ſunt, vix vnquam, niſi in annum, iterata curatione modo propoſita reſtituuntur.

Verum enim vero Guaiaci imbecillius decoctum in ipſo etiam interuallo vini loco prudenter, me conſultore, vſurpauit, ne vaporem quidem vini admittens. Menſe exacto, belle adeo habere coepit, vt conſueta munia omnia obire poſſet. Idcirco et aeri die Februarii duodecimo ſe committere coepit et quoquouerſum diſcurrere, nullis dolorum veſtigiis ne in iis quidem locis, in quibus ante curationem tubera diſcru-

diſcruciabant, remanentibus. Tantum capite et artubus grauis ſibi videbatur et veluti laſſitudine quadam preſſus, idque praeſertim, cum e ſereno in nubilum aut pluuioſum coelum mutabatur, et poſt exercitationes oedemate quodam pedes veſperi dolebant, ſed quod mane prorſus euanuerat.

Quanquam poſt exactos quatuor menſes neque dolor, neque aliud extimeſcendum quicquam ſuperuenerit, quod latentis fermenti ſuſpicionem vllam mouere poſſet, viſum eſt tamen curationem repetere feliciter antea vſurpatam, vt, ſi forte lentus craſſusque humor aliquis aliudve luis fermentum circa perioſtea ſupererat, prorſus huius remedii contiinutione attenuari, paullatimque in ſudores reſolui poſſet, ſimulque malignitas, ſi qua ſolidis partibus infixa deliteſceret, exſtingui, atque ita omnium tuberum dolorumque cauſſa exſtirpari ac funditus euelli. Ingrediebatur porro ſemel in die aeſtuarium, inungebatur quoque oleo noſtro, in quo aeſtuario, vt et ab eius egreſſu, ſudores in lecto excipiebat pro viribus. Veſperi vero hora quarta ſorbebat quidem decoctum, ſudores tamen minime promouebat, nec lectum repetebat. In paſtu vtroque mediocriter aſſis omnis alebatur, a c biscocto pane vtebatur, quem in hunc modum parari curabam.

Rec. Sem. cardui benedicti mundati, pimpinellae mundatae, aniſi et feniculi an. ℥j. Miſceantur diligenter cum quantitate ſufficienti paſtae ex optima farina, ſeu ex qua fiunt panes ciuium Pariſienſium fermento adiecto, dein fiant panes bene cocti. Qui vbi refrixerint, in teſſeras ſecentur, ac ſaccharo in aqua roſata ſoluto abluti, in furno tepido diu ſiccentur, atque ita ad vſum referuentur. Iſtorum tandem remediorum vſu ſalubriter adeo viuit, vt nunquam laboraſſe videri poſſit. Quam deus mentem omnibus indat, vt ita curari velint, antequam tam crudeliter fuerint excarnificati.

Quidam non ita pridem ad me venit, *cui vlcus a penis radice totum imum ventrem et inguina atrociter depaſcebat, vmbilicum etiam ſupergreſſum*, quod neque emplaſtris de Vigo, ſuperaucto mercurio, neque vllis inunctionibus ſputationem et alui fluorem mouentibus coerceri potuerat, adeo interim extenuato corpore, vt, qua oſſa tegerentur, nihil praeter cutim ſupereſſet. Alius *faucium malignum adeo vlcus* et omnibus remediis *ex hydrargyro rebelle* gerebat, *vt columella iam exeſa radice deciduiſſet, exederenturque omnia tenella narium et palati oſſa*. Vterque curatione ſupra dicta XXIII. diebus conualuit, nullius alterius medicamenti ope, niſi quod exeſae et exulceratae particulae aqua noſtra diuina bis aut ter quotidie admouebatur.

Opiata antidota alexipharmaca.

Rec. Scordii ʒjß. polii montani, pulegii, praſſii albi origani, calaminthae, hyperici, centaurii minoris, ſtoechados, chamaedryos, chamaepityos, ſpicae nardi an. ʒij. ſeminum aniſi, feniculi, petroſelini, dauci, ſileris montanae, rutae, ocymi, hormini, thlaſpi, baccarum lauri, ſem. paeoniae maris an ʒjß. rad. ariſtolochiae rotundae, gentianae, diptamni, valerianae, aſari an. ʒj zinziberis, nucis moſchatae, caryophyll. piperis, croci an. ℈iiij. cinnamomi electi, myrrhae, caſtorei, ſtyracis calamitae an. ʒiij. mellis boni q. ſ. fiat opiata.

Aqua mirifica.

Rec. Scordii Mii. calendulae, morſus, pimpinellae, hyperici, betonicae, maioranae, bugloſſae, ſcabioſae, ſaluiae an. Mj. hyſſopi, meliſſae an. Mjß. Contundantur, et in vaſe terreo nouo ad ſolem exponantur, adiecta ea aquae quantitate, qua omnia bene mergi poſſint, ita, vt aqua ſuperet. Vbi ſex ſeptemue dies in ſole efferbuerint, exprimere vehementer ea oportebit, deinde in remanente humore ſimiles herbas contuſas reponere, et rurſus ſoli exponere, vt ſupra, dum octo aut decem dies efferbuerint, (ſed interim ſemel ſaltem quotidie iſta moueri debeut baculo) ac tum exprimere. Deinde in manente liquore ſequentia miſcere. Rec. Rad. tunicae, tormentillae, ſem. card. benedicti an. ℥ß. zedoariae, nucis moſchatae, caryophyllorum an. ʒj. mac. ʒß. ſem. pimpinellae ʒjß. croci ʒj. mithridatii opt. ℔j. theriacae veteris ℥iiij. Commiſta ſoli exponantur ad quinque aut ſex dies aut amplius in alembico obturato. Deinde fiat omnium diſtillatio in vaſe duplici, et ſeruetur ad vſum.

Aqua diuina ad vlcera.

Rec. Sublimati optimi gr. XII. plantaginis ℥vj. decoque ſuper calidos cineres in phiala vitrea ad dimidias, et vtere.

Contagioſi l) morbi externi cuiusdam veneni occurſu et contagione inferri ſolent. Huius quoque claſſis ſunt *lues venerea*, elephantialis, quique ex horum confuſione oriri poſſunt. —

Hac multo crebrior eſt *virulenta gonorrhoea m)*, quam impura venus infligit, eo modo, quo ante in viris eſt comprehenſum. Quod per hanc excidit, continenter aſſiduoque fertur, vt in vterino fluore, eſt tamen craſſius multo, atque modo album, modo flauum aut vireſcens, odore graui moleſtum, acre et exedens, ac proinde *raro* deprehenditur *citra pudendi vlcus*. — Quin etiam *luis venereae* ſigna ſe produnt, neque vterini fluoris, ſeu primarii, ſeu eius, qui viſcerum vitio fit, indicia vlla cernuntur.

LX.

MICHAEL ANGELVS BLONDVS n).

De origine morbi Gallici deque ligni Indici ancipiti proprietate. Prooemium.

Aristoteles eos, qui ratione vtuntur, atque cum hac omnia volunt agere, tanquam bonos et optimos exiſtimans, laudauit, eos autem, qui ſine ratione aliquid faciunt, tanquam crudeles et rudes exiſtentes, odio habuit. Verum ratione et intellectu vigentes naturaliter fiunt principes et rectores aliorum, quia *primo metaph.* hominum genus arte et rationibus viuit. Ita ratio hoc poſtulat, quod prudens nil faciat inſidioſe vel ſimulate, ſiue fallaciter. Viuamus ergo, vt ſemper rationem reddituros nos arbitremur, quoniam qui eam abiecerit, inhumanitatem profitebitur. Demum intendamus iuſtitiae, quia ſola nos perducet ad aethereos thalamos. Nil etenim eſt magis proprium homini perfecta ratione. Nam cetera cuncta cum brutis ſunt communia illi. Demum ſola ratione homo fortitudine praeualet leones, formoſitate pauones et velocitate equos. Vos igitur hortamur patres chariſſimos, vt, ratione praepoſita et dei timore, graues curas ſubeatis aegerrimorum, ſpreta odibili rerum cupiditate, quoniam ſic vobis diuitiae parantur aeternae.

Qui ex quibus morbi naſcantur ſuccis.

Notiſſimum putamus eſſe et doctiſſimis philoſophis et clariſſimis medicis, et profitentibus artem medendi, quin imo et humanioribus litteris incumbentibus, quod omnes morbi proueniunt ex peccato vnius ſiue plurimorum humanum. Quod peccatum vel ex mala qualitate, aut ex vbertate maxima eorundem producitur quod et ab Hippocrate, et ab ipſo Galeno ſcriptum eſt. Sed ad ſpecies ſuccorum deſcendentes dicimus, quod flaua bilis diffuſa per vniuerſum corpus ſuſcitat *morbum regium*. Cum vero deſcendit ad partem

l) De Morbor. Different. I. 7. p. 184.

m) De Partium Morb. et Symptom. VI. 16. p. 326.

n) *De Partibus ictu ſectis citiſſime ſanandis et medicamento aquae nuper inuento. Item in plurimorum opinionem de origine morbi gallici deque ligni Indici ancipiti proprietate, Venet. ap. Io. Ant. et Petr. de Nicolinis* 1542. 8. Repetitus eſt vterque liber *Romae* 1559. 8. *et in* Conr. Gesneri *Script. de Chirurg. Tigur.* 1555. quorum primus incipit fol. 224. ſeq. alter fol. 234. a. vnde hunc deſcribendum curauimus. Natus Venetiis a. 1497. die 4. Maii, diſcipulus Avgvstini Niphi, profeſſoris Neapolitani, clarus inde ab a. 1528. Venetiis et Romae medicinam agitans, luem Gallicam veteribus notam ratus, guaiaci ex aqua decocti ſpretor, (v. praefat. et ipſum lib.) ſed rem ita tractauit, vt parum aut nihil ad curatiorem guaiacinae curationis cognitionem exinde redundet. Deſi ergo meliora, miſſa feci inutilia. Nominat paſſim ſuam *Compendioſum*, forte materiam medicam complexam, cuius mentionem apud auctores non deprehendi.

tem aliquam corporis, concitat *herpetes* et *eryſipelata.* Verum ex dominio atrae bilis naſcitur *elephas*, cum in vniuerſo corpore fuerit, et cum erit in parte, *cancer* conſpicitur. Et pituita dum increuerit per totum corpus, *morbi intercutanei* cauſa eſt, in vna vero parte producit *oedema*, ſed cum admiſcetur ſanguini *plurimos morbos* inducit et diuerſa ſymptomata. Tamen ex ſanguine ſimpliciores affectus calidi fiunt, quam ex aliis humoribus.

De origine morbi Gallici.

Poſtquam ergo ab exceſſu atque humorum intemperantia affectus ſiue languores veniunt mortalibus, procul dubio miramur, dum percipimus ab eisdem ſuccis hac tempeſtate nouum morbi genus productum eſſe praeter morbos enumeratos, cum HIPPOCRATES et GALENVS ſcripſerint de omni ſpecie morborum, quibus humanum corpus ſubiicitur. Verum neque priores illi, vt AESCVLAPIVS PODALIRIVSue aut MACHAO ſiue ASCLEPIADES, qui ſpreuit, quantum MITHRIDATES offerebat, neque PYTHAGORAS vel EMPEDOCLES, nec DEMOCRITVS, praeceptor HIPPOCRATIS, ſed neque DIOCLES aut PRAXAGORAS, nec CHRYSIPPVS aut HEROPHILVS, ſiue HERACLIDES, THEMISON vel CREON, nec CRITODEMVS aut CRITOBVLVS, ambo chirurgi, neque etiam PAEON, qui diuorum medicus dicebatur, quia omnes ii fuerunt optimi medicorum, quenquam alium enunciauerunt morbum, quam illos, quos retulit teſtamentum HIPPOCRATIS, et lucubrationes GALENI teſtantur.

Itaque cenſemus, quod per inſomnium potius, quam aliter medentium vnus ex noſtris nomen *Gallicum morbi nomen* eſſe protulit. Quod ſi conceditur, oportet et *Hiſpanicus affectus*, et *languor Germanicus*, et *cura Italica* dicatur morbus ſpecificus: Quod eſt ridiculum, quoniam non regiones ſiue regnicolae nomen imponunt aut impoſuerunt, verum *ex diſcrimine humorum* morbis placuit antiquitati diuerſum impoſuiſſe nomen, nec prius putamus hoc factum eſſe, quam nouiſſent omnes morborum ſpecies, quae proueniunt vel ex quantitate ſuccorum ſuperaucta, ſiue ex eorum mala qualitate. Quicquid igitur inuenimus laudabile in arte medendi, conſtat, ex relatis nobis relictum et inuentum eſſe. Itaque nullus medicorum recentium adeo praeſtans inuentus eſt, vt non tam excellentior eſſet dictis, verum dicimus, quod neque par hactenus repertus eſt, quod recte nouimus ex operibus eorum. Cumque ex eisdem ſuccis nunc etiam compactus ſit homo, ex quibus conſtitit olim, arbitramur neminem tam praeſtantem eſſe, qui praeter dictos morbos ab eisdem ſuccis poſſit nouam morbi ſpeciem excitare. Languores enim, quibus hac tempeſtate mortales ſubiiciuntur, haud alios credimus fuiſſe olim. Namque GALENVS in *Definitionibus med.* refert: *Morborum differentias* HIPPOCRATES *nouem eſſe tradidit, quae ſunt acutus, peracutus, malignus, longus, medius, pernicioſus, mitis, periculoſus et minime periculoſus.* — Sed aegritudo eſt morbus inueteratus cum infirmitate et languore.

Igitur cum HIPPOCRATES et GALENVS de exceſſu bilis flauae in iocinore, atrae bilis in liene, ſanguine in corde et pituita in capite ſcripſerunt, (ex quibus ſuccis fiunt *vlcera*, turgent *nodi*, et *tuberoſitates* apparent, et conuulſiones excitantur) tum etiam *de hoc compoſito morbo* locuti ſunt. Quod et LEONICENVS ſenſit in quodam eius libello, quia hunc morbum protulit nomine *epidimiae. Antiquum ergo ſymptoma hoc.* Quod omnes etiam afferunt, qui de lepra, ſerpigine, herpete et ſimilibus ſcripſerunt, vt eſt AEGINETA, aut etiam CORNELIVS, qui de elephantia. Quieſcant ideo hanc artem profitentes, neque *diſceptent* amplius *de nomine huius morbi,* quia minimum eſt, de quo GALENVS non curat, vt retulit in plerisque locis. Et *in ſexto de morbis curandis* dicit, parum eſſe de nominibus ſollicitum debere eum, cui rerum ſcientiam inuenire ſit propoſitum. Sat igitur erit, et *tuberoſitates*, et *cruſtas*, et *vlcera cognoſcere, a quo ex ſuccis ſuſcipiunt incrementum.* Itaque illi eſt incumbendum cum laudabili regimine vitae et opportunis medicaminibus, de quibus et priſci, et recentiores ſcripſerunt vberrime. Verum enim vero vni ex doctoribus incumbendum eſt, quia ſic celerrime conſequitur nomen egregium, nec perſiſtamus (hortamur) *in falſis opinionibus, dictum morbum ob incurſum ſiderum ſiue planetarum productum eſſe nuper*, quamuis coeleſtia agunt in mortalibus. Sed eadem coeleſtia ſunt ſemper. *Nec dicamus, morbum ab Indis transfretuſſe ad nos*, quoniam fatuitatem profitebimur dicentes: Namque *is morbus compoſitus in nobis naſcitur ex corruptis ſuccis*, tamen *ſuſcipitur et ex contactu. Velociter* enim *et plethorica*, *velocius* autem et *cacochyma corpora ſubiiciuntur infectionibus.* In quibus ſi flaua bilis ſupercreuerit, apparent ſymptomata, quae retulimus. Cum autem pituita erit ſuperaucta, monſtrantur, quae et *in Compendioſa* retulimus. Haud aliter dicimus de ſanguine et atra bili.

De cura ſecundum HIPPOCRATEM *et* GALENVM.

Sane *hanc morbum* licet nobis appellare *grauiſſimum morborum ob eius acerbitatem*, itaque laudamus *exquiſitiſſimam curationem*, cum illum expugnare volumus, dum corpus robore erit plenum, et *victum* pariter comprobamus *tenuiſſimum*. Verumtamen quia ſuppoſitum huic languori potius imbecillem, quam validum frequentius cernimus, ideo tum *nec exquiſitam curationem laudamus, neque tenuem diaetam approbamus*, iuxta illud HIPPOCRATIS *Aph. primo. In tenui victu aegri delinquunt*, quo fit, vt magis laedantur, *quia deducunt infectum, vtentes hoc victu, ad vltimam indigentiam*, in qua non poſſumus honorifice procedere vlterius. Propterea idem HIPPOCRATES: *Victus tenuis atque exquiſitus in morbis quidem longis ſemper, in acutis vero, in quibus non conuenit, difficilis.* Et rurſus: *Qui ad extremum deuenit tenuitatis, grauis eſt.* Oppoſitas autem exercitationes, praecipue in grauiſſimis languoribus conſpicientes, non poſſumus non mirari. Nam quae fugere in his oporteret, quamplurimi exercent.

Quantum igitur *dicto morbo infecti* comperiantur grauiſſimi in extremo curationis, iam et ruricolis notum eſt. Medenti etenim proprium eſt, robur corporis affecti imbecillius reddere, quam acceperit, propterea dicimus fouendas eſſe vires aegerrimi, maxime in longis cruciatibus, quia aliter neque ſalutem aeger, neque curator honorem conſequitur. Cumque vniuerſi morbi ex ſententia HIPPOCRATIS proueniant partim extrinſecus ex aere nos ambiente, partim intrinſecus ab eſu aut potione, a quibus humorum aliquis vel abundat, vel deficit, ſiue qualitatem commutat, ſeruanda ſunt, quae praecepit GALENVS *in Medico: Qui ex abſtinentia in morbum incidere, alimentis reſtituere conuenit. Qui iam ex copia laborant, victus ratione vel inedia, vel purgatione, vel venae inciſione purgandi ſunt.*

Itaque neminem inuenimus, qui plurimum potum aquae in aliquo morbo laudauerit, nedum exhibuerit, ex veris medicis. Quid igitur dicendum ſit *de potu aquae plurimo, quo plurimi in hoc compoſito morbo vtuntur*, vobis eruditiſſimis pronunciandum relinquimus, cum modici vel nullius ſit nutrimenti in affectibus. Ideo et *ius ligni Indici ex aqua damnandum potius, quam laudandum putamus*, quia nemo ex antiquis ſcripſit aptum *medicinae lignum* eſſe, quo *maxime hac tempeſtate artem medendi profitentes in omnibus morbis fere vtuntur.* Nam et ARISTOTELES *quarto Meteorum. Et iam dictum eſt, quod aurum et lignum decoquitur, et matureſcit, quando generatur.* Sed hoc dictum eſt propter ſimilitudinem, et non ſecundum veritatem. Demum ſi quid boni infectus conſequitur, dum dicto iure vtitur, non eſſe adſcribendum dicimus elixationi ligni Indici, verum tenuiſſimae reſumtioni. Quid enim ſolidiſſimus panis ille et arefactus non conſumeret malorum ſuccorum tantorum ſpatio dierum? Quod ſi illud etiam pauciſſima refectio illa non faciat, ſat eſt, dum morbo vires non nutriat, quia natura ſemper ſagax corrigit deteriora, et in melius mutat. Praeterea ARISTOTELES *in eodem libro: Res ſiccae, in quibus non eſt humor, nec maturantur, nec digeruntur.* Ideo nec valde ſolidum panem comprobamus, *in hoc* praeſertim *turpi languore*, quoniam multum habet de ſicco, habet etiam aliquid ſimilitudinis cum lapide et ligno, quia ARISTOTELES, adducens exemplum, inquit: *Sicut lapis ſiccus, in quo non eſt humor, et ſic non digeruntur res ſiccae, rarae, ponderoſae, vel lignum et ſimilia.*

Dicimus ergo, quod ius illud abluit tantum ſordes, ſi quas ventriculus vel inteſtina retinent. Labitur enim egeſtio celerius cum potibus, quoniam ſiccus

eius victus corpus ſtipat, et facit auarum in egerendo. Tamen ne videamur dixiſſe haec moti inuidia, confitemur, *nos etiam vſos fuiſſe iuribus Indici ligni, cum in infectis turpi languore dicti morbi, tum in aliis aegritudinibus*, vt in leucophlegmatia cuiusdam mulieris Campanae et multorum in cruciatibus articulorum per vniuerſam Italiam atque eam partem Galliae, quae Narbonnenſis dicitur, qui omnes prae tenui victu et inſubſtantiabili potu tenuiſſimi atque exſangues deueniebant. Cumque arbitrabamur morbo liberos eſſe et grauiſſimas eorum curas propulſas, longe impoſitis praeceptis extremis, vt a ſaluberrimis recedebamus, tamen priusquam luna complebat orbem ſuum, plerosquecomperibamus *in grauiorem recidiſſe morbum*, quod plurimis recitantes doctoribus plurimum querebamur aduerſis de ſucceſſibus, quoniam ceteros medicos fortunatiores credebamus eſſe. Tum illi: Propterea, inquiebant, non eſt triſtandum. Nam et nobis itidem accidit in pluribus. Quod percipiens dicebam, fruſtra igitur gloriantur, qui clariſſimi inuentores dici volunt tam optimi medicaminis et diuerſae praeparationis ligni Indici. Qui etiam, poſtquam compererunt idem, quod et nos, de falſa eius bonitate, cum eodem ligno quaedam fortia concoquere coeperunt, vt eſt coloquintida, turbit, elleborus et ſimilia, quae ſua proprietate plerumque ſoluunt corpora, adeo, vt exſoluantur.

Si quem igitur fructum et infectus conſequitur, et curator honorem, non eſt adſcribendum ligno, ſed adiectorum proprietati. Caueat tandem omnis falſis ab inſinuationibus, praecipue ligno Indico et iuri eius praeſtantium fidem, qui dicto morbo infectus torquetur.

De ligno Indico.

Certiſſimum eſt, quod ab experimentis medendi prodiit initium. Ideo ſi modo etiam Empiricis maior, quam Methodicis datur fides, non eſt mirandum, quia videtur, quod ars medendi vertitur ad ſuum principium, vnde et ortum habuit, quod procul dubio credendum eſt aliter. Namque virtus cum ratione cum ſit praecipua homini, qua cuncta diſcrimina diſcernit rerum, qua media quodque hominis officium laudatur, ſpreta vero, turpem exitum conſequuntur. Et ſi quid rudibus primaeua aetate ſine virtute ac ratione conceſſum fuerat, confeſtim deletum eſt, internis virtute lucente.

Propterea valde miramur, quod a quibusdam etiam prudentibus empiricorum experientia de quodam ligno Indico laudatur, cuius proprietatem experimento non cognoſcunt, quia dum decoctum iſtius ligni exhibent languentibus, *plurimos inficiunt magis, quam curant*. Eo etenim vtuntur in omnibus affectibus indifferenter, quod eſt indicium craſſae ignorantiae. Sunt etiam quidam, qui aiunt, quod lignum hoc debellat tantum melancholicis curas ſiue vſtiores ſuccos *cum inedia*, quam praecipiunt, *ideo quam plurimos in deteriorem affectum ducunt*. Nouimus etiam quosdam peritiſſimos, qui laudant lignum Indicum, dicentes, id ſua proprietate vniuerſis languoribus prodeſſe; Quod credimus, quia quoſdam auget languores. Nam ſi tale eſſet, quale dicunt eſſe, ſane ſterneret omnes hominis morbos, et non accenderet.

Dicunt autem ii ſapientes, quod lignum Indicum eſt medicamen temperatiſſimum natura. Quod ſi verum eſſet, oporteret, vt omnibus morbis et cunctis partibus infectis mederetur, ita, quod cum hauſtum ſiue illitum eſſet, infectio decederet, et corpus fieret ſaluberrimum, quia tum cum Averroe diceremus *Colliget quinto*, quod quando nos tractamus de medicina, ſi eſt calida aut frigida, aut temperata, nos non intelligimus hoc, niſi quia habet per ſui naturam et praeparationem permutando ſe a corpore humano, vel vt permutetur a corpore humano. Et corpus poſtmodum ab ea recipit vnam qualitatem permutatam, comparatam, proportionatam qualitatibus naturalibus, quae ſunt in corpore, quam proportionem dicimus. Sed hoc in dicto ligno, ſi vera fari licet, nemo peritiſſimus inuenit, diſtemperantiam igitur plurimis inducit, vt vidimus, dum eius experiebamur proprietates. Falſo igitur creditur, lignum hoc natura eſſe temperatiſſimum, cum quosdam inficiat, ac perpaucos curet. Tamen cum laudari ſentitur ab aliquo, dicendum, quod laus non ligno, verum danda eſt adiectis. Addunt enim eius elixationi polypodium, elleborum, folliculum ſenae, arthanitam, hermodactylos et corticem thuris, et pleraque ſimillima. Quae quoniam diuerſa, in diuerſis affectibus laudantur. Horum itaque, cum ſit effectus bonus, et laus eſſe debet.

Sunt etiam ex medicis, qui dicunt lignum Indicum alimento eſſe corpori. Quod ſi ſic, non eſt medicamen, quia ſi partem ſanam alit, dicendum eſt, quod nutriat et infectam. Eſt namque tale officium naturae, vt pariter faueat omnibus partibus, quia aliter natura nouerca eſſet, quod non eſt credendum. Ideo dicimus, quod lignum hoc tam varios effectus non efficit, vt praedicatur, neque ex ſubſtantiali forma, neque ex occulta proprietate. Nec eſt temperatae qualitatis, quoniam effectus eius non prodeunt ex quatuor qualitatibus, quia omnes infectos non curat aut mundat, cum nonnunquam magis inficiat, vt vidimus.

Igitur qui profitentur ſcientiam de proprietatibus dicti ligni, videntur praeſtantiores medicorum doctrina. Nam etiam Averroes *quinto Colliget* inquit: *Videtur, quod iam ſit ſententiatum, quod natura, qua operatur proprietas, non eſt, niſi vna operatio exiſtens per ſe, tranſiens ab vno ente ad aliud, propter proportionem menſurarum elementorum, quam habet vnum ens cum alio, et haec menſura comprehendi non poteſt, per modum arbitrii, neque etiam poteſt ſciri plus, quam ſit haec cognitio, quae non eſt perfecta.* Ex hoc patet, quod vel ob imperfectam cognitionem, vel quia non eſt tale, vt praedicatur, nec repellit omnes morbos, nec aliquos alit ſiue nutrit: Nam plerosque concitat languores. Igitur imperfecta eſt de eo ſcientia, nec varias habet proprietates: Oportet enim ſpecificam habeat. Retulit enim Plato, quod natura dotauit res proprietatibus, res videlicet multas multis proprietatibus, ita, quod quaelibet res poſſideat propriam proprietatem. Praeterea Aristoteles: *Contrariorum ſunt contrariae cauſſae.*

Si hoc ergo lignum eſſet temperatiſſimum, vt eſt corpus humanum, non eſſet res contraria, neque medicamen, ſed neque alimentum, quod non eſt medicamen, dicimus, quod medicamen habeat gradum in quatuor qualitatibus, primum, ſecundum, tertium ſiue quartum, calidum, humidum, ſiccum vel frigidum.

Sed nullam ex his ſpecificam, vt aſſerunt, habet qualitatem, neque in iis ſeruat gradum, quia volunt ipſum poſſidere ex omnibus temperamentum quoddam. Nos hactenus non vidimus, neque experti ſumus ſimplex, quod eſſet huiusmodi. Quare ſi hoc tantum vnum ſit in rerum natura, dicimus, naturam nimis auaram eſſe, praecipue dum hoc ſeruauerit occultum vſque ad haec tempora, quod non credimus, quia nec in illis hoc repertum eſt, quae digerendi, apponendi et concoquendi facultatem habent, neque in illis, quae incidunt vruntue, ſiue oſſa reſtaurant. Sed neque in tenuibus medicamentis, quibus interiores affectus et exteriores curantur. Quare ſi lignum Indicum tantum mirabiliusatque efficacius medicamen ceteris eſſet, inuentores eis priſcis etiam medicis eſſent praeſtantiores: Quod haud aſſerimus ob diuerſas eorum opiniones.

Sunt enim quidam, qui dicunt, lignum Indicum calidum et ſiccum eſſe, et in his qualitatibus aiunt attingere gradum tertium. Verum plerique alii aeſtimant non excedere gradum ſecundum, ceteri vero peritiores exponunt eſſe temperatiſſimum, quia dicunt dotem habere aequalem omnibus qualitatibus, quod forſan acquirit ex ipſa elixatione, quae fit in aqua, quoniam aqua habet oppoſitas proprietates ligno, cum ſit humida et frigida. Cum enim calidum et ſiccum commiſcetur humido et frigido, tum reſurgit temperamentum quatuor qualitatum, dum ſeruatur proportio in miſcendo, ne alter excedat alterum. Verum hoc non ſeruatur. Maior enim portio aquae, et minor ponitur ligni, ergo.

Dicet autem quiſpiam, accedit temperamentum ex admixtis ſimplicibus, nec tamen hoc probatur, quod ſit verum, ob dictam rationem. Tamen licet etiam, quod hoc medicamen ſit tale, cur pariter non liberat morbo infecta corpora, praecipue ſi temperatiſſimum? quia nouimus quamplurimos grauiori ſuccu-

buiſſe languori, dum curarentur ab illis, qui ſibi adſcribunt quandam praſtantiam: Namque dicti medicaminis cupiunt inuentores dici. Quare vbi deſunt nobis rationes, ibi teſtimonium eſt fallax experimentum. Nouimus enim potius deficientes, quam conualeſcentes et ad extremum vitae reductos, qui multum deglutiuerunt iſtius medicaminis, et optimas habitudines corporis ad maximam gracilitatem reductas eſſe.

Propterea cum *dolores nodorum ſiue ligamentorum curantur* alicuius, dum iocinoris ardor, dum ſanguinis feruor exſtinguuntur, dum atra bilis fit temperatior, procul dubio adſcribendum eſt hoc tenuiſſimae reſumtioni et admixtorum proprietati potius, quam ligno Indico, quoniam dum virtutes corporis non opprimuntur cibo, ſed corpus alitur admodum, tum omnes virtutes corporis fiunt potentiores in debellandis morbis. Verum ſi qua proprietas manifeſta eſt in dicto ligno, dicimus illam tantum eſſe, quae opponitur melancholicis ſuccis, quia et apud Indos vſtiorem bilem oppugnat. Lignum tandem hoc, ſi medicamen eſt, habet vnam proprietatem, et medicamen factum eſt circa hunc et illum hominem, et non circa omnes. Qui igitur febrem vel ipſum maraſmon aut phthiſim hoc medicamine vincere ſperat, compar eſt illi, qui ſub aquis vna cum piſcibus viuere arbitratur. Fidem igitur nobis certiſſimam tribuatis, quod neque in vllis adeo ſimplicibus reperire eſt quicquam, quod ſolidum perpetuo ſit, vt in eo generalem conſtituere propoſitionem liceat.

De dulcibus aquis et earum proprietatibus.

Et quoniam concoctiones omnium elixantium vtplurimum ſolent fieri in aqua, ideo congruum videtur, vt aliquid dicamus etiam *de proprietatibus aquarum*, quo fiat notius, *an laudabilis effectus in dicto languore proueniat ab ipſo iure ligni, vel tantum ab aqua, vel ex tenui regimine vitae.*

Dicit ergo Dioscorides: *Aquam in vniuerſum propter locorum diuerſitates et peculiares naturas coeli, et alia pleraque difficile eſt experiri. Magna tamen ex parte dulcis, ſincera, nullius omnino qualitatis expers optima eſt.* Vitruvius autem laudat aquam, quae, dum fuerit in vaſe, non maculat, praecipue ſi non reperitur in fundo arena, vel limus, poſtquam requieuerit, et in qua celeriter faba elixatur, ſalubris eſt aqua. Et fons lucidiſſimus non inquinatus circum naſcentibus eſt, et in ſumma ſalubritate. Idem etiam: Quae ex imbribus aqua colligitur, ſalubriores habet virtutes, eo, quod colligitur ex omnibus fontibus leuiſſimis ſubtiliſſimisque tenuitatibus. Et Galenus *V. Aph.* dixit, aquam bonam eſſe, ſi neque turbida, neque coenoſa, neque in guſtu, neque in odoratu aliquam abſurdam qualitatem prae ſe fert. Ibidem Hippocrates: *Aqua, quae cito calet, et cito refrigeratur, leuiſſima eſt.* Et Galenus *primo de ſanitate tuenda: Cuius ad orientem ſolem fons erumpit, quaeque per meatum aliquem mundum aut puram colatur terram, eademque caleſit ac frigeſit ocyſſime, hanc omni aetati vtiliſſimam eſſe exiſtimandum eſt. Non enim, ſicuti vino, eſcis, exercitatione, vigiliis, ſomno, venere, aliis alias vti pro ratione aetatis expedit, ita de aqua quoque ſtatuendum eſt, ſed quam nunc optimam indicauimus, hac vti puero, iuueni, ſeni, conducet.* Itemque *ſexto de morbis curandis: Aquae vero vſum ad neruorum vulneratum ſemper fugies, ſicut etiam relaxans cataplaſma.* Idem tamen Galenus *de Sanit. Tuenda: Dulcium, inquit, calefactarum aquarum, ſi media temperie ſint, vis calida et humida eſt. Sin tepidiores, humida et frigida, quod ſi iuſto calidiores ſiant calida quidem, ſed non perinde humida, quippe horrere corpora contrahique exiles eorum meatus ſubigunt, ita, vt nec madeſcere ab extrinſecus accedente humore poſſint, nec excrementi, quod intus latet, quicquam emittere.*

Ex dictis ergo colligitur, ad vſum hominis quae ſit eligenda. Et quoniam in aqua fiunt concoctiones, iura ſiue elixationes, vt diximus, quibus vtimur in affectibus valetudinariorum, ideo ſtudendum eſt, vt illud ius non praeferat amplius aquam, ſed ſaporem, vt eſſet ſuccus elixatorum. Simili autem decoctione, addito ſaccharo, priſci fecerunt ſuauem potum, vocitatum ſyrupum, quo quam vberrime vtuntur medentes, vt notiſſimum eſt. Nec tamen ſyrupus putreſit ſiue corrumpitur, dum concoctus fuerit ſecundum artem, etſi concoqueretur vsque ad glutinum. *Ius* vero *concoctionis Indici ligni corrumpitur celerrime*, vt expertiſſimus, omni etiam ſeruata diligentia in coquendo. Talis igitur potus fugiendus, quoniam vſu eius in grauiorem languorem deducitur infectus morbis, in quibus nullum ius habet, vt iam vulgo experientia docet. Namque medicamen quoduis huic morbo, et non cuilibet morbo competit. Dotauit enim natura quaeque non omnibus, verum ſpecificis proprietatibus. Quod iam (putamus) nouerant illi etiam, qui dicti medicaminis vocari cupiunt inuentores.

De vniuerſalibus ſuccorum diſcrimen oppugnantibus.

Vt vero ad veram curandi iam deſcendamus, cum tamen multiloquio prudentibus mentem inuoluere non deſideremus, propterea arbitramur fore vtiliſſimum omnes remittere ad noſtram *Compendioſam*, quoniam ibi tum ſimplicia, tum compoſita etiam conſcripſimus ſingulorum ſuccorum ſingulos morbos oppugnantia. — Poſthac igitur accedemus ad quaedam *ſpecifica*, quibus et infectus plurimas vtilitates, et nos maximos honores conſequimur.

De alterantibus et gutturis ſedantibus languores.

Poſt inſtitutum regimen vitae in ſex rebus, de quo cum multi ſcripſerint, atque Ioannes Almenar, Doctor Hiſpanus, ad eius doctrinam omnes remittimus. — Demum ſeruatis reliquis etiam vniuerſalibus, deſcendendum eſt ad alterantia, de quibus hoc vnum *praeſtantiſſimum* inuenimus, et eſt ſecretum dicti doctoris, qui *in balneo dulcis aquae* elixationes olentium herbarum offerebat. *Nos* autem, *praetermiſſo balneo, offerentes potum in cubili fatemur multum profeciſſe.* Incidantur igitur radices althaeae, fumiterrae, lapathi, enulae, pares vnciae bis vj. et molliantur haec per diem integrum in vini cretici vnciis xxxxviij. poſtmodum addatur theriacae Andromachi vncia cum dimidia, deinde ſublimentur. Sed hauſtus eius eſt ab vnciis duabus ad vncias iiij. cum modico ſublimationis bugloſſae vel boraginis. Praeterea vtimur nonnunquam laetificantibus confortantibus, vt eſt diamargariton, diambra, diamuſcus dulc. dianthos laetificans Almansoris ſiue Galeni diabugloſſatum, diaboraginatum, elect. regum et ſimilia. *Quando* autem *guttur vel oris interna inficiuntur vlceribus*, tum ea corrigendo comprimimus cum ſucco mali punici aut elixatione quorundam ſtypticorum, vel ſic, vtrarumque roſarum pugillum, ſaluiae, camomillae, aequales pugillos duos imperamus. Coquantur in dicto ſucco aut aqua plantaginis. Demum huic iuri addimus aluminis vſti ad arbitrium, cum quid oportet rodere. Sin *doloris* tantum vrget neceſſitas, tum addimus modicum philonii, et ſic comprimentes turpiſſimos languores conſequimur laudabilem honorem.

De praeſidiis Avgvstini Niphi *ſingulariſſimis.*

Avgvstinvs Niphvs, ſub cuius diſciplina plerisque annis militauimus, in dictum affectum excogitauit praeſidia, cum praecipue ſucci vſtiores inficiunt corpus. Sternit enim potus is dictum humorem, tanquam non reuerſurum, praecipue cum infectus abſorbuerit quantitatem vnciarum quatuor vel quinque cum dimidia, et vltra cum oportuerit, addendo confectionis Hamech vnciae dimidium, et talis eſt *Syrupus.* Elixabis in aqua dulci ad exſiccationem tertii, ſenae, epithimi, cort. mirabal. citrinorum aequalem vnciam, liquiritiae et reupontici aequale dimidium vnciolae, iuae, arthriticae drach. tres, paſſularum, prunorum, ſebeſten, aequale dimidium vnciolae, polypodii quercini vncias ſex, folii Indi ſiue ſpicae, boraginis, bugloſſae, violarum, fumiterrae et lupulorum pugillum aequalem. Verum elixationi addes ſucci lup. vncias ſex, ſucci fumiterrae vncias decem et octo, ſacchari vncias XXXVI. et ſecundum artem conficies. Poteris vti etiam et pilulis eiusdem Niphi, quoniam euocabis atram bilem. Leuiter igitur contundes mirabal. citrinorum, Indorum et chebulorum parem vnciolam, rheubarb. drach. tres et per diem integrum colliquabis in ſublimatione roſarum, deinde concoques paullulum, demum traiicies, et iuri addes aloes vnciolam. Poſtmodum ardenti in ſole ex-

exſiccabis ad ſolidum, atque offeres, vt opportunum iudicabis, operibus nomen altiſſimi ſemper inuocando.

De praeſtanti medicamine barbarorum.

Et quoniam ſemper fuit noſtrum illis rebus ſtudere, quibus maxime ſperamus prodeſſe aegerrimis, ideo non deſiſtentes perquirere, ſi apud quas barbaras nationes quid excogitatum eſſet in compoſitum morbum. Itaque inuenimus quoddam ſolidum medicamen, quod modo referemus. Confert autem quadratis et robuſtiſſimis corporibus, praecipue duriter egerentibus et *nodorum ſiue iuncturarum morbo laborantibus.* Percepimus etenim a viro fide digno, quod et rex ipſe Teucrorum eodem vtitur frequenter medicamine. Plurimi itaque infecti morbo compoſito vtentes hoc praeſidio liberati ſunt, cuius poſt vſum etiam nunquam dictum ſenſerunt languorem. Conficiunt autem mercurii drach. xxv. muſci drach. iij. rheubarbari drach. x. ſcammonii drach. iij. cum ſucco limonum, reducentes ad formam ſolidam. Demum cum oportuerit offerre, dabis ſcrupulum, caute tamen auges quantitatem infectis offerendo.

De praeſtantiori medicamento.

Deſiderantes amorem noſtri animi retegere graui infectis languore, curauimus hoc praeſtantiſſimum medicamen conſcripſiſſe, quo grauiter infectis et morbo confirmato quam plurimis profuimus. Et tempus aeſtiuum eſt, in quo maxime proficit, virtute autem propria et ſalſam pituitam, et vſtiorem bilem educit, et malos ſuccos a ligamentis et partibus remotis euocat. *Malam* quoque *contagionem* mirum in modum pellit, omnesque alias infectiones cutis curat, et dolorem remittit vlcerum. Igitur contundes omnium mirabal. pares drach. ſex, troch. alhandal, maſtiches, ſcammonii correcti aequales drach. tres, nigellae, origani, cymini drach. ſex, ellebori nigri drach. quatuor, ſpicae nardi, euforbii, cornu cerui vſti, ſalis gemmae pondus aequilibre drach. capillorum Veneris, folliculorum ſenae, polytrichi, gallitrici, anthos, ſcolopendrii, epithymi, aequales drach. tres, coriandrorum, ſem. aniſi, polypodii quercini pares drach. decem, ſpecierum hierae de octo rebus, ſpecierum diarrhodon Abbatis aequales drach. XVI. theriacae ANDROMACHI vnciolam cum dimidia, agarici troch. et aloes lotae pares drach. XX. Demum cum ſucco fumiterrae fiat paſtillus. Verum exhibendo reformentur cum rhodomelle, et doſis eſt iuxta neceſſitatem. Eſt autem medicamen praeſtantiſſimum.

De graui odore oris.

Et quoniam ob putridum ſuccum ſtantem in ventriculo fetidus odor, proueniens ab ore, plerumque et adſtantes ſolet inficere, adeo, vt frequentius grauiter et male olentia, quae in caenoſis conſpiciuntur locis, minus moleſta videantur, ideo poſt euocationem exuberantium hoc medicamine grauem odorem corriges. Contundito garyophillorum, ligni aloes, macis, cinamomi drach. aequalem, muſci ſcrupulos quinque vel minus, aloes hepaticae vnciolas ſeptem, atque cum ſublimatione roſarum colliges in paſtillos vnciolae, et poſt ſerotinam refectionem in cubilis ingreſſu offeres paſtillum vel minus, vt videbitur, illumque detineri tantum in ore praecipies, donec liqueſcat, ſed quod liquet, deglutiat. Vſu itaque medicaminis iſtius breui ſpatio corriget oris foetorem.

Ad incognitum moerorem.

Frequenter etiam infecti morbo compoſito triſtantur grauiſſime, nec tamen noſcunt moeroris cauſſam. Demum illis conſueuimus prodeſſe hoc praeſidio. Conficito ſpecierum elect. de gemmis, diamargaritonis, omnium fragmentorum aequalem drach. ſacchari, quod ſatis eſt, poſtmodum cum aqua roſacea, in qua muſci modicum fuerit ſolutum, rediges in formulas. Siue contundes rad. acori, bugloſſae, piperis longi et butyri vaccae ſub aequali pondere, et conficito cum melle diſpumato: Hoc enim idem et GALENVS conſueuerat. Quod ſi non proderit, deſcendes ad hoc praeſtantius. Tertio aloes lotae cum ſucco roſaceo vnciolae dimidium, roſarum rubrarum *Aphrodiſiac.* drach. duas cum dimidia, mirobal. chebulorum, maſtiches aequale dimidium drach. et conficito, quoniam et ventriculo, et capiti prodeſt. Sero tamen ante cibum et poſt oblatum laudatur.

Piſauri etiam eximius medicus, PHILIPPVS, conſueuerat offerre infectis dicto morbo hoc medicamen. Contundebat aloes lotae drach. troch. agarici, maſtiches, aequale dimidium vnciolae, et conficiebat, et doſis erat magnitudo ciceris per horam ante coenam. De compoſitis autem plurimis priſcorum, quia paſſim reperiuntur ſcripta, notiſſima eruditiſſimis, ideo omiſimus.

De familiari praeſidio.

Familiare praeſidium infectis compoſito morbo nouimus hoc eſſe. Itaque ne, vt auari ſiue hoſtes naturae, egregia occuleremus nodorum ſiue ligamentorum infectis cruciatibus infra ſcripti praeſidii coeleſtis cum pilulis de hermodactylis maioribus obtulimus paruam portiunculam. Cum vero vſtam bilem dominari cognoſcebamus, cum pilulis de fumo terrae illud porrigebamus, praemiſſis iam dictis concoquentibus. Eſt enim hoc apud pleroſque occultiſſimum etiam, quibus retulimus.

Infundatur itaque argenti viui quantitas vnciolarum XII. in aqua forti aurificum, qua diuidunt metalla, donec rodatur et liquefiat: (Quod fit ſpatio dierum XX. vel circa) poſtmodum ſublimetur, et feces ſunt melior pars. Quibus addatur ſalis armoniaci pondus aequilibre, demum tritiſſima haec per binos menſes ſub aliquo fimo putreſiant, poſtmodum ſublimentur iterum. Et cum receptum fuerit omne liquidum, et fumo tantum apparente, remoueatur recipiens, et aliud limpidae aquae fontanae plenum reponatur bociae, in quod fumus ingrediatur tantum, conſtrictis ſpiraculis omnibus, quoniam cum fumo verus mercurius extrahetur, quem colliges, atque iterum in aqua forti ſublimabis: Fex demum illa ſeruetur, quoniam dotauit natura eam, vt penitus morbum compoſitum deuinceret. Dictis enim pilulis admiſcetur in modica quantitate. Referes autem gratias altiſſimo, cum verum mercurium ſublimando extraxeris, quem tamen exhibendo caute ſemper diuinam bonitatem praepones.

De aquis.

Et ſi partium corporis humani ſint affectus graviſſimi, non tamen ad fortia dicimus confeſtim currendum eſſe praeſidia, verum a blandioribus inchoando ad ea aſcendimus. Sed quoniam prae ceteris partibus in quouis languore cordi ſemper fauendum eſt, haec tandem in cura calenti admouere conſueuimus. Ex ſublimationibus eſt ſublimatio boraginis, bugloſſae, acetoſae. — His demum cum pleriſque aliis in compoſito morbo et vtilitatem infectus, et nos honorem haud mediocrem conſecuti ſumus et conſequimur.

De vigilia.

HIPPOCRATES *ſecundo Praedictionum* inquit de ſomno: *Quemadmodum ex natura et in conſuetudine eſt, interdiu vigilandum, noctu dormiendum eſt. Si contra commutetur, peſſimum eſt.* — Itaque praeter opiata vobis notiſſima in vigiliis immoderatis hoc medicamine induximus ſoporem. —

De tumoribus delendis.

Et quoniam de tumoribus ortis ex dicto morbo congruum eſt, vt aliquid dicamus, quibus infecti dicto languore torquentur adeo, vt leniores credant eſſe tartareos cruciatus, quam ſit eorum triſtis ſenſatio, qua vehementer premuntur, ideo a diffinitione inchoantes ad eorum curam deſcendemus. — *Ad cruſtas et vlcera dicti morbi.* Sublimati drach. ij. Sacchari vnciolam, vitella ouorum duo, in vnum reducito. Ad eadem. Olei roſacei vnciolas tres, ceruſae tantundem, terebinthinae, butyri vaccini aequales vnciolas ſex, ſublimati vnciolas tres, vitella ouorum tria, conficito. Ad eadem. Pinguis ſuilli, mercurii pares vnciolas tres, lithargyrii aurei vnciolam, congrega-

gregato. Ad eadem. Tartari, cinabrii, de ſingulis vnciolas tres, pinguis ſuilli vnciolas duodecim, mercurii vnciolas viginti, olei laurini vnciolas ſex, olei coſtini, olei iuniperi pares vnciolas duas. Mixta contundito. *Ad foediſſima vlcera.* Pinguis ſuilli vnciolas tres, mercurii vnciolas duas, colligito. Demum (aliquid) calcis viuae, farinae ſeminis lini addito. Ad eadem praeſtantius. Olei laurini, olei camomillae, olei maſtiches, olei hyperii, olei terebinthinae, de ſingulis vnciolam, maſtiches, olibani, ceruſae, aequale dimidium vnciolae, mercurii vnciolas tres, enulae paullulum contuſae, olei de ſaxo vnciolae aequale dimidium, minii, camphorae, pinguis gallinae, pinguis vrſi ſiue lupi, pinguis equi, pinguis hirci, reſinae pini, caſtorei, de ſingulis drach. euforbii drach. dimidium, macerato. *Ad vlcera et ſcabiem tibiarum.* Lithargyrii aurei vnciolas ſex, maſtiches drach. duas, aeruginis ferri noui calenti in lixiuio lotae drach. ſex, cerae nouae tantundem, et eſt ceratum de lithargyrio, et ſit ſolidum. — *Ad excoriationem ex vnguibus.* Terebinthinae vnciolas tres, ceruſae, lithargyrii aurei vnciolam, maſtiches, thuris, minii aequale vnciolae dimidium, camphorae drach. duas, olei roſacei vnciolas quatuor, cerae, quantum opus eſt, et conficito. — *Lauacrum ad vlcera foeda.* Thuris, myrrhae, vtriusque ariſtolochiae, balauſtiorum, ſarcocollae, pugillum aequalem, et elixentur in vino ad exſiccationem tertiae partis. — *Lauacrum in calidis genitalium affectibus.* Succi apii, plantaginis, ſolatri, ſemperuiuae, componito aequales partes, cumque libuerit, addito olei roſacei modicum. *Lauacrum ad genitalium vlcera foeda.* Conterito balauſtiorum, roſarum albarum, meliloti, granorum mali punici aequales vnciolas duas, atque in vino aquoſo elixato ad conſumtionem tertiae partis.

Et quoniam *plerumque indigemus praeſidio vrenti, vt corrupta abſcindamus velocius, praecipue cum virus maxime infecerit*, tunc iis vtimur. Aluminis drach. cum dimidia, vitrioli romani, ſalis nitri, ſalis gemmae, aequales drach. duas, ſalis communis, armoniaci ſublimati, arſenici, pares ſcrupulos quatuor, auripigmenti drach. floris aeris ſcrupulos duos et dimidium, rhodomellis vnciolam cum dimidia lixiuii vnciolas quatuor, aquae vitae, plantaginis, vnciolas duas. Contuſa coquantur ad exſiccationem duarum partium, poſtremo addito viridis aeris ad arbitrium. Mercurio etiam vtimur praecipitato, quem praecipitamus cum ſulphure, et reducitur in puluerem inſtar cineris. Mitius eſt hoc. Contundito ſalis nitri vnciolas XII. aluminis vnciolas XXIIII. et ſublimato.

Cum ſit ergo finitum, quod dictum languorem turpiſſimum ſternit penitus non reuerſurum, non ſine maxima fiducia ſub teſtimonio magnorum virorum, hoc idem auget fidem dictis, quod et de vino dicemus. Itaque miramur, quod de eo quidam ſcripſerint, quae potius conticenda fuerant, praecipue illis, quorum liberalia ſtudia exornant artem medendi, quorum etiam et pietas, et officium immortales facit. Leues autem putabit aliquis, dum experimentis factis ſine ratione crediderint, quinimo de eisdem ſcripſerint inanem doctrinam profitentes. Qui ſi Galeno incubuiſſent, vtique in plerisque locis vidiſſent, quid ſenſerit ille de natura vini, eoque, quomodo mortales vti debeant, cognouiſſent, neque de ſalubri inſalubrem efficerent hominem, inſinuantes, *vinum admixtum elixationi ligni Indici ſiue elixationem eiusdem ligni factam in vino imbecillitatem ventriculi et iocinoris et lienis defectum, et articulorum atque nodorum omnium dolorem ſiue relaxationem corrigere, et laxatarum partium fouere texturam*, quoniam hi viderunt, vt ex hoc medicabili potu quam plurimi e leuiſſimo languore in atrociſſimam paſſionem inciderint, demum auſpicantes conualeſcere indies magis hebeteſcunt, vt vno verbo exprimamus iſtius medicaminis proprietatem. Ne igitur quispiam ſanae mentis poſthac grauius in diſcrimen incidat ob dictam potionem, de mente Galeni dicemus de natura vini, et quod de eodem legimus apud plerosque doctores, conſcribemus. Namque non adeo medelis ineptum vinum eſſe oſtendemus, verum nec multis aptum eſſe potum monſtrabimus.

De vino.

Natura vini pertinet ad fomentum vitae, non autem ad remedia affectorum corporum, vt aſſerit Asclepiades. — Demum ex ſententia Plinii vinum eſt alimentum, non medicina humanorum corporum. — Quare etſi remediorum natura ac multitudo inſtantium et praeteritorum morborum plura nos cogunt dicere de ipſo morbo compoſito, quoniam tamen multa collectim dicta confundunt etiam optima ingenia hominum, ſatis arbitramur noſſe, quod vinum cardiaco morbo maxime opitulatur. Certum enim eſt, quod ſymptoma hoc maximam ſpem in vino poſuit. Alia vero genera morborum aſſumto vino, vt re medica, fouentur, ne deficiant, quinimo fiunt moleſtiora affecto, quam fuerant.

Ideo veniens ad ſummam curae, dum quis cupit morbo compoſito liber fieri, expurgatis ſuccis iniquis, haec maxime amica naturae ſeruabit, et eſt abſtinentia, edulium craſſum, et ne quam habentium nutrimentum. Abſtinendum eſt quoque a magno vini potu, fricationibus vtendum, neque parcendum eſt deambulationibus, et hilaritatibus indulgendum. Etenim vnusquisque ſe ipſum ſibi praeſtare poteſt. Haec namque inuocato caeleſti fauore, et vera praeſidia, et facillima remedia cuique apprime putamus profutura.

LXI.

AVGVSTINVS DE ZARATTE o).

Es tierra mui caliente i enferma, eſpecialmente de vnas *Berrugas* mui enconadas, que nacen en el roſtro i otros miembros que tienen mui hondas las raicas, *de peor calidad que las bubas p)*.

Les ſobreuino q) vna enfermedad de berrugas (de que arriba tenemos hecha mencion) tan general en todo el exercito, que pocos ſe libraron de ellas.

LXII.

IOANNES STVMPF r).

Vmb das Iahr 1495. bey den Zeiten obberührter Neapolitaniſcher vnd andrer Franckreychſcher Kriegen brachten die Teutſchen Kriegsleut, Eydgnoſsen vnd Landsknecht, erſtlich die jämmerlich vnd verderbende Plaag, *die böſen Blattern*, ins Land, vnd die wurden *Franzoſen* genennt, darumb daſs die Knecht ſoliche Plaag bey den Franzoſen erobert hattend. Das iſt der furnemeſten Peut vnd höchſten Beſoldung eine, ſo die Teutſchen in den auſslendiſcen Kriegen erholet habend.

LXIII.

RODERICVS DIACIVS INSVLANVS s).

In Hiſpaniis morbus viſus eſt cIɔcccclxxxxiii. Barcinonae, quae primum infecta, et ſic deinceps Europa cum reliquo orbe vniuerſo, cuius partes hodie innotuerunt. Origi-

o) *Hiſt. del Deſcubrimiento y Conguiſta de Peru*, in *Barcia Hiſtoriadores Vol. III. L. I. c. 4. p. 4. et L. II. c. 1.* Edidit eam a. 1555. Teſtis eſt idoneus, quatenus iuſſu imperatoris *Caroli* V. a. 1543. ad Peruanos abiit, munere quaeſtoris primi functurus. Sed quatenus de prima luis Italicae (1493.) quaeritur origine, nullius auctoritatis eſſe videtur, videturque ſenſiſſe Cl. *Girtanner*, quam lubricum hoc ſit teſtimonium: Damnauit, P. III. p. 923. quod ante P. I. p. 32. pro vero ſumſerat.

p) *Bubas* vertit Ital. *nebole*, *nebolli*, *il Mal Franceſe*, Franco-Gallus *verrucs et furoncles*, Batauus *Wratten*. Hensler.

q) Ib. p. 18.

r) *Löblicher Eydgenoſſenſchafft Chronik*, *Zurych* 1548. *B. II. S.* 441.

s) Ap. *Welſch. Obſ. Med.* p. 31. extat lat. verſio. Medicinam agitauit Barcinonae, et ſcripſit *Tratado contro la enfermedad de las bubas*, circiter a. 1555. librum nuncupando *Ioanni* III. Luſitaniae regi, fatis functo a. 1557. Hinc recte coniectauit *Aſtruc* et poſt eum *Hensler* l. c. p. 41. et 55. eum nouum eſſe teſtem, nec ſatis idoneum. Debuit ergo Cl. *Girtanner* (*Geſchichte der Luſtſeuche* P. I. p. 27. et 38.) contrarium affirmans oſtendere, dari aliam editionem libelli, prioribus annis in luciem emiſſam.

Originem traxit in Inſula Hiſpaniola, quod ſatis longa certaque experientia compertum. Cum enim a CHRISTOPHORO COLONO, Thalaſſarcha, reperta et detecta eſſet, militibus cum incolis conuerſantibus, quod *adfectus contagioſus eſſet, facile communicatus eſt, et quam citiſſime in exercitu graſſabatur.* Cumque *dolores* eiusmodi nunquam ab illis conſpecti aut cogniti fuerint, cauſam in maris labores et nauigationum moleſtias referebant, aliasque occaſiones, vt cuique probabile viſum erat. Et cum eodem tempore, quo COLONVS ſtolarcha appulerat, Reges Catholici Barcinonae degerent, quibus itineris rationem reddebat, nuperque adeo reperta denarrabat, mox *tota vrbs eodem corripi coepit, latiſſime ſe diffundente,* vt antea iam ſaepius obſeruatum, ſed quia *incognitus hactenus valdeque formidabilis* videretur, ieiunia, religioſae deuotiones aliae et eleemoſynae inſtitutae ſunt, vt Deus illos a tali morbo tueretur. At ſequente mox anno CIↃCCCCLXXXXIIII. cum Rex Galliarum Chriſtianiſſimus, CAROLVS, qui tum rerum potiebatur, ingentem exercitum in Italiam duxiſſet, *multi Hiſpanorum*, qui hoſtes illorum erant, ibidem *hac lue infecti viuebant, adeo, vt mox regiae copiae inficerentur, ignarae tamen, quis qualisue morbus eſſet*, aut *quo nomine appellandus, credebant ex ipſo aere regionis ſubortum.* Vocarunt igitur *malum Neapolitanum*, Itali autem et Neapolitani, quibus nulla eius hucuſque notitia, *gallicum* nominabant. Deinceps vero, prout acciderat, quisque pro lubitu aliud nomen imponebat inde deſumptum, vnde originem ſubnaſci putaret, Caſtellani *boas*, in Luſitania autem *malum Caſtellanum*, in India Luſitanica *morbum Luſitanicum*, in inſula Hiſpaniola vero olim hodieque, vt nos, *boas, dolores, apoſtemata* et *vlcera* dicimus, ita illi lingua ſua *guaynaras, hipas, taybas* et *ycas*. Ego *morbum ſerpentinum Inſulae Hiſpaniolae* vocaui, ne longius exerrarem, ex qua vniuerſum in orbem propagatus eſt. Quisque, quod volet, vt videbitur, aliud imponat.

Cauſam, cur id fecerim, praecipuam habui, quod aptiſſime natura et turpitudo illius ſerpenti compararetur. Vt enim ſerpens animal deforme, timidum et horribile, ita et hic *affectus grauis, apoſtemata et corruptionem carni inducens*, ipſaque *oſſa et cartilagines putrefaciens, neruosque contrahens* et quaſi *decurtans*. Tum vero etiam, quia *in inſula illa* ab antiquiſſimis temporibus *endemius* eſt; Quo tamen nonobſtante, quis, quod volet, nomen imponere poterit, vt omnes orbis nationes hactenus fecere. —

Primis quindecim annis tam contagioſus extitit, vt etiam in plantis ipſis fuerit obſeruatus. Baeſae enim, quae vrbs eſt Andaluſiae, in hortis, vbi ſtagna ſiue viuaria erant, in quibus *veſtimenta infectorum lauari* ſolebant, aqua eiusmodi irrigatae ſtirpes, maxime caules, iisdem inficiebantur, poſtea albeſcebant, erantque tam ſimiles, vt pueri boas ex caulibus, forficibus in ambitu exciderent, et quam minimum de foliis decerpentes, ſaliua interius madefactas faciei imponerent, tam naturales videbantur plerisque inſpicientibus, quibus adfigendi modus ludicrus incognitus erat, vt cum ſtupore veras boas arbitrarentur. Multa etiam animalia ſequentibus temporibus eodem morbo tacta deprehenſa. —

LXIIII.

HIERONYMVS MONTVVS *t*).

De lue Indica ſiue venerea.

Ferunt, in Hiſpanienſi India infantes naſci hac cum lue, quae nomen inuenit, quod *illinc in hunc orbem per Hiſpanos inuecta ſit.* Iure etiam *venerea*, quoniam *a coitu magna ex parte ortum habet.* A quo *pudenda primum contagionem ſentiunt, infectaque ſtatim afficiuntur puſtulis, quae caput et externas corporis partes occupant. Subinde dolores circa articulos et oſſa infeſtant, in quibus aliquando abſceſſus duri fiunt, qui poſt longum tempus deſinunt in peſſima adeo vlcera, vt oſſa quoque plerumque vitient.* Haec *lues fera* eſt. Altera *mitior, in qua, ſanatis puſtulis, euenit duntaxat ſalitium, barbae atque capillorum defluuium.*

Cauſſa externa vis aſtrorum, ſi aſtrologis credimus, aut nimia aeris in calore et humiditate intemperies, aut *contagium.* Namque ſimilia fere ſymptomata ex conſtitutione aeris peſtilenti III. *Epid.* HIPP.

Humanos quoque contactus mala tanta ſequuntur,
Et iunctus vitium ducit de coniuge coniunx,

vt canit SAMONICVS, ſed praecipue, ſi mentula moechatur: Qua de CATVLLVS:

Mentula moechatur, moechatur mentula certe.
Hoc eſt, quod dicunt, ipſa olera olla legit.

Totum corpus affici poſſe exiguo ſucco, in vna parte contento, ab apparentibus, hoc eſt, phalangii et ſcorpionis ictu, probat GALENVS *VI. De Loc. affect.* eosdemque fieri affectus autumat et a letalis veneni potione, et ab ea, quae eſt in corpore, naſci et ſcaturire poteſt corruptione.

Cauſſa interna eſt dyſcraſia iocinoris ex ambientis conſtitutione, quae vitiat ſuccos, genita, vel potius *cacochymia a contagio* orta. Quae in mitiore lue minus, in deteriore magis in totum corpus diſpergitur. Ab hac etiam dyſcraſia hepatis, et conſequenter cerebri, omniaque relata ſymptomata naſcuntur, nempe *puſtulae, abſceſſus, vlcera.* Cacochymia enim mille vlcerum genera gignit, *III. De Temp.* Arthritis efficitur ex humoris redundantia ad articulos decumbentis, *X. De Compoſit. Medic.* κατὰ τόπ. Dolor membranae oſſa tegentis eiusque conſumtio ab acri erodenteque humore fit. Atqui oſſa ſuis ſpoliata membranis ſiderantur, vt ſcribit ARISTOTEL. III. *De Nat. Animal.* Caries enim oritur, inquit GALENVS lib. *de cauſ. morb.* vbi acres humores oſſa erodunt. Rurſus *II. de loc. affect.* membranarum, infit, dolores, quae oſſibus adiacent, vtplurimum ab exercitationibus euenire ſolent, quamuis interdum vel a frigore, vel a plenitudine fieri poſſunt. Pilorum autem defluuium a vitioſis humoribus generatur, pilorum radices corrumpentibus *VI. Aphor. Comm.* 34.

Diagnoſtica ab eſſentiae ratione petenda. Cacochymiae diſcrimina deprehendi facile poſſunt coloribus, ſymptomatis et medicaminum, quae admouentur, experientia. Ad haec confert praeterita victus ratio, anni tempus, regionis conſtitutio, ceu et aetas, et corporis habitudo, X. κατὰ τόπ. Membranarum, quae oſſibus adiacent, dolores et profundi ſunt, et oſſium ipſorum, veluti dolentium, inducunt imaginem. Ob id *oſtocopi* nominantur, *II. De Loc. Affect.* Si tendonibus et neruis dolor incidit, oſtocopus appellatur, ob penitiorem ſenſum, quia tendones oſſibus adhaerent, *III. De Tuenda Sanit.* Membranarum dolor punctioni ſimilis eſt, ac ſenſim expanditur, pungente quidem ſenſu vna in parte, tanquam in affecti loci centro infixo, tenſionis vero ſenſum percipiente omni circum circa ad centrum muſculo. *Lib. De Curat. per Sang. Miſſion.*

Praeſagia. In *ſiccis calidisque naturis haec lues effera magis viſitur, in humidis contra mitior* eſt, ſiquidem vt ſanguis ſua bonitate calidos, acres et tenues humores infrenare ſolet, ita naturalis pituita poteſt, vt elicitur *IIII. De Tuend. Sanit. et IIII.* AETII. Mirum, inquit MANARDVS, quod haec lues longa ſit et vehemens, aſſeritque, eos, qui per hydrargyrum curantur, nullam aliam curationem admittere, ſi in eundem morbum recidant, et reliqua praeſidia eſſe prorſus inefficacia. Illitis os grauius exhalat, et ſaliua madet, non vnius tantum hydrargyri, ſed axungiae etiam cauſſa: Suillo enim adipe genibus adligato, redit in os ſapor, vt etiam exſpui videatur, vt refert PLINIVS *Hiſt. Nat.* XXVIII. 9. Equidem vidi aurifices os aphthis, imo et profundis vlceribus grauiter affectum habuiſſe, exhauſto ſolius

hydrar-

t) *Haloſis Febrium, quae omnium morborum grauiſſimae ſunt, libri IX. Chirurgica auxilia ad aliquot affectus, qui repentinam exigunt curationem. Morbi item venerei, ac eorum, qui huic vicini ſunt, curationes — Auth. Hieronymo Montuo, Lugd. ap. Io. Tornaeſium et Gul. Gazeium M. D. LVIII.* 4. et ſub peculiari inſcriptione: *Chirurgica auxilia*, c. 29. p. 47. Nolui hanc MONTVI filii opellam prorſum omittere, cum curationem per inediam damnet, variaque de vſu mercurii et guaiaci ex aqua ceterisque rebus decocti, item de ſymptomatis, non omnino ſpernenda memoret. Fuit Regis Galliae Conſiliarius.

hydrargyri vapore: Qui dum argentea inaurant, non facile euitari poteſt.

Qui hac lue laborant, febricitare non ſolent, quia lentus eſt morbi naturaeque motus, qui facile cor non inuadit. Malum iſthuc pudendis primum infricatur, quod pudenda putredini obnoxia ſint, tum propter naturalem humiditatem, tum quod excrementorum ſunt canales. *V. Therap.* Alibi tamen: Non humet, inquit, genitale, quia neruaceum eſt.

Cur dolor noctu magis, quam interdiu affligat? An quod a noctis frigiditate pororum conſtrictio fit, ſicque materia ad ſenſiles partes intus impellitur, eoque fit, vt minus difflari poſſit? Adde, quod ſanguis per ſomnum interiora magis ſubit. Ob id dormiens circa interiora calidior, circa vero exteriora manifeſte frigidior, vt docet Hipp. *VI. Epid.* Atqui frigidum inimicum neruis, oſſibus, dentibus, cerebro, ſpinali medullae. *V. Aph.* 19.

Methodus medendi. Quoniam haec lues ſimillima morbis, ex humorum corruptione obortis, analogiſmo curanda. Vitioſis ſuccis medetur vacuatio et alteratio, *III. Art. p. et III. De Temp.* Cacochymia purgatione, quae cuique ſuperanti ſucco ſit accommodata, corrigitur. *XIII. Therap.* Flauae bilis euacuatio facilis, pituitae et nigrae bilis difficilior. *XIIII. Therap.* Morbi quicunque vlcera ſunt, et ſuper reliquum corpus eminent, eos ſimul cum medicamentis etiam fame curare oportet, conſilio Hipp. lib. *De Loc. in Homine.* Iure ergo *remedia* vulgo petuntur *a leptodiaetetice, aliptice et thymiamatice:* De quibus omnibus copioſe ſcripſit Massa et alii plerique.

An hac in lue inedia ſit ex vſu? Non illa ſane, quae ducit ad extremam eſuritionem. Nam vbi fames, laborandum haud eſt, *II. Aph.* 16. hoc eſt, nec ſanis praecipienda ſunt exercitia ſimul cum inedia, neque aegris aliquis vehementior motus adhibendus, vna cum cibi abſtinentia, non ſanguinis miſſio, non purgatio, non vomitus, non multa frictio, aut in totum vehemens motio, aut alteratio corporis, ne vires diſſoluantur, quas magno ſtudio ſeruare iubet Hippocrates, vt ſcribit Galenvs *in Comm.* Itaque in diuturnis non aufertur, ſed diminuitur cibus, vt vires alimento conſeruentur, eorumque complures praeter febres victu tenui ſoluuntur, vt aſſerit Avicenna *quarta primi.* Galenvs contra Eraſiſtrateos non eſſe vſurpandam inediam et venaeſectionem ſimul circa vnum eundemque aegrum monet. Proinde *illos errare* conſtat, *qui hac in lue curanda vſurpant largam ſanguinis detractionem et purgationes, non modo per valida cathartica, ſed etiam per hydroticas potiones, quae maxima largitate fundunt ſudores, cum tenui victus ratione, quam ad XXX. aut XXXX. dies imperitare ſolent.* In plethoricis ſanguinis miſſio neceſſaria, et in membranarum doloribus arteriotomia vtilis. *Lib. de curat. per ſanguin. miſſion.* At in cacochymicis citra plethoram ſola purgatio ſufficit, quae ſcilicet per deiectiones, vomitiones, vrinas, ſudores atque per inſenſibilem halitum efficitur, quippe in arquato, hoc eſt, in affectu minus rebelli, Galenvs cacochymiam omni purgationis genere vacuare praecepit *lib. de icteriſi.* Similiter et Moses *VIIII. Aph.* inſuper *lib. quib. med. purgare conueniat*, Galen. *cum* inquit, *noxius humor in vniuerſum corpus redundauerit, omnes euacuationum ſpecies admouebimus.*

Remedia ſunt, quae cacochymiam abigunt purgatione, per vomitum, per deiectiones, per ſudores, per ſputum ſiue exſpuitiones, et per vrinam.

Vomitum eliciunt epithemata et electaria Nic. Alex. — Aliud. Hydrargiri vſti ſcrup. ij. chalcitidis drachm. β. mithridatii drachm. iβ. pulu. elect. de gemmis ſcrup. j. formentur pilulae, doſis drachm. β. Curat etiam peſtiferam aegritudinem, vt aiunt. Verum *mihi non videtur vomitus in hac lue adeo ſalubris*, quoniam cacochymia in magnis venis et in carnibus potius continetur, quam in ventriculo, vt omittam, quod vomitio eſt violentus expultricis motus, *III. Nat. Virt.* et laborioſior, quam deiectio, *II. Aph. Com.* 35.

— Aqua ſtellariae pota ſanat hepar, et humores defecat, ideo *curat luem veneream cum vlceribus*, imo cancrum, etiam et lepram, ſi Sardo credimus.

Purgantia per aluum. — Succus ebuli ad ſolem concreti et exſiccati ſanat *artuum dolores.* — Sunt, qui laudant pilulas Regis Barbariae, quae recipiunt argent. viui drach. iij. gr. vij. ſcamoneae, moſchi ana ſcrup. j. vel gr. xxij. β. rhab. drach. j. gr. xv. farinae tritici gr. viiβ. Cum ſucco limonum fiat maſſa. Iſtis vſus eſt illuſtris Dominus Pomponivs Trivvltivs, Lugd. gubernator, citra noxam, has tamen non probo, reſpuoque *catapotia butyrica, quibus admiſcent ſublimatum argentum, venenum nocentiſſimum.*

Reliquas purgationes *praeſtat decoctum hagioxyli* ſeu *guaiaci* in obeſis et frigidis, contra in calidis et macilentis vtendum eſt decocto radicum ſinarum *u)* aut radicis pentaphylli iugiter aliquot diebus. Sed in illis cum tenui et attenuante victu, et in cubiculo aereque ſubtepido mora, in iſtis vero tenuis moderate, non item extenuans victus ex vſu eſt. Sane *guaiacum* mirum in modum exſiccat, praeſertim *in vino* elixetur, ſinarum vero radix in actiuis qualitatibus temperata videtur, et in paſſiuis ſicca, tertio fere gradu.

Decoctum guaiaci recipit ramentorum vel ſcobis eius lib. j. aquae lib. xij. maceretur horis xxiiij. in olla noua, deinde coquantur lento igne, collecta diligenter ſpuma, et ſeruata ad vſum, donec ad dimidium conſumetur. Colatum ſeruatur in vitro. Doſis vnc. vij. vel viij. Calentes ſumat quinque horis ante prandium, nec e lectulo ante tres horas exſurgat, exſpectans ſudorem. A prandio horis ſex rurſus huius decocti bibat vnc. v. ſi ferre poteſt, ac poſt horas quatuor coenet. Sunt, qui ſingulis quinque diebus aut ſex huic decocto addunt ſenam, polypodium, turbit, hermodactylos aut ſimilia ſimul coquentes. Quod a ratione alienum videtur, ſiquidem hidrotica a centro ad corporis circumferentiam mouent, contra praefata cathartica a circumferentia ad centrum. Ergo miſcenda non ſunt, quando natura ita fert, vt ſcribit Aristoteles *VII. De Natur. Animal.* ne humor locis pluribus ſimul erumpere ſoleat: Quod pateſcit *in mulieribus, quae mariſcas habent. Illis enim deteriores accedunt purgationes*, et quamdiu lac emanat, muliebria magna ex parte non fiunt.

Secundum hagioxyli decoctum fit ex fecibus primi decocti relictis, iterum in lib. aquae xij. elixatis ad quartae partis conſumtionem, quo vti oportet loco vini. Fracastorivs in guaiaci penuria vti iubet iunipero, citro, cupreſſo, vel et teda, terebintho, cedro, hebeno vel calamo aromatico cum radice gentianae. Amatvs aſſerit guaiacum lignum eſſe, quod buxum appellamus, eiusque decocto pro guaiaci decocto vtitur.

Decoctum radicum Sinarum ſic paratur. Deligitur radix orientalis (quia occidentalis minus valet) denſior, recentior et minus carie implicata, quae per tranſuerſum inciditur in aſſulas tenues rotundas, adque horum vnc. j. in lib. xij. aquae miſcetur, et ad conſumtionem tertiae partis lento igne coquuntur diebus ſingulis, quoniam aſſeruatum acidum reddi ſolet. Decocti huius ab vnciis ſex vsque ad xij. in aurora bibenda concedit Fracastorivs. Alii dant decocti non parum calentis vnc. viij. aut paullo plures, alii vncias ſex, hoc ordine. Mane hora quarta calens porrigatur, octaua prandeat, quarta rurſus poſt meridiem non tam calens offeratur, octaua dein coenetur.

Sed conuenit decoctum ſumentes in lecto decumbere perinde tectos, ac ſi ſudorem pellicere vellent. Qui vbi prodierit, calidis linteis eſt abſtergendus.

Obſeruatum eſt, vt ſingulis decem plus minus diebus, pro aegri natura, purgatio inſtituatur. Rurſus decocti propinandi finem purgatione terminamus. Dantur toti curationi dies viginti quinque, ita, vt vnciis viginti quinque, tota curatio vtplurimum expleatur cum ſalubri reginine. In quo aer ſubtepidus eſſe debet, cibus iniunctus in humorum acrimo-

u) i. e. Chinae, quam olim ſcripſerunt *cinam.*

acrimonia et magna ſiccitate conueniens eſt, boni ſucci et humectans, vinum circumcidunt et ſalſa, acria, frixa, iuſculorum quoque frequentiam et herbacea.

Secundum decoctum fit ex relictis orbiculis in vmbra ſiccatis, ad hunc modum: Orbiculorum vnc. ij. aquae lib. xij. Coque ad euaporationem tertiae partis. Colatura potus vice datur. Sunt, qui vinum concedant in paſtu, tali decocto dilutum. Alii vſum vini aegrotanti interdicunt.

Si cares ea radice, vti poteris loco eius radicibus cannarum noſtratium, cui calamum aromaticum addas. Potes et radicem perſonatiae decoquere, quae mire ſudorem ciet. Cui ſi irim adiungas, vel xyrim et acorum calamumque aromaticum, et ſchinanthum, vtiliter facies. Aliud, quod omnes intentiones complet, teſte FRACASTORIO. Rec. Gentianae, rad. bulapathi, biſtortae, coſti, ariſtolochiae, iridis, caſſiae ligneae, ſcordii, dictami cretici, quod ſufficit. De vnoquoque infunde, decoque, vt praedicta. *Spartam parillam ipſe floccifacio*, qua de ſcripſit VESALIVS et LONICERVS.

Ad *ſudatoria* referenda ſunt *pyriateria* et *ſtubae*, quas praeſcribit TORRELA epiſcopus, et *his* duntaxat *non ſunt auxilio*, *qui plane ſunt incurabiles*. Mendicus quidam, teſte OLERIO, ab hac lue ſanatus eſt. Nam totum virus expreſſit, euocatis fimo equino, in quo quaſi ſepultus aliquot diebus decubuit, ſudoribus.

Author mentagrae ex vapore decocti malu̇arum, althaeae, chamael. meliloti, fumariae, lapathi et potu aquae theriaces ſudores prolicit. Fit autem aqua hunc in modum. Rec. radicum althaeae, lapathi, foeniculi, inulae ana lib. β. Incidantur per taleolas, et macerentur in vino cretico XXIIII. horis, poſtea adde theriacae bonae aetatis X. annorum vnc. iβ. repoſita in meta diſtillatoria exſtillentur. Huius liquoris vnc. iij. cum aquarum bugloſſi vnc. ij. miſceantur, aegrotoque propinantur in ſtuba vel balneo, dum incipit ſudare.

Enchriſta ex hydrargyro et *ſuffitus* non ſolum *per halitum et ſudores* digerunt cacochymiam ſeu ſanguinis colluuiem, *ſed etiam per copioſas exſpuitiones*. *Mira* videntur. Nam totus morbus ad os repercutitur, et qui deplorati fere ſunt, ſanantur, modo is, qui medetur, huiusmodi remedium parare faciat ad temperaturam et aetatem aegrotantis et morbi magnitudinem. Malum quoque *per vrinam* abit *ex argenti viui illitione*, vt ſcribit MYREPSVS.

Rec. Terebinthinae clariſſimae pluries lotae in aqua roſ. lib. j. butyri recent. lib. iβ. Miſce manibus lotis diu permiſcendo, deinde adde argenti viui exſtincti cum ſaliua ieiuni vnc. iiiβ. agita diu in pila ad perfectam commiſtionem, et addito moſcho vel ambari, fiat vnguentum pro delicatis et nobilibus. Aliud. Axungiae porci mundatae a ſuis pelliculis, et per ſetacium traiectae ſine igne lib. ij. argenti viui exſtincti cum axungia dicta lib. j. lithargyri vnc. iij. ceruſae vnc. ij. libani vnc. j. Miſce, fiat vnguentum in mortario lapideo.

Si lues ſit cum duris abſceſſibus, adde adipem gallinae, anſeris et anatis. *Si cum dolore*, adde oleum de lilio, de terebinthina et laurinum. Sane in calidis naturis, mollibus et delicatis, in vnguentis ponenda ſunt, quae temperent, vt butyrum roſaceum et minus argenti viui, minusque etiam eorum, quae adeo exſiccant. *Vbi plus gomoſitatum videtur*, plus pinguedinum apponendum. *Vbi vero minus gomoſitatum*, *plus autem vlcerum*, *aut puſtularum inſunt*, plus puluerum apponatur, vt libani, myrrhae, maſtichae, aquae vitae. Illinatur totum corpus, praeter caput, et thorax in loco calido quinque horis ante prandium, diebus plus minus decem, et ſatis illinitum, cum colluuies omnino conſumta eſt, videlicet *cum dentes dolent cum ſtomacace*, *os exulceratur*, *lingua extumeſcit*.

Qui non ſuſtinent illitiones, vti poterunt emplaſtro de ranis VIGONII vel eiusdem ſuffimento, quod *Aphrodiſiac*.

recipit cinaprii vnc. ij. thuris, ſtyracis liquidae ana vnc. j. Fiant trochiſci. Vel Rec. Cinaprii drach. v. thuris drach. ij. corticis citri, limonum et pomorum ana vnc. j. Aliud. Cinaprii vnc. ij. thuris, maſticis, vernicis ana vnc. j. argenti viui vnc. iβ. farinae tritici vnc. iβ. Dilue farinam aceto vel aqua vitae, qua excipe argentum viuum, et reliquis pulueratis additis, fiant trochiſci. Cinaprium non eſt minium verum, ſed factitium ex ſulfure et argento viuo, ſed cinnabaris eſt gutta illa vel lachryma, quae dicitur ſanguis draconis.

Ad oris vlcera. Fiat collutio ex lacte chalybato cum modico melle vel cum decocto conſolidae minoris, agrimoniae, et ſaccharo. Aliud. Pedis columbini, herbae rob. trifolii, pimpinelae ana Manip. j. Fiat decoctio colata, cui adde mellis roſ. q. ſ. Vel Rec. Aquae roſ. aquae plant. aquae ſalis gemmae BERTAPALIAE ana vnc. j. Bombice aut goſſipio hoc liquore intincto tange vlcus. Aliud. Aquae plant. lib. β. ſublimati ſcrup. ij. aluminis crudi vnc. β. Miſce. Aliud. Tartari albi, aluminis rochae, camphorae ana drach. ij. ſublimati drach. β. Piſta bulliant in aqua roſ. borag. fumariae ad conſumtionem tertiae partis. Hac intingatur penna, et tangantur puſtulae oris.

Ad malam puſtulam linguae vel alterius loci. Leberides, id eſt, exuuias ſerpentis incenſas cum melle collige et impone, vel ſteleam, id eſt, ſcorpium cum oleo in ſartagine coque, et ex oleo perunge. Expertiſſimum eſt. NICOL. ALEX.

Ad dolores. Fomentum ex decocto chamael. meliloti, anethi, ſtaecadis, ſaluiae et abſinthii ex vino. Sacculus ex ſolo ſulfure calefactus et appoſitus. Cataplaſma ex furfure, ſale et ſapa, cum farina chamael. ad ignem factum. Aliud cum cribratura rad. althaeae, cum floribus et oleis anodynis. Rec. Emplaſtr. de mucil. lib. j. mucil. ſem. lini extractae in aqua chamael. vnc. ij. Malaſſentur, admoue dolori.

Ad ſcirrhoſos tumores. Illinantur guaiaci decocti ſpuma vel eo decocto, cum aceto mixto, et ſuper pyrite candente conſperſo, ſuffiantur. Oleum ſulfuris illitum mirum in modum fert opem in doloribus frigidis.

Aliud, quod neruos confortat, materiam frigidam et *nodos reſoluit*, flatum digerit, et prohibet humores fluere ad partem imbecillam. Rec. Olei lib. j. roſ. ſiccarum, myrtil. ana vnc. j. nucleorum alii vnc. ij. Contundantur et omnia ſimul miſceantur in phiala, dein inſolentur vel bulliant ad ignem. SALICET. *Ad dolores et durities*. Libani vnc. ij. cum oleo cerino fiat linimentum. Ad idem. Sepum tauri cum reſina et creta cimolia impone. Confert etiam anſerinus et gruis adeps illitus, ſimumque columbae omnes duritias diſcutit, et humores exſiccat, cum oleo aut melle calefacto diſtemperatum et ſuperligatum. SEXT. Ad idem. Amurcae olei irini vnc. iij. ol. lilii alb. vnc. ij. ſeſamini et amygd. dulc. ana vnc. iβ. croci ſcrup. j. pinguedinis taſſi. vnc. j. cerae albae drach. ij. reſinae q. ſ. Fiat ceratum. *Ad ſcirrhoſum tumorem in crure*. Rec. Empl. diachyli albi, ammoniaci, bdellii, ſagapeni ana vnc. j. argenti viui extincti drach. j. Fiat ceratum. Aliud, quo vſus eſt ſutor regis. Olei laurini, lotii humani, aceti ana bulliant ſimul, et cum farina ſem. lini vel eius muccagine fiat cataplaſma.

Ad putrida et caua vlcera. Libani, ſarcocollae ana vnc. vj aloes vnc. iij. reſinae pini, mellis, ſucci plant. ana lib. j. Exſtillentur lento igne ex meta vitrea lutata. Hinc emanabunt duo liquores, quorum primus lucidiſſimus et optimus, alter turbidus reiiciatur.

Ad vlcera antiqua, *quae non facile ad cicatricem ducuntur*. Aloes, myrrhae ana vnc. j. cum ſucco abſinth. chelidoniae et plantaginis, fiat vnguentum. MESVE.

Ad vlcus ſanioſum, *ſupercreſcens et phagedaenicum*. Cum vnguentis vlceri accommodatis miſcetur praecipitatum. *Ad omnem dolorem vlceroſum*. Olei

diu agitati in mortario, plumbi vnc. iij. litharyri vnc. j. ceruſae lotae drach. vij. Fiat linimentum.

Ad ſcabiem feram in palma manus. Pomatae vnc. ij. ſucci putaminum nucum virid. depurati vnc. iß. Miſce et illine. Aliud. Pomatae vnc. ij. cinaprii vnc. j. aceti acris drach. x. Fiat linimentum. Vel bulliat cinaprium et ſulfur cum aceto acerrimo, et ex decocto laua. Oleum ſulfuris contra ſcabiem, impetiginem, lichenas ſtrumasque illitum valet, teſte MATTHIOLO. Huc refer vnguentum de elleboro MONTANI, oleum de tritico, trita cappar. folia ex acri aceto et mellis eadem menſura impone, vel corticem rad. rumicis cum aceto tritum, vel ex rad. rumicis et hordei farina cum acri aceto, fiat cataplaſma. *Ex lib. de parab. remed.*

Ad veſtigia puſtularum ſiue maculas. Maculas faciei tollit aqua ſigilli Solomonis. Si ex ea lauentur, vel pannus intinctus ſuperponatur, naeuos delet, et ſanguinem concretum inter cutim et carnem diſcutit. AGRI. Oleum de ben confert veſtigiis vlcerum, lentiginibus, foeditati cutis et morpheae. MESVE. Vnguentum citrinum NICOL. laudatur. Lutum ex cryſtallo calcinato, aqua fragorum diluto. AQVILANI. Lac virginis aut ſuccus lapathi illitus. *Roſar.* Aqua metallorum ARNALD. et BERTAPALIAE. Emplaſtrum ex rad. cucumeris ſilueſtr. MONTAN. Aqua lapathi VICTORIS exſtillaticia.

Ad infantes puerosque, qui hac lue conflictantur, decoctum guaiaci per metam exſtilletur, et huius aquam puriſſimam ad vnc. iij. vel iiij. bibendam dato diebus ſingulis, vel decoctum rad. ſinarum.

Ad praecautionem. A coitu confeſtim niti debet, ne virus in corpus repat, quod euocare oportet ad exteriora. Igitur ad pudendi radicem, quae repellunt, vt bolus armen. ſang. drac. et id genus alia, in aqua plantaginis ſoluta, cum aceto applicanda ſunt. Mox penem immitte in diſciſſam et adhuc calentem columbam, quae venena omnia rapit, ſiue a proprietate, ſiue a carnis nuper mactatae caliditate virus trahatur et hebeſcat. *Si vero in cele adſit exulceratio,* ſublimatum vel eius aquam admouent, quae ſic efficitur. Sublimati ſcrup. j. ſalis marini vnc. iß. aquae plantag. vnc. viij. Bulliant ad conſumtionem decimae partis. In penuria ſublimati valet puluis praecipitati.

Ad vlcera pudendorum. Sicut aloe eſt optima medicinarum in vlceribus virgae, ita tutia in antiquis eſt melior. AVIC. *XXI. tertii.* Rec. Aloes drach. j. croci ſcrup. j. Cum melle roſ. et aqua agrimoniae fiat vnguentum. Aliud. Tutiae impar. vnc. ß. maſticis, thuris ana drach. j. cerae albae drach. ij. roſacei q. ſ. fiat vnguentum. Amylum, gummi et tragacantha conueniunt in vnguentis, quia ſiccant dolorem, mulcent, et infrenant acres medicaminum qualitates. Vnguentum de lithargyrio vtile. Illud item diapompholygos, ſed pompholyx, qua vtimur, eſt cadmia, tutia caremus. BACCHANEL. *Ad vlcus in canali virgae.* Rec. Succi virgae paſtor. plantag. ſymphyti ana vnc. ij. canforae ſcrup. iiij. amyli rec. vnc. ij. ceruſae vnc. j. lytharg. vnc. ß. tutiae impar. drach. vj. fiat vnguentum molle in mortario plumbi. Alterat, repellit et detergit.

GLOS-

GLOSSARIVM
VOCVM MEDICO-BARBARARVM
ET
INSOLENTIVM

A.

Abbreuio i. *breuius reddo.* Si localium antidotorum debita adminiſtratio paſſionem abreuiauerit. Widman. Deus noſtros dies iterum abbreuiauit hoc morbo. Vochs.

Abſterſiuus i. *Abſtergens.* Inter ceteras laudabiles eius virtutes eſt etiam abſterſiua. Schellig. Conſiderare oportet medicinae vim abſterſiuam. Id.

Abſtractiue. Primo modo abſtractiue. Pistor.

Acella et Accella i. *Sella exonerandae aluo deſtinata.* Prolongant neceſſitatem ſurgendi ad acellam propter ſenſum mortificationis. Pinct. 2) *Axillae.* Vnctionem in inguinibus et ſub acellis faciunt. Pinct. In fine deuenit ad vnctionem factam ſub accellis. Pinct.

Acharos i. *Achor.* Apud Graecos ad rubricam de acharos non incongrue reduci videtur ſaphati et acharos in ſolius capitis partibus naſci conſueuerunt. Widman.

Acocordina i. *Acrocordon.* Condilomata, aut acocordina, vel piſcia. Gariop.

Acrocordina et Acrocordona. Sim. Ianvens.

Acrocordines i. *verrucarum ſpecies.* Sim. Ianvens.

Acruarod i. *Acrochordon.* Species formicae, quae nominatur acruorod, quae habet radicem ſubtilem, quaſi ſit pendens. Avicen.

Acruhaurod i. *formicae ſpecies.* Sunt formicae ambulatiuae, et hae vocantur acruhaurod, id eſt, porrales formicae. Schellig.

Actio i. *coitus.* Ex retentione materiae, quae remanet inter pellem et praeputium exactione viri cum foeda muliere. Argel.

Actrices v. *Atrices.*

Actualis i. apoſtema rubeſcit et quieſcit de cauſa actuali frigida Isaac. cauteria actualia et potentialia Schellig.

Acuitas i. *acrimonia.* Cauſae ardoris ſunt acuitas vrinae. Arcvlan. Sit hoc regimen ſecundum materiae maiorem vel minorem acuitatem. Schellig.

Acumen i. *acrimonia.* Exiens cum forti acumine. Alsah. Vlceratur matrix de acumine medicinae vel materiae. Trotvl. Ad reprimendum colerae acumen. Schellig.

Acutae i. *acres.* Liquor acutus Alsahar. Ex potu acutarum medicinarum vrentium. Als. Sit cibus infirmi, quod ſubtiliet ſanguinem praeter acumen. Als.

Adorti i. *Aorta.* Vaſa a venis emulgentibus et arteria adorti ramificata. Schellig.

Aduno i. *iungo.* In pluuialibus temporibus humiditates adunantur. Steber.

Affodillus i. Ad verrucas delendas apponatur puluis affodillorum. Rol.

Affronitrum i. *aphronitrum.*

Aforcham i. *acrochordon.* Formica et puſtulae, appellatae aforcham. Schellig.

Afrochoon i. *Acrochordon ſ. verruca penſilis.* Sed afrochoon habet radicem ſtrictam ita, quod credetur eſſe aliqua res ſuſpenſa. Schellig.

Aggregatiuae i. *Pilularum quaedam confectio.* Rec. pilul. de tumoteirae aggregatiuarum Schellig.

Albaras i. *Morphea.* Quod Salernitani vocant morphea, Arabes vocant albaras. Lanfranc. Morphea, albaras omnes ſunt infectiones cutis maculoſae. Pinct.

Alchiati i. *Species ſaphati.* Quaedam puſtula eſt multum dura et praua, dicta ab Arabibus alchiati. Widman.

Alcoalib. i. *Apoſtema.* De duris apoſtematibus, quae dicuntur alcoalib. Als. 2. *Verruca.* De alcoalib, id eſt, verrucis. Alsah.

Alcola i. *Aphtha.* Si accideret alcola maligna Widman. Et in partibus oris alcola. Pinct.

Aldea Alcohſi i. *turpis ani morbus.* Aegritudo, quae dicitur aldea alcohſi: relinquimus propter ſui turpitudinem. Als.

Aldubelati et Aldubellati i. *abſceſſus.* Avic.

Alefanginae i. *Pilularum purgantium compoſitio.* Natura iuuetur pillulis alefanginis. Schellig.

Algaria i. *Elixiria diuretica ſiringa iniiciantur per algariam.* Roger.

Alguada i. Infectio cutis maculoſa. Pinct.

Alguaſen i. Infectio cutis maculoſa Pinct.

Alhalic. Superponatur loco plantaginis et extremitates vitis, et alhalic. Als.

Alhaſce i. *thymus ani.* Haemorrhoides quaedam dicuntur alhaſce, *quoniam ſimiles ſunt capitibus* alhaſce. Avic.

Alhumera i. *Exanthemata ſ. variolae.* Pistor.

Alnachli. Poſtmodum curetur cum vnguento alnachli Als.

Alnoatir i. *puſtula.* Sunt puſtulae quaedam ſimiles alnoatir. Als. 2) *Apoſtema.* De apoſtematibus duris, quae dicuntur alnoatir. Als.

Allopecia et Allopetia i. *Alopecia.* Vigo.

Aloepaticum i. *Aloe hepatica.* Schellig.

Alohumbra i. *puſtula.* Oriuntur in capite virgae puſtulae rubeae, quae in Arabico nominantur alohumbra. Averr.

Alphatim i. *ſpecies ſaphati.* Quarta ſpecies alphatim dicta. Pistor.

Alſahabati i. *ſaphati.* Ebn Sina.

Alſehedie i. *abſceſſus genus.* Ebn Sina.

Altea i. *Althaea.* Vaporamus orificium ex aqua calida decoctionis altheae. Gariop.

Alterabilis. Aduſtio in humoribus, et citius alterabilis. Pinct.

Alteratio i. *mutatio.* Sicut accidit apud alterationem temporis. Pinct.

Althahaun i. *anthrax.* Ebn Sina.

Althoim et Althoin i *Anthrax.* Sequela eſt, neque hunc morbum antracem ſiue althoin nominari poſſe. Steber.

Aluati i. *Verucae ſpecies.* Quaedam puſtula eſt extremaliter dura, homogeneae materiae quaſi cum verrucis exiſtens, et dicitur ab Arabibus Aluatin. Widman. Aluati ſunt vlcera melancolica. Pinct.

Aluhumata i. *morbus gallicus.* Contra naturam tertiae ſpeciei variolarum, quae eſt aluhumata. Pinct.

Alunda i. *Serpigo.* Quod Salernitani vocant ſerpiginem, Arabes vocant alunda. Lanfranc.

Alusnen i. Ad idem facit fricatio ex aluſnen viridi fullonum. Widman.

Ambulatiuus i. *ambulans.* Pinct.

Amphorismus i. *Aphoriſmus.* Pistor.

Anchae et Ancae i. *imum abdomen.* Grauitas in anchis et coxis. Const.

Anetum i. *Anethum.* Curatur cum cinere aneti vſti. Alf.

Anguina i. *bubo.* Peſtiferum apoſtema, quod bubonem vocant, tandem prorumpit, et ſpeciali nomine, quod in inguinibus oritur, dicitur anguina. Clement.

Annihilo i. *ſolo.* Annihiletur cum gummi arabico. Bologn.

Annualis. Inter carnes ſunt bonae carnes agni annualis. Widman.

Anodinae i. *Anodynae.* Medicinae anodinae. Pinct.

Anſugia et Anſuggia i. *Axungia.* Anſugia gallinae argentum viuum et ceruſſa conficiantur. Pinct.

Antidatarium i. *Antidotarium.* Azarni in antidatario. Pinct.

Antrax i. *Anthrax.* Eſt apoſtema de materia aduſta. Gordon.

Apoſtemor i. *in abſceſſum tranſeo.* Teſticuli quandoque apoſtemantur. ROGER. Si contigerit virgam apoſtemari. VIGO. Virga iuuenum apoſtematur. GORDON.

Apoſtematoſus. Aggregatio ſuperfluitatum, aegritudinem apoſtematoſam conſtituentium. BOLOGN.

Apoſtemoſus i. *apoſtemati ſimilis.* Tumor apoſtemoſus. WIDMAN.

Apparentia i. *ſimilitudo.* Talem diuerſitatem et apparentiam medicus non conſpicit. PISTOR.

Appropriata i. *apta.*

Approprio i. *propriedico.* Quando fit vlcus et putrefit, appropriatur nomine putridi. AVIC. Illud, quod appropriatur nomine prunae. AVIC. Cum euacuantibus appropriatis. SCHELL.

Approximo i. *appropinquo.* Manutergiis, quibus puſtulati *vſi ſunt, non approximet.* WIDM.

Aqueitas. Sanguis groſſus parum habet de aquoſitate, humiditate et aqueitate. PINCT.

Aquoſitas v. *Aqueitas.* PINCT.

Arancium et Arancia i. *Arantia.* Aer habitationis infrigidetur fructibus odoriferis, vt pomis aranciis. SCHELLIG. Cibaria ſint alterata ſucco pomorum aranciae. SCHELL.

Arbach. Eſt argentum viuum. PINCT.

Ariſtologia i. *Ariſtolochia.* WIDMAN.

Armoniacum i. *Ammoniacum.* CVMAN. VIGO.

Aromatizo i. *odoratis inficio.* Veſtes in ciſta vel capſa cum rebus odoriferis temperatis aromatizentur. SCHELLIG.

Aſafaticae i. *ad ſaphati pertinentes ſ. ſaphati ſimiles.* Cutis infectiones, quales ſunt puſtulae formicales vel aſafaticae. SALICET.

Aſaphati i. *Saphati.* In ſolis capitis partibus naſci conſueuit. WIDMAN.

Aſchachillos et Aſchachilos i. *ſphacelus.* Vnguentum valet aduerſus cancrenam et aſchachillos. VIGO. Eſt corruptio carnis et nerui vſque ad oſſa ſana cum toto nutrimento. ID.

Aſioec i. *ſatyriaſis.* Signum aegritudinis, quae dicitur aſioec, quod ſit fortis deſideriis coitus. ALS.

Aſſimilatio i. *ſimilitudo.*

Aſſimilo i. *ſimilis ſum.* Non aſſimilat aſſimilatione integra, STEBER.

Aſſuhub i. venti genus. PISTOR.

Aſſumaym i. genus venti. PISTOR.

Attractiua i. *attrahens.* Secunda eſt debilitas attractiuae virtutis. WIDMAN.

Attractiue. Per actum virtutum attractiue. PINCT.

Atrices i. *excreſcentia ani.* Ficus, atrices et condilomata, quae in ano, virga et matrice fiunt. CAVL. Atrices ſunt quaedam tuberoſitates, praecipue circa anum. VALESC. Paſſiones ani ſunt emorroydes, actrices, ragadiae. BERTAP. Actrices ſunt quaedam excreſcentiae circa anum molles rugatae. CONCOREC.

Attriti i. *Caro circa anum ſpongioſa.* Caro ſuperflua, quae pendet circa anum, dicuntur attriti. ARNALD.

Attritio. Vt eſt vulnus et attritio. VALESC.

Augmentatio i. Fricatio pro multiplicatione et harum puſtularum augmentatione iuuaret. SCHELLIG.

Auſugia i. *axungia.* Rec. auſugiae porci recentis ſine ſale. PINCT.

B.

Balanus i. *glans.* Puſtulae paruae in mento et in balano virgae hominis. PINCT.

Balauſtiae et Baloſtia i. *balauſtia.*

Balguati i. *Species ſaphati.* Balguati eſt de genere ſaphati malae. PINCTOR.

Balneo i. *lauo.* Cum petia balneentur caroli. CVMAN.

Baltzati i. *quaedam ſaphati ſpecies.* Si in materia maior aduſtio vel malitia acquiritur, proueniet ſpecies tertia, baltzati nuncupata. PISTOR.

Baras i. *albaras.* Facile quorundam ſententia propulſatur, hunc morbum morpheam aut baras eſſe concertantium. STEBER.

Bather i. *bothor ſ. puſtula.* SILVATIC.

Baurach et Baurac i. *Borax.* Si ibi fuerit morum, fumatur baurach aduſtum. MESVE.

Bdelium i. *bdellium.* CLEMENT.

Benda v. *Binda.* GADDES.

Benedicta i. *medicamento leniter laxantia, quatenus opponuntur vehementibus.* Euacuatur cum medicinis exſoluentibus benedictis. PINCT. Pharmaca benedicta et ſecura ex ſimplicibus medicinis benedictis compoſita et conſtituta aſſumere poterit.

Benzuin i. *benzoe.* Rec. gariofilorum, benzuin. BOLOGN.

Bezacroticum i. *bezoardicum.* Ad magis narcotica et ſomnifera deueniendum eſt, et non ad omnia, ſed ſolum ad correcta et conſolata cum ſuis bezacroticis licet peruenire. PINCT.

Binda v. Bracale.

Blaccia i. *morbilli.* Vidi multoties apparere blaccias poſt nonum diem: Si non, apparuit eis aliquid de accidentibus variolarum et blacciarum. PINCT.

Blacera i. *morbilli.* Variolae et blacerae, id eſt, morbilli. PINCT.

Blandior, paſſ. Et tunc non curatur vlcus, ſed blanditur. CONCOREG.

Blaſitus i. *caeruleus.* Cum perfecta lotione et mundificatione cum petiis panni blaſiti. VALESC.

Bolauſtia i. *balauſtia.* Vt eſſe poſſit decoctio ex roſis rubeis, cum additione bolauſtiorum. STEBER.

Bolus m. Boli armeni. VIGO.

Boraginatus i. *cum boragine confectus,* Deſtruatur cum ſaccharo boraginato. BOLOGNIN.

Bota. Rec. reſinam de bota. PINCT.

Bothor et Botor i. *Puſtula.* Bothor in virga. RHASES. Vſtio in corpore accidentium puſtularum. ALBVCAS. Formica eſt aggregatio multorum bothorum ſiue paruarum exiturarum in ſuperficie cutis. VALESC.

Botralis i. *bothralis.* Vocantur ficales et botrales. SCHELLIG.

Bothoralis i. *Puſtulae ſimilis.* Puſtulae ficales et bothorales, quia ad modum ficus et bothores ſunt apparentes. CAVL.

Bracale et Brachale i. *cingulum ſeu herniae vinculum.* Ligaturae fiunt in paſſionibus ani et inguinum cum bracali et binda pendente bifurcata, in burſa teſticulorum cum coxa, in virga cum ſacculo ad brachile ligatis. CAVL.

Brachile. v. Bracale.

Brodium i. *iuſculum.* Sic et earundem carnium brodia praeparari poſſunt. SCHELLIG. Brodium caulium et bletae ventrem laxant. ID. Valent brodia bonarum carnium, et ſpecialiter gallinarum. ID. Brodia caſei noui parum ſaliti et quaſſati. ID. Nutritus fuit nutrimentis reſumtiuis, vtique de brodio caponis iuuenis cum offis. PINCT. Cum diaeta ſorbili ex bono brodio contuſo deſtillato. BOLOGNIN.

Bugloſſatus i. *cum bugloſſo confectus.* Deſtruatur cum ſaccharo roſato, bugloſſato. BOLOGN.

Bulio i. *bullio.* Piſtentur et buliant cum aqua roſata. STEBER *et plurimi Arabiſtae.*

Bulitum i. *bullitum.* Quando ſanguis bullit, ſiue cum diſponitur per ebullitionem, ſed cum haberet eſſe, bulitum non iret commixtus. PINCT. Ex rore marino, ſaluia, bullitis in aqua. BOLOGN.

Burcella. His, vt diximus, in vulua i. cum burcellis captis excidas radicem. ISAAC.

Burſa i. *ſcrotum.* In burſa teſticulorum. CAVL.

Butirum i. *butyrum.* SCHELLIG *et alii.*

Byrrhus i. *pileus.* Ad doctoralis byrrhi confirmationem. BRACK.

C.

Cachacidae i. *cachecticae.* Eorum facies cachacidae fiunt. PINCT.

Cachomica i. *cacochymica.* Corpora cachomica. PINCT.

Cacocimicus i. *cacochymicus.* In corpore cacocimico. STEBER.

Cacochimicus i. *cacochymicus.*

Cacochimus i. *cacochymicus.* Propter corpus cacochimum. PINCT.

Cafura i. *camphora.*

Calamus i. *meatus vrinae.* Cum dolore intenſo calami virgae et colli veſicae. CERMISON.

Calcantum i. *Chalcanthum.*

Calefactio i. *ardor.* Propter calefactionem fricantium vulvam. CVM. In virga ſunt calefactiones. CAVL. ad calefactionem virgae. VIGO.

Calefactorium i. *fomentum calidum.* Mandat in dolore accidente propter pleureſim in coſtis calefactorium in principio eſſe adhibendum propter euaporationem, quam facit calefactorium. PINCT.

Calefactiua. Aqua calefactiua. PINCT.

Calibiata i. *chalibiata.* PINCT.

Caliditas i. *calor.* Per adauctam caliditatem. PINCT. Propter additionem caliditatis innatae. ID.

Cambucca ſ. Cambuca i. *bubo ſ. phimoſis.* Nemo timeat, quod bubonem vel cambuccam accipiat. PARACELS. Quaeque cambucca eſt bubo, et ſolo loco differt. ID.

Camiſium i. *veſtis.* Caueat, vt camiſiis, linteis et coopertoriis, imo manutergiis, quibus puſtulati vſi ſunt, non approximet, nec eis vtatur aliquo modo. WIDM.

Camo-

Camomilla i. *chamomilla.* PINCT.

Camomillinus i. *ex chamomilla confectus.* Cum oleo camomillino. SCHELLIG.

Cancero i. *in cancrum abeo.* Ex ſricatione corporali aliquoties canceratur. GARIOP. Quandoque canceratur. BERTAP.

Cancra i. *cancer virgae.* Si vlcera ſimilia ſunt cancro, fit cura cancrae. PARAC.

Cancrena I. *cancer penis.* Ad ardorem et cancrenam, quae ſiunt in membro virili. ARNALD. 2) *Vlcus phagedaenicum.* Quis erit, qui hunc morbum cancrenam aut eſtiomenum eſſe contenderet. STEBER. Propter cancrenam huius loci. VIGO.

Cancrenoſus i. Vlcera cancrenoſa. CVMAN.

Cancroſitas i. *vlcus cancroſum.* Si eſt virulentum, quod exit, tunc *eſt* corroſio et cancroſitas. GORDON.

Caneum. Puluis canei ligni. CVMAN.

Canfora i. *camphora.*

Canonice i. *recte.* Nonnulli aſſerunt, vnguenta in humano corpore non canonice adminiſtrari debere. BOLOGN.

Canonicus i. *rationalis.* Si cura eſt canonica, vngere cum argento viuo. VOCHS.

Caphura et Cafura i. *Camphora.* CVMAN. *et alii.*

Capretii. Carnes Capretorum. WIDM.

Caprioli. Carnes ſint capriolorum. SCHELLIG.

Capſa i. *ciſta.* Veſtes et alia, quae in vſu ſunt, in ciſta vel capſa cum rebus odoriferis temperatis aromatizentur. SCHELL.

Carbo i. pruna. MESVE.

Carbonoſus i. Ignis perſicus, qui dicitur vlcus carbonoſum. ALSAHAR.

Caries i. *cancer.* Caries pudendorum. CVMAN.

Cariſtia i. *caritas annonae.* Per certas annorum reuolutiones cariſtias praedicant. PISTOR.

Carotta i. Carottae ſunt durae digeſtionis. SCHELLIG.

Carmino i. Propter carminare ventos. WIDM.

Carniformis. In poroſitatibus membrorum carniformium. PINCT.

Carnium i. *caro.* Carnii et ſeminis melonum. PINCT.

Carnoſitas I. *Excreſcentia.* Vertitur quandoque ficus in carnoſitatem quandam. SALICET. 2) *Caro pomi.* Aliquantum modicae carnoſitatis granati. STEBER.

Caroli i. *penis puſtula.* Si eſſent puſtulae, quas iſti vocant caroli. ARGEL. corroſio in carolis in praeputio. CVMAN. De carolis, qui ſolent euenire iuuenibus inter pellem et praeputium virgae. VIGO. Puluis ad interficiendum carolos virgae. VIGO.

Carta i. *charta.* RHAS.

Cartamium. Semen cartamii. SCHELLIG.

Caſia i. *Caſſia.* VIGO.

Caſtanea i. *glans penis.* Praeputium, quod non poterat cooperire caſtaneam. CVMAN.

Catamodicum i. *parum.* Vrinae difficultate, quae aut catamodicum negatur. GARIOP.

Catarrus i. *catarrhus.* PINCT. *et alii.*

Cauſatus i. *effectus.* Cum excreſcentiis cauſatis a materia melancolica. CONCOREG.

Cauſo i. *efficio.* Cauſabit peſſimas aegritudines. MAGNIN.

Cauteriço. Et poſt cauteriçetur. CAVL.

Cauterizo i. *cauterio vel liquore vro.* Et candenti ferro cauterizare. VIGO. In hoc laudo cauterizare cum aqua forti. WIDM.

Cauterizans i. *vlcerans velut ab cauterio.* Puſtula vlcerans et corrodens, et denigrans, et cauterizans. GORDON.

Cauterizatio i. *vſtio.* Neceſſarium eſt medico vti cauterizatione, quia cauterizatio eſt medicamen valde vtile. PINCT. Cauterizatio ignis. ID.

Cauterizatus i. *cauterio tactus.* Currit ex ea aliquid, ſicut currit a cauterizato cum combuſtione. AVIC. Locus cauterizatus. VIGO.

Cazia i. *Cazola.* Poſitis oleo et cera in cazia vna capacitatis ſatis magnae. BOLOGN. Ne ea feruendo fundo caziae adhaereant. Id.

Cazola i. *Cochlear ferreum.* Vnguento diſſoluto in cazola, id eſt, cochleari ferreo. BOLOGN. Diſſolutis cera et terebinthina in cazola ad ignem lentum. BOLOGN.

Celidonia i. *Chelidonium.* BRACKEN.

Certificor i. *certum fio.* Quae certificantur ex ſanie inde effluente et dolore. CONST.

Certificatus i. *certus.* Influentia ſtellarum erraticarum, quae nobis viſum et certificatum ſtetit. PINCT.

Ceruſa i. *ceruſſa.* HALY *et alii ſaepius.*

Chalibiata et Calibiata i. *ferrata.* Aqua chalibiata. SCHELLIG.

Chelidonia i. *Chelidonium.*

Aphrodiſiac.

Chimus i. *chymus.*

Chiolae i. *puſtulae genus.* Puſtulae modo ſimiles ſunt formiculis, chiolis, medenis et exituris. PARAC.

Chiroticus i. *ad manum pertinens.* Quando morbus gallicus eſt antiquatus, videlicet cum doloribus et tuberoſitatibus chiroticis, et vlceribus ſormicoſis. VIGO.

Chirurgicus i. *chirurgus.* Haec chirurgico perito et experto relinquantur. PINCT.

Cholera i. *bilis.* Cholera permiſta melancholiae. AVIC.

Ciatus i. *cyathus.* Cum ciato vno et medio. VIGO. In aurora ſumatur ciatus vnus. ID.

Cibalis. A materia cibali. PINCT.

Cicatriſatiuus i. *cicatricem inducens.* Non neglecta in fine medicina cicatriſatiua ſeu cutis factiua. STEBER.

Cicatrizans i. *cicatricem inducens.* Farmaco cicatrizante. CAVL.

Cicatrizatio i. *cicatricis inductio.* Pro digeſtione, mundificatione, incarnatione, cicatrizatione. VIGO.

Cicatrizo i. *cicatricem induco.* Incarnetur et cicatrizetur. VALESC.

Cicorea i. *cichoreum.* SCHELLIG.

Ciminum i. *Cuminum.* VIGO.

Cinaprium i. *cinnabaris.* Cinaprium non eſt minium verum, ſed factitium ex ſulphure et argento viuo. MONT.

Cinie i. Accipiat mulier ſpeculum de ferro bono, quod dicitur cinie. ALSAHAR.

Cirurgia i. *chirurgia.* THEODORIC. *et alii.*

Cirurgicus i. *Chirurgus.*

Citranguli et Citrangulae. Succus citrangulae. PINCT. Succi citrangulorum. BOLOGN.

Citernitas. i *citro color.* Variolae declinantes ad citernitatem. PINCT.

Citrineſco i. *ſubflauus fio.* Si ex colera, citrineſcit locus. ROGER.

Citrinitas i. *flauus color.* Et apparent in principio in colore et quantitate grani milii et cum minore citrinitate. SCHELLIG. In colera citrina attinet rubedo citrinitatis. SCHELL.

Citrinus i. *flauus.* In colera citrina. SCHELL.

Citrolus i. *citreum malum.* Ptiſana de ordeo et ſuccus citroli. ALSAHAR.

Clarificatio i. *explicatio.* Clarificationem intendimus facere de cauſis generalibus et particularibus. PINCT. Clarificatio huius quaeſtionis. ID.

Clarifico i. *album reddo.* Ex hoc facies inuncta clarificatur et dealbatur. PINCT.

Clauulis i. *clauo ſimilis.* Verruca poſt efficitur clauulis. CAVL.

Clauoſus i. *clauo ſimilis.* Apparent ſuper eam haemorrhoides, vt verrucae clauoſae. AVIC.

Clauſio i. *ſtrictum.* Sequetur nocumentum in doloribus propter clauſionem venarum et pororum. PINCT.

Clauſura i. *alui obſtructio.* In dolore colico in exhibitione narcoticorum magnificatur malus finis, quoniam materiam augmentat, et clauſuram. PINCT.

Cliſtere I. *iniectio.* Clyſtere faciamus in virga cum lacte mulieris, aqua hordei. CONST. Fiat ex illis clyſtere. ALSAHAR. 2. *Alui lotio.* Iuuetur natura cliſteri. SCHELLIG. cliſtere minoratiuum. SCHELL.

Cliſterium i. *iniectio.* Quies confert, diaeta et clyſteria CVMAN.

Cliſterizo i. *inijcio humorem.* Cliſterizetur in virga cum lacte mulieris et oleo violato. CONST. Cliſterizetur virga cum eis. ALSAHAR. Cliſterizetur cum aqua decoctionis camphorae. CONCOREG. Cliſterizando confert. CVMAN.

Coadunatio i. *coniunctio.* Facta fuit coadunatio planetarum PINCT. Cum coadunatione. RAS.

Coaduno i. *iungo.* His coadunatis humoribus. STEBER.

Coadunatus i. *coniunctus.*

Coalteratio i. *mutatio.* Ex coalteratione membrorum principalium. PINCT.

Coartatio. In opilatione et coartatione. PINCT. Ex retentione et coartatione. WIDM.

Coclear i. *cochlear.*

Coctana i. *cydonia.* Fructus ſtiptici, vt pira coctana, SCHELL.

Collectio i. *abſceſſus.* Si collectio ibi eruperit. GARIOP.

Colera i. *cholera ſ. bilis.* Calidis cholerae. ALS. Cholera groſſior. AVIC.

Colericiſſimus. In colericiſſimo homine. PINCT.

Colericus i. *cholericus.* Sudor colericus. RHAS.

Colirica i. *cholera.* Ex hoc genere variolae et morbilli, et colirica. PINCTOR.

Colirium i. *Collirium.* Fiat colirium. VIGO.

Collirium i. *Collyrium,* CAVL.

Colloſus i. *glutinoſus.* Natura ſe exonerare cupiens colloſo humore. Vochs.

Comeſtio. Remittat comeſtionem noctis. Alsahar. Poſt comeſtionem cum coriandro. Schell.

Commentum i. *commentatio.* Euclides in comm̃ento tertio. Pinct.

Commeſtiuus i. *rodens.* Puſtula de genere formicae commeſtiuae. Avic. Puſtulae commeſtiuae et rodentes. Steber.

Communicatio i. *affinitas.* Steber.

Completiuus. Ebulitio completiua. Pinct.

Complexio i. *natura.* Diſcordia videtur eſſe de complexione mercurii viui. Pinct.

Complexionata i. *coniuncta.* In eo cauſata fuit febris putrida, et cum ea complexionata fuit ethica febrilis et ethica ſenectutis. Pinct.

Compoſitiuus. Intellectum compoſitiuum. Pinct.

Conaſtrellum i. *liguſtrum.* Cvman.

Concluſio i. *ſuppreſſio.* Ex vrinae concluſione. Gariop.

Condiloma i. *Condyloma.* Gariop. *et alii.*

Condiſtincta. Vt condiſtinctam. Pistor.

Conditionatiue i. *cum conditione.* Pist.

Confortatio. Pro virtutis confortatione ſumuntur. Schell.

Confortatiuum v. *Corroboratiuum.*

Confortatus i. *firmata.* Virtus confortata. Pinct.

Conforto i. *firmum facio.* Confortant ſtomachum. Schell.

Connaturalis i. *naturalis.* Pinct.

Conſeruatiuus. Regimen conſeruatiuum. Pinct.

Conſiderabilis. Tria conſiderabilia. Pinct.

Conſolatum 1. *Compoſitum.* Linimenti ex intentione noſtra conſolati deſcriptio. Bologn. 2. *Miſtum.* Cum mercurii qualitas ſatis ſit refracta et conſolata. Bologn.

Conſolidatiuus. Puluis conſolidatiuas ſuperponatur. Arnald. non neglecta medicina conſolidatiua. Steber.

Conſtimatiuus i. *aptus.* Conſtimatiua bona remedia. Pinct.

Conſtipatio. Sequetur dolor dorſi, conſtipatio digeſtionis. Const.

Conſtipatiuum i. Balneum conſtipatiuum. Pinct.

Conſuetudinaria. Ex paulatiua impreſſione, quaſi conſuetudinaria facta. Pinct.

Conſummatio i. *reſiduum.* Bulliant omnia ſimul vſque ad conſummationem tertiae partis. Vigo. Bulliant vſque ad conſummationem duarum partium ex tribus. Vigo.

Conſumptio i. *reſiduum.* Bologn.

Conſumtiuum. Aqua ſuperfluitatum conſumtiua. Pinct.

Contagioſitas i. *contagium.* Cum ſua contagioſitate virgam laedit. Valesc.

Contrarietas i. *diſſenſio.* De hoc inter doctores non eſt contrarietas. Pinct.

Contrariiſſima. Talia ſunt contrariiſſima his. Pinct.

Conuerſatio i. *coitus.* De puſtulis, quae adueniunt virgae propter conuerſationem cum foeda muliere. Argelata.

Conuertibilitas i. *conformatio verborum.* Facis conuertibilitatem ſatis ineptam. Pistor.

Coopertorium v. *Camiſium.*

Coquo i. *inuro.* Locum ferro calido fortiter coque. Const. cum ferro calido vel auro coquatur. Roland.

Corroboratiuum. Linimentum eſt membrorum confortatiuum. Bologn.

Corroſiuus. Formica corroſiua. Avic.

Corruptibilis. Corruptibilis complexio planetarum. Pinct.

Corruptiuus. In ebullitione corruptiua. Pinct.

Coſſi et Coxi i. *puſtulae.* Rubedo et coſſi faciei. Cvman.

Coſſi i. *verrucae.* Si coſſi intus in corpore latebant, citius efflorefcunt velutique erumpunt. Parac.

Craneum i. *cranium.* In quo virulenta materia puſtularum capitis corroſionem in craneo capitis ſui manifeſte fecit. Pinct.

Cretico i. *iudico.* Colica creticet in paraleſim aut arteticam. Pistor.

Creticus i. *criticus.* Cauſas dierum creticorum. Pistor.

Cribellatus. Affrica mel cum corticibus tritis cribellatis. Albvcas. Addantur farinae ordei bene cribellatae. Vigo.

Cribello i. *cribro traiicio.* Terantur et cribellentur. Alsahar.

Criſomila. Ab fructibus abſtinendum eſt, — vt criſomilla. Schellig.

Criſomilla v. *Criſomila.*

Criſterium i. *lotio alui.* Si puſtulae apparuerint, tunc ceſſandum a criſteriis acutis - Tunc fiat cum criſteriis lenitiuis. Pinct.

Cronicus i. *chronicus.* In tam foedo morbo cronico. Pinct. Quia iſte morbus cronicus eſt. Schellig.

Cronicitas i. *duratio.* Cauſa cronicitatis eſt materiae multitudo. Schell.

Cugile i. *apoſtema.* Rhas.

Cupula i. Cupularum glandium. Schell.

Curatiuus. Ex cura praeuiſiua et aliquantulum curatiua. Pinct. Curatiuum regimen. Schellig.

Cuſtoditrix. Mihi magnum deſiderium fuit ad ſanitatis factricem et cuſtoditricem, artem medicinae. Pinct.

Cyatus i. *cyathus.*

Cynamomum i. *Cinamomum.*

Cyrurgia i. *Chirurgia.* Schellig.

D.

Deambulatiuus i. *ambulans.* Formica deambulatiua. Theod.

Decoquo i. *vro.* Nulla melior curatio eſt, quam protinus locum puſtulatum candenti ferro decoquere cauterio oliuali. Vigo.

Decrepitudo i. *aetas decrepita.* Aluhumata (*lues venerea*) raro mouetur in aetate decrepitudinis. Pinct.

Defenſiuus i. *defendens.* Super partem ſanam ponas continue defenſiuum. Lanfranc.

Defluxus i. *fluor.* Et eſt cum eis defluxus putredinis. Alsahar.

Deliminatus i. *ſubtilis.* Si vero materia fuerit deliminata, per totum corpus apparebunt. Pinct.

Dembeda v. *Derdes.*

Demaceror i. *macer fio.* Membra dominationis ſuae demacerabantur. Pinct.

Deoppilatiuus i. *obſtructionem auferens.* Sunt ventris ſubductiua, deoppilatiua. Schellig.

Derdes i. *Serpigo.* Serpigo eſt cutis exaſperatio, quae ſerpit huc et illuc, quae dicitur in gallico derdes, in Lombardo dembeda vel volatica. Salicet.

Deſcriptiue i. *per deſcriptionem.* Pist.

Deſemino i. *Diſſemino.* In aliquibus iſtae puſtulae per totum corpus deſeminantur. Pinct.

Deſiccatiuus i. *ſiccans.* Cum deſiccatiuis fortibus ſigilletur. Lanfranc.

Deſtructiuus. Si vero e contrario, deſtructiua erit. Pinct.

Diacaptolicon i. *Diacatholicon.*

Diaetatio i. *victus ratio.* Circa exercitia et ordinatiuam diaetationem. Pinct.

Diaeto i. *victum praeſcribo.* Regantur et diaetentur, quemadmodum in ſcabie. Champ.

Diaetatus i. *victitans.* Senibus, otioſis et groſſe diaetatis. Widm.

Diafinicon i. *Diaphoenicon.*

Diagridum i. *Diagrydium.* Pinct.

Diaradon i. *Diarrhodon.*

Diarricus i. *diarrhoicus.* Accidit excoriatio in inteſtinis propter fluxum diarricum. Pinct.

Differor i. *diuerſus ſum.* Medicinae cauſticae etiam reſoluunt, licet differentur. Pinct.

Diffamatio i. *mala fama.* Sed diffamationis locum incurremus. Gariop.

Diffuſio i. *Profuſio.* Poſt vrinae diffuſionem. Gariop.

Digeſtibilis i. *facile digerendus.* Laudantur cibi facile digeſtibiles. Widm.

Dilatatus i. *Diſperſus.* Nominatur vulnus dilatatum - appellatur formica corroſiua et dilatata. Alsahar.

Dilatatiuus. Linimentum ſpiritus et animae dilatatiuum. Bologn.

Dilato 1. *Diſpergo, amplio.* Et dilatatur puſtula de loco ad locum. Alsahar. 2. *Facilem reddo.* Animam dilatat. Widman.

Diſcraſiatus i. *prauus.* Remoueatur caro corrupta et discraſiata cum cauſticis. Cvman.

Diſcretus i. *prudens ſ. peritus.* Et hoc non debet fieri a diſcreto viro vel magiſtro. Bertap.

Diſcurſus i. *ſpatium.* Per diſcurſum temporis. Pinct. Per diſcurſum aetatis. Id.

Diſputatiue. Cum concluſiones et correlaria diſputatiue ſuſtinerem. Pistor.

Diſproportionatus i. *ſine ratione.* Flobotomia non fiat in quantitate magna diſproportionata virium aegri. Pinct.

Diſſinteria i. *Dyſenteria.* Pistor.

Diſtempero 1. *Miſceo.* Terantur, et cribellentur, et diſtemperentur cum aqua. Alsahar. Diſtempera in vnciis ij. decoctionis dictae. Widman. Lithargyrum album diſtemperetur cum oleo roſato. Cvman. 2. *Mala ſum temperie.* Contingit quandoque matricem diſtemperari in caliditate. Trotvla.

Diſterizo i. *Miſceo.* Sedeat in aqua ſtiptica, et diſterizetur cum oleis ſtipticis. ALSAHAR.

Diſtraho i. *Detraho.* Educatur de ſanguine cum flebotomia loci appoſiti aegritudini, et diſtrahatur de eo vſque ad ſincopim. ALSAHAR.

Diſtraſia i. *Dyſcraſia.*

Diuerſificari i. *diuerſum eſſe.* Licet paſſio diuerſificetur in modo et quantitate exitus eorum. PINCT. Diuerſificatur in calore ſecundum diuerſitatem complexionum. ID. Diuerſificatur tempus acquiſitionis caloris. Id.

Diuerſificatus i. *diuerſus in opinione.* Ideo diuerſificati ſunt auctores in aſſignando numerum dierum. PINCT.

Diuerto i. *alio traho.* Diuertunt ad contrarium motus naturae. PINCT.

Diuiſiuus. PISTOR.

Doloroſus i. *Dolens.* Quandoque canceratur, et fit doloroſus. BERTAP.

Dragunzelus i. *bubo.* Haec aegritudo vocatur bubo vel dragunzelus. SALICET.

Dubayla et *Dubaylet* i. *Apoſtema.* AVERR.

Dubellati i. *Abſceſſus.* AVIC.

Dubellet i. *Abſceſſus.* Exitura eſt de ſumma dubellet. AVIC.

Dulcoratio. Prout lubet pro dulcoratione. WIDM.

Dulcoratus i. *dulcis.* Fiat potus dulcoratus et clarificatus. SCHELLIG.

Durabilitas i. Cauſa tantae durabilitatis ipſius morbi extitiſſe videtur. PINCT.

E.

Ebeto i. *Hebeto.* PINCT.

Ecclypſata i. *ellipſi affecta.* Fuit bis ecclypſata luna. PINCT.

Edi i. *hoedi.* SCHELL.

Eductiuus i. *educens.* Linimentum ſuperfluitatum vnica regione ſiue pluribus eductiuum. BOLOGN.

Effectiue. PINCT.

Effectiuus i. *efficiens.* Quaeuis frigiditas ſub aliquo gradu fit doloris effectiua. PINCT.

Electarium i. *Electuarium.* HIER. MONT.

Eleuatio i. *vapor.* Apoſtemata fiunt propter eleuationem ſpermatis. AVIC.

Elicitiue. *Opponitur τῷ abſtractiue.* Secundo modo elicitiue, videlicet ex notitia ſenſibilium elicitur aliqua notitia. PINCT.

Emanatio i. *Exſpiratio.* Emanatio naturalis. PINCT.

Embroco i. *ſtillicidio ſubmitto.*

Emetritus i. *Hemitritaeus.* Avic. cap. de ſignis emetriti. PINCT.

Emoroida et *Emorroidae* i. *Haemorrhoides.* Cauſa emorroidarum. MES.

Emorroides. ISAAC. MES. verrucarum et emorroidum medela. HALY.

Emoroydes et *Emorroides.* Emoroydes fiunt. ROLAND.

Emorrois et *Emorois* i. *Haemorrhoides.*

Emoroſagia i. *Haemorrhagia.* Quandoque contingit cum maxima emoroſagia, ſi erit vlceroſus. BERTAP.

Emperica i. *Empirica.* VOCHS.

Emplaſtratus i. *emplaſtro obductus.* Repleto vlcere prius lichiniis, faldellis emplaſtratis vnguento. BOLOGN.

Emplaſtro i. *emplaſtrum ſuperiniicio.* Emplaſtrentur cum eo puſtulae. ALSAHAR. Loca vlceroſa emplaſtrentur. STEBER.

Endebet i. *Serpigo.* Et vocatur aliquando vulgariter endebet, aliquando ignis volatilis cum calore, et rubore, et dolore, et infectione. GORDON.

Enis i. *Papyrus.* Supponatur eis enis; Eſt genus papiri, qui fit de iunco tratas vſtum. ALSAHAR.

Epar i. *hepar.* WIDM.

Epidimialis. PISTOR.

Epidimicus. i. *Epidemicus.* PISTOR.

Epithimo i. *epithema ſuperhabeo.* Vt vlcera abluantur et epithimentur. MES. Lauentur et epithimentur cum tali collyrio. CVMAN.

Epitimum i. *Epithymum.*

Equito i. *aequalis ſum.* Sue pellem, et non negligas tamen, quin videas, ſi pellis equitet pellem vel non. ARGEL.

Eradicatiuus. In hoc morbo fieri debet flobotomia minoratiua, et non flobotomia eradicatiua vſque ad ſincopim. PINCT.

Eriſepila i. *Eriſypelas.* Apoſtema, quod de cholera naſcitur rubea, appellatur eriſepila. CONST.

Eſcara i. *Eſchara.* Eſcaram facientes. MES. Vſque ad caſum eſcarae. LANFRAC.

Ethica i. *Hectica.* Cum ad plures producat infirmitates et ad ethicam ſenectutis. PINCT.

Euaporatiuus. Ex quibus ſimplicibus poſſunt componi multae formae euaporatiuae. PINCT.

Euchimica i. *corpora euchymica.* PINCT.

Euentatus i. *euentilatus.* Putredo aere concluſo et non euentato augetur. VOCHS.

Euforbium i. *Euphorbium.* BOLOGN.

Exalo i. *Exhalo.* PINCT.

Exanthimata i. *exanthemata.* PISTOR.

Exceſſiuus. SCHELL.

Excluſio i. *Expulſio.* Per excluſionem ruboris. ROGER.

Excreſcentia. Ficus eſt quaedam excreſcentia. LANFRANC.

Excreſco i. *germino.* Frumenta excreſcebant in horreis. VOCHS.

Exfloratio i. *Puſtulae.* Praeſens paſſio latino ſermone vocari poſſet exflorationes, quae in toto naſcuntur corpore. WIDMAN.

Exitura i. *puſtula quaeuis, interdum abſcedens.* A ſanguine groſſo fiunt ſpecies exiturarum malarum. AVIC. Exitura eſt de ſumma dubellet (abſceſſus), quae collectionem faciunt. ID. De puſtulis ſiue exituris virgae. ALSAHAR. Bubo generatur, et ad exituram pluries deueniet. ARGEL.

Exorſus i. *abortus.* Vlceratur matrix quandoque ab exorſu. TROTVL.

Expulſit pro Expulit. PINCT.

Expulſiue. PINCT.

Expulſiuus. Irritare digeſtiuam et expulſiuam virtutem. BOLOGN.

Exſiccatiuus. SCHELLIG.

Extendo i. *ſuperinduco.* Extendatur emplaſtrum ſuper corium. CVMAN.

Extenſae i. *Diſperſae.* Licitum erit medico facere inunctionem vnguentorum in partibus membrorum, vbi dolor fortiſſimus et puſtulae extenſae fuerint. PINCT.

Extinctiuus. Balneum eſt caloris naturalis exſtinctiuum. PINCT.

Extranee i. *extra.* PISTOR.

Extraneitas i. *quod extrinſecus venit.* PISTOR.

Extremaliter. SCHELLIG.

F.

Facellatio, corrupte pro Sacellatio. v. *infra.*

Factiuus i. *faciens.* PINCT.

Factrix i. *effectrix.* Ad ſanitatis factricem, artem medicinae. PINCT.

Faldella i. *ſplenium chirurgicum.* Superaddatur oleum ſaepius permutando faldellam ſtupa. CVMAN. Vnguentum mercuriale, quo lichinia et faldellae emplaſtrentur. BOLOGN. Repleto vlcere prius lichiniis, faldellis emplaſtratis vnguento. ID.

Famatus i. *fama magnae.* Commentator ipſe famatus. PISTOR.

Farmaco i. *medicinam purgantem exhibeo vel ſumo.* Flobotomando et farmacando. PINCT.

Farmacia i. *alui purgatio.* Poſt farmaciam et flebotomiam. PINCT.

Farmacum i. *pharmacum.* CAVL. PINCT.

Farmatia i. *Pharmacia ſ. purgatio alui.* Euacuatio per farmatiam. WIDMAN.

Faſciatio i. *Ligatura.* Continuetur talis faſciatio. BOLOGN.

Fatigatio i. *Coitus.* Ego infinitos bubones, cauſatos ex puſtulis virgae et ex nimia fatigatione et labore curaui. CVMAN.

Fecalis i. *ad feces pertinens.* Prima digeſtio fecalis, quae per receſſum expellitur. SCHELL.

Fetidus i. *impurus.* Coitus cum fetida, immunda vel cancroſa muliere. VALESC.

Ficalis i. *fico ſimilis.* Puſtulae ficales. CAVL. Formicae ficales, quia, quemadmodum ficus, ſunt apparentes. SCHELLIG.

Ficteris i. *anus.* Ficteris, id eſt, ani, multae cauſae fiunt. GARIOP.

Figelta i. *Phygetla.* GARIOP.

Fima i. *Phyma ſ. tuberculum.* GARIOP.

Fiſtici. Pineas fiſticos WIDMAN.

Fiſtulo i. *fiſtulam facio.* Si autem fiſtulauerit, infilandum erit. GARIOP. Velocius, ne infiſtuletur locus, offerantur elixiria. ROGER.

Flebothomo i. *venam inſeco.* WIDM.

Flebotomia i. *Phlebotomia ſ. venae ſectio.* WIDM.

Flebotomus i. *phlebotomus ſ. inſtrumentum inſecandae venae aptum.* Vtendum flebotomo. HALY.

Flegma i. *phlegma.* SCHELLIG.

Flegmone i. *Phlegmone.* Vlcera ſine flegmone. CAVL.

Flegmaticus i. *phlegmaticus ſ. viſcidus.* Humores flegmaci. ALSAHAR.

Flegmonicus i. *inflammatorius.* Puſtula flegmonica. CAVL.

Fleubotomatus i. *venaeſectionem paſſus.* PISTOR.

Fleumaticus i. *Phlegmaticus ſ. viſcidus.* Similiter de fleumatico ſuo modo. PINCT.

Flobothomia i. *Phlobotomia ſ. venaeſectio.* LANFRANC. WIDMAN.

Flobothomo et Flobotomo i. *venam ſeco.* Flobotomando et farmacando. PINCT.

Fluxibile i. *fluidum, tenue.* Fiat vnguentum fluxibile. PINCT.

Foedus i. *impurus.* Ex actione viri cum foeda muliere. ARGEL.

Fontinellae i. In fontinellis lacertorum, vbi lacertus a lacerto diſtinguitur. PINCT. Fiat cauterium in fontinellis brachiorum. ID.

Formalis. Cauſae formales. PINCT.

Formicalis i. *formicae ſimilis.* Cutis infectiones, quales ſunt puſtulae formicales vel aſafaticae. WIDMAN.

Formicoſus i. *formicam referens.*

Formix i. *Noli me tangere.* Formix vulgari ſermone noli me tangere dicitur. THEOD.

Forſa i. *formicae ſpecies.* Et iſta vocatur formica ſiue forſa. VALESC.

Fortifico i. *robur augeo.* Cum calor naturalis motu omnibus membris proportionato fortificetur. SCHELLIG.

Foueo i. foueam facio vel intro. Vtque vulpecula, foueas foueat. VVLGER.

Francigenus i. *ad Gallos pertinens.* Et vocatur dicta plaga malum francigenum. LINTVR.

Françosi i. *Gallicus.*

Francum i. *Gallicum.* Poſitiones de malo franco. PISTOR.

Frangibilis i. *mollis.* Piſces, quorum caro alba frangibilis et non viſcoſa eſt. SCHELLIG.

Franzoſia i. *Morbus Gallicus.* Propter malum Franzoſiae. LINTVR.

Franzos et Franzoſſ. De puſtulis et morbo, qui vulgato nomine mal de Franzos appellatur. WIDMAN. Mala franzoſſ. PARACELS.

Frico i. *coeo.* Vlcera virgae accidunt hominibus propter calefactionem fricantium vuluam. CVMAN.

Fricatio i. *coitus.* Ex fricatione corporali aliquoties canceratur. GARIOP. Vlcera virgae fiunt ex inordinata fricatione. ARGEL.

Fugile et Fugille i. *parotis abſcedens.* Eſt de genere apoſtematum glanduloſorum, et quaſi hoc nomine appropriatur illud, quod ſit poſt aurem. AVIC.

Fumiterra i. *Herba, quae fumus terrae dicitur.* PINCT.

Fnmoſus i. *vaporoſus.* Tertia digeſtio fumoſa, quae per fricationem, balneum et exercitium reſoluitur. SCHELLIG.

Fumoſitas i. *Vapor.* Humores conuerſi in fumoſitatem et vaporem. PINCT.

Fundamentum i. *Profundum.* Iuxta fundamentum naſcitur aliquando apoſtema. ROL.

Furcula i. In membris thoracis ſub furcula vel ſub acellis. PINCT.

G.

Galredina i. *gelatina.* Si libet ex carnibus facere galredinam. WIDMAN.

Gariofili i. *Caryophilli.* PINCT.

Generatiuus i. *Generans.* Cum vnguento generatiuo AVIC. Cibi paucarum ſuperfluitatum generatiui. WIDMAN.

Gomorrhoea i. *Gonorhoea.* Complicatur lues gallica cum gamorrhoea. PARACEL.

Gipſum i. *Gypſum.* PINCT.

Gonorhea i. *Gonorrhoea.* GARIOP.

Gomoſitas. Vbi plus gomoſitatum inſunt. MONT.

Granulae i. *Grana minuta.* Caro naſcens, habens granulas, quaſi ficus. ARNOLD.

Groſſe i. *parum.* Contunde groſſe. SCHELLIG. groſſe diaetati. ID.

Groſſitudo i. *Craſſities ſ. magnitudo.* Groſſitudo virgae virilis. GORDON. ſputi PINCT.

Groſſities i. *Craſſities ſ. ſpiſſitudo.* Groſſities choleiae. MESVE. materiae. AVIC. ani ID. Groſſities virgae. CONCOREG.

Groſſus i. *Craſſus.* Humor groſſus. HALY. Repletur virga groſſa ventoſitate. LANFRANC. Contundenda groſſo modo SCHELLIG. groſſus chimus. ID. groſſus aer PINCT. Vina groſſa. SCHELLIG.

Gumma i. *Gummi.* Gumma pini. MES. Vnguentum de minio ſiue gummis. VIGO.

Gummae i. *Congelationes.* Cum muſculi infecti ſint nodis ſeu gummis. THEODOS. Gummae et nodi ſunt viſcidi. ID. Super oſſa tibiarum, ad clauiculas, coſtas, caluariam, congelationes quaedam, quas vulgo gummas appellant. CAESALPIN.

Gumaſia i. *Formicae ſpecies.* Et appellatur formica miliaris, arabice gumaſia. ALSAH.

Gumatus. Exit illa pars ſubtilior, pars gumata paullatim ſubtiliat et lentorem amittit. THEODOS.

Gumoſus. Ex qua exit virulenta materia et ſanies poſt gumoſa. THEODOS.

Gummerae. Et fit id cum gummeris i. cum linimentis et vnguentis. WIDMAN.

H.

Haemoniacum i. *Ammoniacum.* CVMAN.

Haemorrhoſaida i. *Haemorrhoides.* Haemorrhoſaida veſicae fit ex ruptione venarum. GARIOP.

Heredito i. *diuturnum fio.* Vrinae ardor diu perſeuerans veſicam et virgam puſtulis hereditabit. MAGNIN. Aegritudines quaedam, quae in ſemine hereditant. PINCT.

Heriſipila et Heriſipilia i. *Eryſipelas.* Figelta eſt phlegmonodes heriſipila vel heriſipilatodes phlegmon. GARIOP. non eſt heriſipilia. STEBER.

Heriſipilatodes. v. *Heriſipila.*

Homicidialis i. *Interficiens.* Virtus argenti viui eſt homicidialis. PINCT.

Horobi i. *Orobi.* Sicut granum milii vel horobi. GADDESD.

Hulcera pro *vlcera.* VOCHS.

Humectatiuus i. *Humectans.* Nutritus fuit nutrimentis humectatiuis. PINCT. Non eſt vtendum cum rebus humectatiuis. RHAS.

Humefacto i. *madefacio.* Humefactando aut humectando nocet. WIDMAN.

Humoroſus i. *humidus.* Cum humoroſa materia. PINCT.

Hydrophorbia i. *Hydrophobia.* PARACELS.

Hydroticus i. *aquam educens.* Per hydroticas potiones. HIER. MONT.

I.

Iaccintus i. *Hyacinthus.* PINCT.

Iera i. *Hiera.* WIDM. *et alii.*

Igneitas i. *natura ignis.* Decliuis ad igneitatem. AVIC. Prohibet aut ſpiritum, ne ad igneitatem conuertatur. PINCT.

Ignis volaginus i. *impetigo.* Impetigines. quia ſerpigines hinc inde mouentur, quae a vulgaribus dicuntur ignis volaginus. PINCT.

Ignitio i. *Calor.* In tempore calido ſequitur ignitio et aduſtio in humoribus. PINCT.

Imbibitio i. *ſorptio.* Vaſa vitrea quam longinqua ſunt ab infuſione et imbibitione rerum liquidarum. PINCT.

Imbibitus i. *ſorptus.* Humor malus, in ſubſtantia ſtomachi imbibitus. PINCT.

Impetigno i. *Impetigo.* Si corruptio plus fortificatur, generatur impedigno et ſerpigno. PINCT.

Impreſſiuus i. *Imprimens.* Caliditas et frigiditas citius impreſſiuae ſunt. PINCT.

Improportio i. *Proportio laeſa.* Cum virtus ſenſitiua ex tali improportione habeat contriſtari. PINCT.

Incarnatio i. *Inductio carnis.* Pro eius incarnatione. VIGO.

Incarnatiuus i. *carnem inducens.* Incarnatiua conuenirent. VIGO.

Incarno i. *carnem ſuperinduco.* Deinde incarnetur et cicatrizetur. VALESC.

Inceptio i. *initium.* Hora, qua inceptio exercitii. PINCT.

Incineratio i. *mutatio in cinerem.* Ob infuſam quandam incinerationem ſeu aduſtionem. STEB. Terminus putredinis eſt incineratio. PINCT.

Incinero i. *in cinerem muto.* Vt membra diſſolui videantur et ferme incinerari. STEB.

Inciſiuus i. *incidens.* PINCT.

Incitatiuum. Linimentum ad expellendum nocitiua incitatiuum. BOLOGN.

Incommixtus i. *non miſtus.* Licet, quanto incommixtiores, tanto ſint meliores. WIDM.

Incorporatus i. *intime miſtus.* Donec argentum viuum ſit bene incorporatum. VIGO.

Incorporo i. *miſceo.* Anacardi mel cum pice nauali incorporetur. CVMAN.

Incrudo i. *crudum reddo.* Ne poſtea furiant vel incrudentur humores. SCHELLIG.

Incurſus i. *acceſſio.* Fricatio cerebrum ab incurſu reumatis praeſeruat. SCHELLIG.

In-

Indiſpono i. *male diſpono.* Vigiliae virtutum indiſponunt organa. Schell.

Indubia i. *intybus.* Steb.

Inenentatus i. *vento non agitatus.* Si loca anguſta et inuentata fuerint. Widm.

Infilo i. *filum traiicio.* Si fiſtulauerit, infilandum erit aut incidendum. Gariop.

Infiſtulo i. *in fiſtulam tranſeo.* Ne infiſtuletur locus. Roger.

Inflatiuus i. *tumefaciens.* In ſynocho inflatiua. Pinct.

Inflatura i. *Tumor.* Si ſit inflatura virgae. Petr. Hispan.

Infrigidatiuus i. *frigidus.* Non eſt vtendum cura cum rebus infrigidatiuis. Rhas.

Infrigidatus. i. *frigidus.* A coitu abſtinere debet infrigidatus. Schell.

Infrigido i. *frigidum reddo.* Immoderata quies corpus infrigidat. Schellig. Aer camerae rebus odoriferis frigidis infrigidetur. Id.

Ingenium i. *forma.* Cum aliis ingeniis medicinarum ſolutiuarum. Pinct. Aliud curationis ingenium.

Inglutio i. *deglutio.* Difficultas inglutiendi. Widm.

Ingroſſo i. *craſſum facio.* Quandoque ingroſſantur rhagadiae valde, et quandoque fiunt, ſicut verrucae. Avic. quando emorroydes ingroſſantur. Roland. Ingroſſant labia praeputii. Lanfranc. Tunc ingroſſandus aer eſt irrorando domum cum aqua et aceto. Pinct.

Inguen i. *bubo.* Generant paſſionem inguen. Haly.

Iniectorium i. *ſyringa.* Praedicta cum iniectorio intromittantur. Cavl.

Innaturalis i. *praeter naturam.* Calor innaturalis. Pinct. Calor naturalis et innaturalis. Id.

Innaturalitas i. *mala natura.* Poſthac innaturalitatem humorum morborum naturalium et perinde peſtis principium fingis. Pistor.

Inſanus i. *inſalubris.* Piſces et caſeus ſimul ſumti ſunt inſani. Schellig. Rapunzulorum vſus inſanus. Schell.

Inſenſibiliter i. *ſine ſenſu.* Cauſa faciens dolorem ſenſibiliter euacuata eſt, et reſoluta inſenſibiliter. Pinct.

Inſenſus i. *inſenſibilis.* Sub gradu tamen valde inſenſo. Pinct.

Inſomnietas. i. *ſomni defectus.* Multis inſomnietatibus. Pinct. Maximam inſomnietatem. Id.

Inſtantanee i. *illico.* Pinct.

Intentio i. *indicatio.* Complent intentionem ſolutiui. Pinct. Sublimior intentionum omnium eſt intentio ſumta a virtute. Pinct.

Intrinſecus i. *Internus.* Apoſtema intrinſecum. Avic.

Inuerſatus i. *verſatus.* Pellem praeputii inuerſatam. Argel.

Inuerſo i. *verto.* Si ſub capite virgae fuerint puſtulae, inuerſetur virga. Arnold. Ponamus, quod pellis praeputii non poſſit inuerſari. Valesc.

Inuetero i. *ſenectutem induco.* Medicina purgat et inueterat. Pinct.

Inutilitas i. *noxa.* Quae nocumenta et inutilitates ſequuntur. Pinct.

Irrationabilis. Non ſunt ſcibiles proportiones irrationabiles. Pinct.

Irregulatus i. *turbatus.* Cum corpus noſtrum, quatenus ſaniſſimum, facile irregulatum cadat in aegritudinem. Pinct.

Iulep. Iulep violarum. Schellig.

Iuſtulum i. *Iuſculum.* Gallinarum iuſtula. Widm. Vitelli in iuſtulis contuſi offerantur. Id.

Iuuatiuus i. *iuuans.* De aere, quis iuuatiuus et nocitiuus ſit. Pinct.

Iuuatus i. *Adiutus.* Niſi medicinis optime iuuatus fuiſſet. Pinct.

K.

Karlinus. In aliquibus augmentantur puſtulae in quantitate Karlini. Pinct.

Kili i. *vena caua.* Ex ebullitione facta in maſſa ſanguinaria, exiſtente in venis magnis, praecipue in vena Kili. Pinct.

Kilini i. *vena caua.* Multitudo ſanguinis groſſi terrei, qui pertranſit per venam Kilini per totum dorſum. Pinct.

Killis i. *vena caua.* Per dorſum pertranſit vena magna, in qua ſit diſtentio propter ſanguinis corrupti multitudinem et eius ebullitionem. Pinct.

L.

Labor i. *nimius coitus.* Ego bubones cauſatos ex nimia fatigatione et labore curaui. Cyman.

Laborioſe i. *vehementer.* Laborioſe euacuantibus. Pinct.

Laborioſum i. *vehementer mouens aluum.* Quod pro eorum poſſe laborioſa pharmaca non aſſumant, ſed cum lenibus et benedictis medicinis ſuperfluitates euacuent. Pinct. Laborioſa pharmaca corpori humano inimicentur. Id.

Lapideitas i. *durities.* Humorem collectum in lapideitatem ponit. Vochs.

Largitas i. *amplitudo.* Viarum largitas circa ſeminaria vaſa. Steb.

Lardo i. *Lardum.* Lauetur lardo in aqua ſcabioſae Bologn. cum lardone. Id.

Laridum i. *Lardum.* Laridi pulchri. Bologn.

Lauanda i. *iniectio.* Lauanda pro vlceribus ſit. Cyman.

Laxatio i. *Alui purgatio.* In formica laxetur ſiue euacuetur corpus cum laxatione colerae rubeae. Rhas.

Laxatiua i. *aluum cientia.* Medicus in praedictis laxatiuis poteſt addere vel minuere. Schellig. cum laxatiuis praedictis. Widm. Omnia laxatiua, quae habent violenter et impetuoſe laxare. Pinct.

Laxo i. *Aluum purgo.* Widm. Laxetur corpus ſiue euacuetur cum laxatione. Rhas.

Leniens i. *leniter aluum mouens.* Materia remanens eſt euacuanda cum medicinis benignis lenientibus. Pinct.

Lenificans i. *leniens.* Non exſpolient ſolutiua a rebus lenificantibus et humectatiuis. Pinct.

Lenitio i. *vacuatio alui.* Et alleuiatur dolor apud lenitionem naturae. Alsahar.

Lenitiuum i. *leniens.* Lenitiua partium gutturis et pectoris Schell.

Leptodiaetice i. *Victus tenuis ratio.* Hier. Mont. cliſtere lenſtiuum.

Licinium i. *Puluillus.* Puluere iſto licinia liniantur et loco applicentur. Bologn. Licinia cum eo illinita deſuper faſcientur. Vigo.

Lichinium i. *Puluillus.* Emplaſtratis ex eo lichiniis ſeu falldellis. Bologn.

Limoſitas i. *viſcida natura.* Cauſa huius viſcoſitatis et limoſitatis. Vochs.

Liptotomia i. *lipothymia.* Competens phlebothomia, non tamen vsque ad liptotomiam. Steber.

Litargirum i. *Lithargyrium.*

Lubricitas i. *aluus laxa.* Debita ventris lubricitas. Schell.

M.

Macianum i. *aſtringens.* Poma maciana. Widm.

Magiſtralis. Syrupus magiſtralis. Widm.

Magnificor i. *magnum fio.* Morus canceratur, et ſit doloroſus, et continue magnificatur. Bertap. Magnificantur extrema. Pistor. In exhibitione narcoticorum magnificatur inſlus finis. Pinct.

Malafranços i. *Morbus Gallicus.* Paracels. *et alii.*

Malaſſo i. *Malaxo.* Mont.

Malencholia i. *melancholia.* Pinct.

Malencolia i. *Melancholia.* Pinct.

Malencolicus i. *melancholicus.* A materia malencolica. Pinct.

Malencolis i. *melancholicus.* Pinct.

Malignor i. *malignum fio.* Ex hac cauſa malignatur et mouetur natura. Pinct. Malignatur humor. Vochs.

Malitioſus i. *Malignus.* Et haec apoſtemata ſunt malitioſa et falſa. Avenz.

Manducatiuus i. *rodens.* Species formicae, quae vocatur manducatiua, et iſta corrodit et perforat carnem. Valesc.

Mannale i. *quod manu fit.* Chyrurgia perficitur manuali applicatione. Schellig.

Manutergium i. *mappa.* Caueat, vt manutergiis, quibus puſtulati vſi ſunt, non approximet. Widman.

Marangula i. *Anrantia.* Pinct.

Marasmatio i. *Marasmus.* In membris omnibus totius corporis maraſmatio et deſiccatio erat. Pinct.

Marasmatus i. *marasmo confectus.* Ipſis conſumtis, deſiccatis et marasmatis. Pinct.

Maratrum i. *Marathrum.* Pinct.

Materialis. Cauſae materiales. Pinct.

Medicinatus. Simplicia medicinati componentia iſta vnguenta valent. Pinct.

Medietas i. *Reſiduum.* Ad conſumtionem medietatis. Vigo.

Megeſſus. Scalpantur loca cum megeſſi capite, donec ſanguinem emittant. Haly.

Melancolia i. *Atra bilis.* Cholera permiſta cum melancholia. Avic.

Melliſauium i. *Meliceris.* Theodos.

Memithe i. *Glaucium.* Cum collirio de memithe. Avenz.

Menta i. *Mentha.*

Merdaſengi i. *Ceruſſa.*

Metaura i. *Meteora.* Ariſtoteles primo Metaurorum. STEB.

Methaura i. *Meteora.* PIST.

Minuo i. *Venam ſeco.* In initio baſilica minuatur. CONST.

Minoratio i. *Purgatio alui lenis.* Materiae minoratio fit cum eductione materierum communium et cum euacuantibus appropriatis leuibus. SCHELL. 2. *Deminutio.* Conueniens erit facere minorationem per flebothomiam. PINCT.

Minoratiuus i. *leuiter aluum mouens.* Altera die poſt cliſtere minoratiuum poteſt dari tale minoratiuum. SCHELLIG. 2. *Minuens.* Per flobotomiam minoratiuam. PINCT.

Minoratus i. *deminutus.* Et minoratus eorum euentus in ſenibus. PINCT.

Minoro i. *minuo.* Flobothomia minorat materiem. PINCT.

Minutio i. *venaeſectio.* Minutione ſanguinis facta. STEB. Minutio eſt euacuatio humoris aequaliter augmentati, flebotomia eſt euacuatio vniuerſalis. PINCT. Sanguinis minutio ID.

Mirabolae i. *Mirobalani.* Cum mirabolis Indis. PINCT.

Mirmiceae i. *Acrocordinum ſpecies.* IANVENS.

Mirra i. *Myrrha.*

Mitigatiuus i. *mitigans.* Iſtud eſt verum mitigatiuum. PINCT.

Moderuior i. *recentior.* A praedeceſſoribus noſtris moderniotibus. PINCT.

Mollificatio i. *relaxatio.* Et ſunt emorroides, apoſtemata, ragadiae, mollificatio. MES. Talis materia indiget mollificatione. PINCT.

Mollificatiuus i. *molliens.* Curatur cum temperatis mollificatiuis. LANFRANC.

Mollifico i. *ad ſuppurationem aptum reddo.* Duritiem matricis mollificat et aperit HISPAN. Condilomata curantur diſſoluendo et mollificando. LANFRANC.

Mollipdinum i. *Molipdaenum.* In mortario mollipdino cum eiusdem metalli piſtello terantur. GARIOP.

Mollities i. *relaxatio.* De mollitie et exitu ani. CONST.

Moralis i. *Moro ſimilis.* Melancholicus eſt ſanguis emorroidum moralium. MES.

Morbatus i. *aeger.* In iam morbatis et afflictis hoc graui morbo. PINCT.

Morbillus i. *Morbilli.*

Mordicatio i. *ſenſus mordenti ſimilis.* Et mordicatio percepta in vlcere apud emiſſionem fecum. MES. Cum punctione et mordicatione in locis dictis. ARCVL.

Morfea i. *Morphea.* PIST.

Morfeaticus. Hinc genera morfeatica. PARAC.

Morigeratio i. *Indoles.* Carbo eſt ex apoſtematibus paruis ad formam et quantitatem lupini malae morigerationis. MES.

Mortificatio i. *acrimonia.* Propter ſenſum mortificationis. PINCT.

Mortificatiuus i. *rodens.* Superfluitates, quae fiunt mortificatiuae. VALESC.

Mortificatus i. *mortuus.* Quod locus appareat niger et corruptus, et mortificatus. VALESC.

Mortificor i. *morior.* Dicitur malum mortuum, quia membrum, cui inſidet, mortificari videtur. ROGER. Hoc mortificat, ſiccat et ſanat. CAVL. Et mortificatur ſubſtantia virgae. ARGEL.

Motiuus i. *mouens.* Frigiditas eſt doloris motiua. PINCT.

Mucoſitans i. *viſcidus.* Renes mundificat arenulis mucoſitantibus. PINCT.

Mundificatio. Vlcera ſunt cum mundificatione. AVIC.

Mundificatiuus i. *mundum reddens.* Poſtea mundificatiuum de apio ſuperponatur. LANFRANC.

Muſata i. nuce muſcata. SCHELLIG.

Muſcina. Rubedo muſcina, eriſipila. Signum formicae muſcinae corroſiuae. ALSAHAR.

Muſcus i. *Moſchus.* BLOND.

Muſtilago i. *mucilago.* Miſceantur cum muſtilagine de pſilio. STEB.

Muzum i. *Acerbum ſ. dulcacidum.* Granata acetoſa et muza. SCHEL.

N.

Napus. Virga erat rotunda, ſicut vnus napus. VALESC.

Nauſeatiuus i. *nauſeam faciens.* Cum nauſeatiua repletio et ebrietas ſint malae. SCHELLIG.

Narcotizitas et Narcozicitas i. *ſtupor.* Poſtea narcozicitas ipſum euanuit. PINCT.

Narcotizo i. *ſtuporem induco.* Argentum viuum ratione ſuae frigiditatis et humiditatis narcotizauit. PINCT.

Nemiſſar. Spargendo in pauimento roſas, ſalices et nemiſſar. PINCT.

Neſpilae i. *meſpila.* WIDM.

Nitroſitas i. *acrimonia.* Comitante quadam aduſtione et nitroſitate. STEBER.

Nocitiuus i. *nocens.* PINCT. v. iuuatiuus.

Nodatio i. *Tuberculum.* Puſtularum et nodationum, quae mulierum accidunt cunnis. HALY.

Nodoſitas i. *Tuberculum.* Nodoſitas ano accidit mulierum ex apoſtemate calido. HALY. Primo fiſtulae vocantur, et cum diutius durauerit, nodoſitas vocatur. ID. Cum nodoſitates ex materia melancholica acquirat, PISTOR.

Nutrimentalis. i. *Nutriens.* Humidum nutrimentale. STEB.

Nutritiuus i. *Nutriens.* Motus ſecundum alimentum eſt operatio virtutis nutritiuae. BRACKEN.

O.

Oblugubris i. *Pellucidus.* Luna eſt velut ſpeculum oblugubre. PINCT.

Operatio i. *virtus.* Tanto melius operationem faciet digerendi iſtam materiem. PINCT. Dolor rectam operationem ipſius morbi impedit. ID.

Opilatio i. Oppilatio. Morbi accidentes in eius meatibus ſunt opilatio. BVHAL.

Opilatiuus i. *oppilans.* PINCT.

Ordeum i. *Hordeum.* Ptiſana de ordeo. ALAHAR.

Ordinatio i. *Praeſcriptum.* Ordinatio erit ſingulariſſima talis. PINCT.

Ordino i. *Praeſcribo.* In principio ordinaui hanc receptam. PINCT.

Orizon i. *horizon.* PIST.

Oſſeum i. *ſcrotum.* Ex vlcere cancroſo in virga, et pectine, et oſſeo. CVMAN.

Oxizachara i. *oxyſaccharum.* Cum oxizachara. WIDM.

Oxizacra i. *Oxyſaccharum.* Aquam opii et foeniculi cum oxizacra compoſita. PINCT.

P.

Pallio i. *lenio.* Localibus appropriatis eſt palliandum. BOLOGN.

Paraliſis i. *Paralyſis.* PINCT.

Paſſibilis i. *Penetrans.* Iſta ſpermata ſunt liquida, fluida et paſſibilia. BRACKEN.

Paſſibilitas i. *Vis penetrandi.* Ob varietatem paſſibilitatis corporum merito regionis contractam. STEB.

Paſta i. *Maſſa.* Fiat paſta pillularum. VIGO.

Paternalis i. *vitae neceſſarius.* Actio ruptorii, quae membris paternalibus eſt multum ſuſpecta. PINCT.

Paulatiue i. *ſenſim.* PIST.

Paulatiuus i. *ſenſim eueniens.* Ex paulatiua impreſſione, quaſi conſuetudinaria, facta. PINCT.

Pecia i. *petia.* Extendatur de eis ſuper pecia panni. ALSAHAR.

Pellicaneum i. *Pericranium.* Virulenta materia puſtularum capitis corroſionem in pellicaneo et in carneo capitis ſui manifeſte fecit. PINCT.

Pellicula i. *membrana.* In pellicula vuluae mulieris. PINCT. In pelliculis oſſium. ID. Pelliculae oculorum. PINCT.

Pellis i. *Praeputium.* Morbi in pelle ſunt puſtulae, vlcera, pruritus. BVHAL. Puſtulae aliquando fiunt extra in pelle, vtplurimum intra. VALESC. Inter pellem et caput virgae. VIGO. 2. *Cutis cingens.* Materia venenoſa, quae retinetur inter praeputium et pellem virgae. ARGELAT. Vidi in vno, qui habebat pellem praeputii inuerſatam. ID. Inter pellem et praeputium. VIGO.

Peracutiſſimus. PINCT.

Perfectio i. *Finis.* Perfectio operis. PINCT.

Perfectiuus i. *Perfecta.* Ebullitio perfectiua. PINCT.

Perlatus. Confectio perlata pulueriſata. WIDM.

Permixtiuus i. *Permiſcens.* PINCT.

Permutatiuus. In criſi permutatiua. PINCT.

Pernecabilis i. *Letifera.* Vehemens repletio in qualibet diſpoſitione eſt pernecabilis. PINCT.

Petrificatio i. *Durities.* In iuncturis ſi qua eſt contractio facta. VOCHS.

Pharmatia i. *purgatio alui.* Completur euacuatio cum flobothomia et pharmatia. WIDM.

Phleuma i. *phlegma.*

Phimata i. *phymata.*

Phiſice i. *phyſice.* STEBER.

Phtyſis et Ptiſis i. *phtiſis.* PINCT.

Pillularis i. *Sub forma pillulari.* PINCT.

Piſae i. *Piſa.* SCHELLIG.

Piſcia i. *Acrochordines.* Condilomata aut acrocordina vel piſcia. GARIOP.

Piſtata. Medicinae rumpentes ſunt cantharides, mixtae cum fermento, piſtata et alia talia. PINCT.

Piſtatura i. *Maſſa.* Cum praedicta piſtatura miſce. VIGO.

Piſtatus i. *mixtus.* Parjetaria cum pauco ſale piſtata. CAVL.

Piſto i. *intime miſceo.* Poſtea piſtamus cum ſanguine calido vel butyro. TROTVL. Piſtentur et bulliant cum aqua roſata. STEB. 2. *Coquo.* Panes piſtabantur viſcoſiſſime. VOCHS.

Piſtum i. *Panis ſiligineus.* Nutritus fuit cum bona comeſtione alba, quae hic Romae piſtum. PINCT.

Plagellae. Dein vnguentis et aliis plagellis lanemus. ISAAC.

Plectoria i. *Plethora.* PINCT.

Plectoricus i. *Plethoricus.* PINCT.

Pletoricus i. *Plethoricus.* PINCT.

Pleureſis. Propter pleureſim. PINCT.

Pleuriſis. Dolor et pleuriſis. PINCT.

Pollipodium i. *Polypodium.* WIDM.

Ponderoſitas i. *Grauitas.* Cum caliditate vehementi acuta et ponderoſitate in dorſo. RHAS.

Poroſitas i. *Foramen.* In poroſitatibus membrorum. PINCT.

Porralis i. *porrum referens.* Porrales formicae. SCHELL.

Poſtulae i. *Puſtulae.* PIST.

Potentiale. Cauteriorum potentialum applicatione. SCHELL.

Practicatus i. *adhibitus.* Practicata remedia. BRACK.

Praecuſtodia i. *Praeſeruatio.* In quo oſtendemus praecuſtodiam et praeſeruationem. PINCT.

Praeputium i. *ſummum.* Ex ſummitate vel praeputiis vitis. SCHELL.

Praeſeruatiuus i. *Praeuiſiuus.* Cauſa praeſeruatiua. PINCT.

Praeuiſio. Cauſarum primitiuarum praeuiſio ſiue praeſeruatio. PINCT.

Praeuiſiuus i. *Prophylacticus.* Ex cura praeuiſiua. PINCT.

Primitiuus. Cauſa primitiua. PINCT.

Probleuma i. *Problema.* PISTOR.

Productiuus i. *efficiens.* Cauſae efficientes vel productiuae. PINCT.

Prohemium i. *Prooemium.*

Pronoſtico i. *Praedico.* Medici poſſunt ventura pronoſticare. PIST.

Pronoſticum i. *Prognoſticum.* SCHELL.

Proportionabilis i. *ſimilis.* Vlcera virgae et apoſtemata ſunt proportionabilia vlceribus et apoſtematibus teſtium. MES.

Proportionatus i. *conueniens.* Exercitio temperato et membris proportionato. SCHELLIG.

Proprietarius i. *Proprius.* Per illum influxum caeleſtem determinatum, ſpecificum et proprietarium. PINCT. virtus proprietaria. In [illegible] ac influentia ſuperiori prouenerit proprietaria. ID.

Prouiſiuus. Regimen prouiſiuum ſiue praeſeruatiuum. SCHELLIG. WIDM.

Prouocatiuus i. *euocans.* Sunt vrinae prouocatiua. SCHELL.

Proximalis. Dolores ſunt proximales, non continue, nec acutiſſime affligentes. PINCT.

Pſilium i. *Pſillium.* Mucilago pſilii. ALSAHAR.

Ptiſis i. *phthiſis.* PIST.

Pullices i. *pulices.* Et videntur, ſicut mordicationem pullicum. PINCT.

Pultatio i. *atheroma.* THEODOS.

Pulueratus. Zuccari albiſſimi pulueratı. PINCT.

Pulueriſatus i. *in puluerem redactus.* WIDM.

Pulnerizatus i. *in puluerem redactus.* Apponatur puluis tartari ſubtiliſſime puluerizati. ARNOLD.

Puluerizo i. *Puluerem facio.* Puluerizetur deſuper atramentum et arſenicum. MES.

Punctualis. Termini praedicti non ſunt punctuales. PINCT

Pungitiuus i. *pungens.* Pulſus nimius et pungitiuus. CONST.

Purgatiuus i. *purgans.* Cum ſolutiuis et purgatiuis humorum ſuperabundantia minuenda erit. PINCT.

Purpurea vena i. *media.* STEBER.

Purpureitas i. *Color ruber.* Haemorrhoides vueae ſunt purpurei coloris aut ad purpureitatem decliues. AVIC.

Puſtulatus i. *gallico morbo affectus.* WIDMAN.

Puſtulor i. *in puſtulas mutor.* Ficus frequentius puſtulatur. VALESC.

Putreſcibilis i. *putridus.* Humores putreſcibiles. SCHELL.

Pyriaterium i. *Sudatorii ſpecies.* Ad ſudatoria referenda ſunt pyriateria et ſtubae. MONT.

Q.

Qualitatiue. Materiam etiam in venis qualitatiue exiſtentem. PINCT.

Qualitatiuus. A ſola qualitatiua mutatione aeris. PISTOR. Sola infectio qualitatiua ſufficit. PINCT.

Quariſco i. *Curo.* Et ita quariſcunt. CVMAN.

Quidditas i. *natura.* Quidditas huius aegritudinis occultae. PINCT.

R.

Ragadiae i. *rhagadiae ſ.* ſciſſurae ani. GORDON,

Rarifico i. *rarum reddo.* Vt rarificet cutem. PINCT.

Raſcatus i. *ſciſſus.* Laridi raſcati. BOLOGN.

Raſorium. Vltima medicina eſt ipſum cancrum cum raſorio incidere. ARNOLD.

Ratifico i. *firmo.* Vt ratificentur labia. CVMAN.

Reaggregatio i. *Collectio.* Fiet reaggregatio humiditatis. BOLOGN.

Recepta i *formulae.* Ego videns receptas. PINCT.

Receptiuus i. *recipiens.* Corpus eſt receptiuum qualitatis. PINCT. Receptiua ſuperfluitatum. STEB.

Recidiuatus i. *in recidiuam delapſus.* Nunquam vere recidiuati fuerunt. PINCT.

Recidiuo i. *in veterem morbum incurro.* Vidi plures recidiuaſſe. CAMPEG.

Recluſio i. *concluſio.* Propter recluſionem factam ab vnguento. PINCT.

Recuperatiuus i. *praeſeruans.* De cauſis recuperatiuis, quae vocantur cauſae praeſeruatiuae. PINCT.

Reducibilis. Ad has tres ſpecies ſunt reducibiles. BERTAP.

Rectificabilis i. *Qui corrigi poteſt.* Sanguis eſt rectificabilis per ebullitionem. PINCT.

Rectificatio i. *Correctio.* Cordis et epatis rectificatio. WIDMAN. In eius ebullitione fit rectificatio. PINCT.

Rectificatiuus i. *Corrigens.* Ebullitione rectificatiua. PINCTOR.

Rectifico i. *Corrigo.* Aer habitationis cum rebus odoriferis rectificetur. SCHELLIG. Rectificatur ſanguis. PINCT.

Refrengi i. *Species ſaphati.* SCHELLIG.

Regulator. Quisque in his ſit ſui ipſius corrector et regulator. WIDMAN.

Relinquo i. *Intermitto.* Conſuetas relinquere euacuationes eſt inſanum. SCHELLIG.

Remanentia i. *Reſiduum.* Quod tempus remanentiae humoris poſſit comprehendi. PINCT.

Rememoratio i. *Memoria.* Rememoratione rerum amabilium. SCHELLIG.

Remollitiuus i. *molliens.* Suppoſita diaeta remollitiua confert fomentare locum. CAVL.

Remuto i. *muto.* Saepe remutetur ſupra locum doloroſum. PINCT.

Repercuſſiuus i. *repellens.* Non debemus opponere repercuſſiua in vlcere virgae. ANGEL.

Repletiuus i. *Reficiens.* Balneum repletiuum. PINCT.

Reſolitiuus et Reſolutiuus i. *reſoluens.* Exſiccatiuis et reſolitiuis balneis vti poteſt. SCHELLIG.

Reſolubile i. *Quod reſolui poteſt.* Id, quod eſt reſolubile. VOCHS.

Reſpectiue. De ſubtili, quae eſt groſſa reſpectiue. GADDESD.

Reſumtiuus i. *roborans.* Nutritus fuit nutrimentis humectatiuis reſumtiuis. PINCT.

Reſtaurator i. *chirurgus.* Verrucam, haemorrhoides et excreſcentias matricis reſtauratoribus derelinquo. GORDON.

Retroceſſa i. *intro cedens.* Recluſa et retroceſſa materia maligna. PINCT.

Reubarbarum i. *rhabarbarum.* WIDMAN.

Reuerſio i. *reductio.* ad pellis praeputii reuerſionem. VALESC.

Reuerſor i. *reduco.* Et detumeſcet praeputium, donec per ſe reuerſetur. VALESC. voluit reuerſari. SCHELLIG.

Reuma i. *rheuma.* Incurſu reumatis. SCHELL. ſomnus reuma multiplicat. ID.

Reumatica i. *fluori malo ſubiecta.* Efficiuntur feminae liuidae et reumaticae. Si mulier fluxum patiatur, et vir eam agnoſcat, facile ſibi virga vitiatur. SCOT.

Reumatizatio i. *fluor.* De reumatizatione virgae. ROGER.

Reumatizo i. *deſtillo.* Quando reumatizant humores ad canales virgae. ROGER. Ex humore ad teſticulos reumatizante. ID.

Riſum i. *oryza.* Fercula ex riſo. SCHELLIG.

Rocha et Rochiuum. Aluminis rochae combuſti. VIGO. rochini. BOLOGN.

Rotulus i. *Menſura.* Coquantur in tribus rotulis aquae, et dentur in tribus diebus quolibet die tertia pars rotuli. PINCT.

Rubedo. Rubedo muſcina. RHAS.

Rubeus i. *Subrubra.* Rubea humiditas. MESVE. cholera rubea. RHAS.

Ruptorium i. *rumpens.* Super vnumquemque attritum ponatur parum de vnguento ruptorio. ROLAND. Pes coruinus

cum

cum fermento pro ruptorio. CVMAN. Medicinae ruptoriae rumpentes. PINCT.

S.

Sacellatio i. *Fomentatio calida ſacculi miniſterio.* Euaporationes ex medicinis calidis et ſiccis, ut calefactoria et ſacellationes, vtique ex milio et ſale. PINCT.

Sanguificus i. *ſanguinem generaſis.* Virtus ſanguifica epatis. VOCHS.

Sahafati i. *Tinea capitis.* Sahafati eſt de ſumma bothor vlceroſarum. AVIC.

Sallitus i. *ſalitus.* SCHELLIG.

Saluus 1. *Benignus.* Morum eſt quandoque ſaluum, quandoque malignum et doloroſum. MES. 2. *Bonus.* Si variola eſt velocioris apparitionis, ſalua. PINCT. A uhumatae ſunt ſaluae ſecundum plurimum. ID. bonitate ſunt ſaluae. ID.

Sanguinarius i. *ſanguineus.* In maſſa ſanguinaria. PINCT.

Sanatiuus i. *ſanans.* Puluis ſanatiuus. ISAAC.

Sandalum i. *Santalum.* Modicum de ſandalis addendo. SCHELL.

Scapellatum praeputium i. *retectum. ſ. phimoſis.* Si quis haberet praeputium ſcapellatum. CVMAN.

Scara i. *eſchara.*

Scibile. Creditur hoc eſſe ſcibile, non ſcitum. PINCT. Non ſunt ſcibiles proportiones irrationabiles. PINCT.

Scientificus i. *doctus.* Rationalis et ſcientificus medicus. PINCT.

Scitum i. *Scibile.*

Securo i. *ſecurum reddo.* Euacuatio ſecurat nos ab ipſo nocumento. ARGEL.

Sedatiuus i. *ſedans.* Vnguentum eſt ſedatiuum dolorum. PINCT.

Semicupium i. *Semicupium.* Si ipſum membrum doloroſum, in ſemicupo oleo calido pleno imponatur. PINCT.

Senſibiliter v. *Inſenſibiliter.*

Senſitiuus i. *ſentiens.* Organum virtutis ſenſitiuae. PINCTOR.

Sententiatus. Videtur, quod iam ſit ſententiatum. BLOND.

Senza i. *ſine.* Senza altero. CVMAN.

Separatiuus i. *ſeparans.* Ebullitio ſeparatiua. PINCT.

Sephira i. *apoſtematis frigidi ſpecies.*

Serengi i. *ſaphati humida corroſiua.* PISTOR.

Serpigno. v. *Impedigno.*

Seuatio i. *Steatoma.* THEODOS.

Sicadae et Sicas i. *ficus ani.* IANVENS.

Sigillatio i. *conſolidatio.* Pro vlceris ſigillatione cortices malorum granatorum primum locum tenent. STEB.

Signo i. *ſignifico.* Signat calidum apoſtema. ALSAHAR.

Similor i. *ſimilis ſum.* Quod is morbus elephantiaſi ſimiletur. PISTOR. grano fabae ſimilantur. ID.

Sinae i. *Cinae.* Decoctum radicum Sinarum. HIER. MONT.

Sinapium i. *Sinapi.* SCHELLIG.

Sinchoma i. *Symptoma.* Sinchoma doloris. PINCT.

Sincope i. *Syncope.* ALSAHAR.

Singulariſſimus i. *praeſtans.* Iſta eſt ſingulariſſima medicina in praeſeruatione corporis. PINCT.

Sintoma i. *Symptoma.*

Siricum i. *Sericum.* Quiſque attritus filo de ſirico bene ligetur. ROLAND.

Siringa i. *iniectio.* Fiat talis ſyringa lenitiua. ARDERN.

Siringo i. *iniicio.* Cum tali vino ſiringetur frequenter. VALESC.

Sirupiſo i. *dulce reddo.* Et ſirupiſetur decoctum cum melle roſarum et ſyrupo de fumoterrae. WIDM.

Solutio i. *Purgatio alui.* Solutionem ante puſtularum exitum ad cutem fieri poſſe. STEB. ſolutionem ventris efficiunt ſecundum motum. PINCT.

Solutiuus i. *Leniter aluum mouens.* Medicinae ſolutiuae. PINCT.

Somnoriferu et Somnifera. Quamuis multa pericula ſomnifera inducant. PINCT. Si narcotica et ſomnorifera ſunt. ID.

Sparagus i. *Aſparagus.*

Specificatus. A proprietate influentiae, quae eſt forma quaedam ſpecificata. PINCT.

Spelta i. Multus vſus tritici, ſpeltae eſt vitandus. SCHELL. Puls de farre ſpeltae. WIDM.

Squiballae i. *Scybala.* Maxime apud immiſſionem clyſteris et emiſſionem fecum et proprie ſquiballarum. MES.

Squinancia i. *angina.* PISTOR.

Squinanthus i. *iuncus.* Oleum de ſquinantho. CVMAN.

Stimatiuus. Secundum iudicium ſtimatiuum. PINCT.

Stipticitas. 1. *Vis adſtringendi.* Cum medicinis, in quibus eſt frigiditas et ſtipticitas. ALSAHAR. Non poſthabita modica ſtipticitate. STEB. cum quadam cutis confortatione, hoc eſt, modica ſtipticitate. ID. 2. *Obſtructio alui.* Vbi non eſſet ventris ſtipticitas. SCHELL.

Stipticus i. *Adſtringens.* Sedet in aqua ſtiptica. ALSAHAR. Empiaſtretur cum rebus modice ſtipticis. ID. cum aliquo rob ſtiptico. SCHELLIG.

Stuffo et Stupho i. *foueo.* Stuffentur membra omni ſero. BOLOGN. Non eſt abſurdum totum corpus ſtuffari. ID.

Stuppa et Stupa. Supra poſita prius ſtuppa cannabina. BOLOGN.

Stuphaet Stufa, et Stuffa i. *balneum calidum.* Cum maxima cautela ſtuphae et thermarum balnea ſunt quaerenda. SCHELLIG. balneum ſtuphae ad prouocandum ſudorem. WIDM. Non ſic laudo balneum ſtuffae. ID. Stufas nimis calidas. STEBER.

Subactualis. In aurora ſub actuali caliditate. WIDMAN.

Subductiuus i. *educens.* Sunt ventris ſubductiua. SCHELL.

Sublimo. i. *expello.* Reſoluitur et per fauces ſublimatur. VOCHS.

Subſtantifica. Corporis humectatio ſubſtantifica. WIDMAN.

Subtiliatio i. *Tenuatio.* PINCT.

Subtiliatiuus i. *attenuans.* Ordinas ſubtiliatiua. VOCHS.

Subtiliatus i. *tenuatus.* Vapores ſubtiliati. ID.

Subtilio i. *attenuo.* Sit cibus infirmi, quod ſubtiliet ſanguinem praeter acumen. ALSAH. Subtilietur aequaliter mercurius. BOLOGN.

Subtilis i. *Tenuis.* Impletur aqua ſubtili. BRVN.

Subtiliſo i. *tenuo.* Digerere, ſubtiliſare et mollificare ipſam materiam. PINCT.

Subtilitas i. *tenuitas.* Propter pellis illius loci ſubtilitatem. VALESC.

Succicum i. *bubo axillaris.* Apoſtema ſub aſcellis dicitur, vt verbis popularibus vtar, ſuccicum. CLEM.

Suitferi i. *Helueti.* ERASM.

Sulfur i. *Sulphur.* WIDM.

Stuelli i. *Licinia.* Et ſtuelli ſiue licinia in eo medicamine ne tingantur, et inciſione ponantur, circuituque vlceris et ſupra ſtuellos ponantur ſtuppae plures. BOLOGN. Stuelli plures liniti in albumine oui ID.

Supercalefactio. i. *Calor ſ. inflammatio.* In ſupercalefactione virgae. GADDESD.

Superemplaſtro i. *Superimpono.* Semen agni caſti, quando in aqua coquitur et ſuperemplaſtratur. VARIGN.

Superfluitas i. *q. Superfluitas.*

Superfluitas i. *copia.* Cum in membro aliquo principali erant ſuperfluitates. ARGEL. omnibus ſuperfluitatibus corporis expulſis. SCHELL.

Superfluus i. *nimius.* Cauſantur a coitu ſuperfluo. GALEAT.

Superliniatio i. *inunctio.* Aut ſuperliniatio, ſi ſit in collo. CONCOREG.

Superpuluerizo i. *puluerem inſpergo.* Super vlcera virgae cinis cucurbitae ſiccae ſuperpuluerizetur. VARIGN.

Suſceptiuus i. *ſuſcipiens.* Ob partium raritatem ſpongioſam humorum facile ſuſceptiuam id euenire certum eſt. STEB.

Symboleitas i. *ſimilitudo.* Quam ſymboleitatem habent febres peſtilentiales et carbunculi Franciae? VOCHS. In his morbis nulla eſt ſymboleitas. ID.

Syntomatum i. *Symptoma.* Tu morbo et ſyntomato vis obuiare vno remedio. VOCHS.

T.

Taberzed. i. *ſaccharum album.* Zuccari taberzed. SCHELL.

Taroli i. *Caroli.* Puſtulae, quae in pudendo vulgo Taroli appellantur, quia continent ſordem quamdam albam, craſſam, figura vermiculi, qui ligna erodit, vulgo Tarlo. ANDR. CAESALPIN.

Tempto i. *Exploro.* Temptetur cum tenta. ROLAND.

Tenta 1. *Specillum.* Temptetur cum tenta. ROLAND. Tenta plumbea ſiue argentea. BOLOGN. Impoſitione tentarum rarae et ſiccae ſubſtantiae exiſtentium. ID. Tentis cannulatis de braſſica, de plumbo, de argento et ſimilibus. ID. 2. *Cereus.* Si orificium eius ſit ſtrictum, aliqua tenta de cera immittatur, vt ſanies ad exteriora melius educatur. ROLAND.

Teorica i. *Theorica.* PIST. et PINCT.

Terbentina i. *therebinthina.* WIDM.

Terebentina i. *Therebintha.*

Terma i. *thermae.* Quoddam eſt aereum, quod balneum terma vel ſtufa dicitur. PINCT.

Terreſtreitas i. *Terrae abundantia.* Habent virtutes inducendi ſiccitatem et terreſtreitatem. PINCT.

Ter-

Terreſtritas i. *Terrae abundantia.* Sunt habentecs maiorem terreſtritatem. PINCT. In materia coniuncta maior ſiccitas et terreſtritas. ID.

Theologiſantes. PISTOR.

Therebenthina i. *Therebinthina.* VIGO.

Thimos i. *Thymus.* IANVENS.

Thulullae i. verrucales formicae. SCHELLIG.

Thuthia i. *Tutia.* SCHELLIG.

Thymiamatice i. *Doctrina de ſuffitibus.* HIER. MONT.

Timea i. *Thymus.* IANVENS.

Timoroſus i. *periculoſus.* Hoc apoſtema eſt valde timoroſum. BRVN. De ſpeciebus variolarum timoroſis eſt. PINCT.

Tineſmos i. *Teneſmus.* BOLOGN.

Tiriaca i. *Theriaca.* Vſu tiriacae. PINCT.

Topinaria i. *Talpa.* Auxilia, quae faciunt aduerſus talpam ſeu topinariam capitis. VIGO.

Trachearteria i. *Aſpera arteria.* In partibus gutturis, et yſophagi, et trachearteriae. PINCT.

Traganthum i. *Tragacantha.* PINCT.

Traiectorium i. *Siphunculus.* Mundificatiua debent intromitti cum traiectorio. VALESC.

Tranſitus i. *meatus.* Fit ex humore acuto effuſo ad veſicam et tranſitus vrinae, qui ſunt in virga. ALSAHAR.

Trifera i. *triphera.*

Triplicitatas. Coniunctio ponderoſorum in triplicitate aquea. PISTOR.

Trociſcatus i. *trochiſcatus.* Agarici trociſcati. VIGO.

Trociſcus i. *trochiſcus.* Trociſci affrodillorum. CAVL.

Trumbos i. *Thrombus.* Cum trumbis. CAVL. thrumbis omnibus remotis. ID.

Tuberoſitas i. *tuber.* Cum tuberoſitatibus chiroticis. VIGO.

Tucia i. *Tutia.* VIGO.

Tyriaca i. *Theriaca.* SCHELLIG.

V.

Venenoſitas i. *natura veneni ſimilis.* Qua putredine materia melancholica quandum eſt nacta venenoſitatem. STEB.

Ventoſae i. *Cucurbitae medicae.* MES.

Ventoſitas i. *Craſſus humor.* Iectigatio ex ventoſitate incluſa. BVHAL. Debilitantur ex vrinae concluſione ventoſitatem non egerentis. GARIOP. Quandoque apoſtemantur ex ventoſitate. ROGER. Aliquando repletur virga ventoſitate groſſa. LANFRANC.

Ventoſo i. *flatus genero.* Solent materiae groſſae plerumque ventoſari. W[illegible]

Verificatus i. *Certus.* Abſque rubedine verificata. AVIC.

Vermocane i. *morbi ſpecies.* DOGLIONE.

Verrucalis i. *verrucae ſimilis.* Melancholia eſt emorroidum verrucalium cauſa. MES.

Verulentia i. *virulentia.* SCHELL.

Veſcica i. *veſica.* Fiunt ex admixtione humorum corruptorum veſcicae. LANFRANC.

Veſicalis i. *Veſicae ſimilis.* A phlegmate fiunt emorroides veſicales. MES.

Veſicans i. *Veſicam excitans.* Et eſt formica veſicans. MES. Puſtula flegmonica, mala, veſicans. CAVL.

Veſicatio i. *veſica.* Cum dolore verſuto, ardore et veſicatione in circuitu. CAVL.

Veſico i. *veſicam refero.*

Vigoratiuum i. *excitans.* BOLOGN.

Vigoro i. *Excito.* Id vigorat digeſtionem. WIDMAN. Debet virtutem ſufficientiſſime vigorare. PINCT. 2. *Augeo.* Si vis exſiccationem vigorare. VIGO.

Virtuoſus i. *virtutis ſtudioſus.* Et faciat hominem virtuoſum. PINCT.

Viſcoſitas i. *viſcidus humor.* Piſces euiſcerati cum ſale aſpergantur, vt ab eis viſcoſitas remoueatur. SCHELLIG. Quia phleuma per ſui viſcoſitatem adhaeret membris. PINCT. Olei viſcoſitas. ID.

Viuifico i. *ſuſcito.* Per accidens aqua frigida calorem ipſum viuificare poteſt. PINCT.

Vltimitas i. *ſummum.* Corporibus pertingentibus in vltimitatem plenitudinis. PINCT.

Vndimia i. *frigidi apoſtematis ſpecies.*

Volatica i. *impetigo.* v. *Dembeda.*

Vſtiſſima. Illa materia non erit tantum terrea, nec vſtiſſima. PINCT.

Vualis i. *Vuae ſimilis.* Haemorrhoides vuales.

Vueae i. *vuae ſimiles.* Haemorrhoides diuiduntur in verrucales, vueas et morales. AVIC.

Y.

Ypocras i. *Hippocrates.*

Yſofagus i. *oeſophagus.* Suffocatio magna in partibus gutturis et yſofago. PINCT.

Z.

Zaphati i. *Saphati.* PISTOR.

Ziniar i. *Aerugo aeris.* Accipiatur de alumine pars vna, et decima partis ipſius Ziniar. ALSAHAR.

Zuccara i. *Saccharum.* Cum zuccara alba fiat ſyrupus bene coctus et clarificatus. PINCT.

Zuccarinus i. *Dulcis.* Aluminis zuccarini. VIGO.

Zuckaris i. *Saccharum.* Colaturae addatur zuckaris. STEBER.

Zuccarum i. *ſaccharum.* Imponendo modicum de ſale vel zuccaro. SCHELLIG. Cum zuccaro fiat ſyrupus. PINCT.

Zukarum i. *Saccharum.* Succus cardui cum aqua roſarum et zukaro confert. CVMAN.

INDEX

RERVM MEMORABILIVM

A.

Acrocordines, quid 25.

Acrochordon, quid 8. 9. 10. 11.

Actrices. v. *Attriti.*

Albaras, quid 23.

Aldea alcohſi, tucpis morbi genus 17.

Ani morbi, qui 19. 20. 31. inde per negligentiam fiunt vlcera veretri maligna 20.

Anthrax, quid 27.

Aphthae, propriae morbo gallico 39. 49. malignae 52.

Apoſtemata, genitalium ex coitu 8. 53. natium 12. virgae ib. 29. ab humoribus deſcendentibus naſcuntur 13. 17. matricis ex multitudine coitus 14. 29. ani et labiorum 14. vuluae ſunt multiformia 19. vnde naſcantur ib. inguinis fit ab metaſtaſi et impuro coitu 23. ab vlcere virgae 24. teſticulorum 24. 31. oſſium in venereis 39.

Argentum viuum, eius qualitates et vires 109. eſt duplex, artificiale et minerale ib. per inunctionem curat morbum gallicum, quando 110. tollit dolores et puſtulas, ſed non integre ib. v. *Morbus Gallicus.*

Atrices v. *Atricus.*

Atricus ſ. *Attritus*, quid 21. 25. 29. 31. eius curatio ib.

Aſaf, quid 14.

B.

Balnea, fugienda in morbo gallico propter infectionem 43. 62. variae eorum ſpecies 111. non iuuant in morbo gallico ib. frigidum minime ib. calidi ſpecies ſunt humidum, aqueum et aereum 111. nocet humidum calidum in quoque morbi gallici ſtadio ib. magis in declinatione 112. ſemper noxia ſtupha ib. noxia mineralia ib. iuuat balneum de grotta ſub finem in doloribus membrorum tempore veris et autumni ib. inconueniens balneum ex vino vniuerſale, vtile particulare ib. inutile oleoſum vniuerſale, vtile particulare ib.

Berrugas, idem, quod bubas 130. offendit frontem, nares et aures 130. eſt variae magnitudinis 130. 141. Indis proprium malum 162.

Bothor, quid 26.

Broches, quid 32.

Bronchocele, in Alpium incolis ab aqua mercurio grauida 148.

Buas, v. *Bubas.*

Bubarus, eſt morbus gallicus 33.

Bubas, quando ortus 54. venit ex India 129. 162. naſcitur ab coitu impuro ib. communicatus cum Gallis bello Neapolitano ib. ibi repertum medicamen a ligno Guaiaci 129. 133. eſt variae magnitudinis 130.

Bubo, oritur ab metaſtaſi 23. 33. ab foeda meretrice ib. 52. ex conſenſu ib. ab vlcere virgae 24. 33. non timeri debet ib. abit in ſuppurationem 33. ab pudendorum vlceribus ſine ſuſpicione 39. ab puſtulis virgae 52. vlceratus 53. debet aperiri 135. et maturari 136. fit ex contagione, cholera vel ſemine corrupto ib. eius ſigna 136 quomodo naſcatur ib. non fit, ſi extus eſt materia ib.

Bughe, morbus Indorum 132. 133. idem, qui gallicus 132. contagioſus ib. Columbi militibus delatus in Hiſpaniam 132. 133. curatur ligno Guaiaci 132. 133. ab Hiſpanis in Italiam venit et in caſtra militum 133.

C.

Calefactio, vuluae 7. fit ab coitu impuro 28. 126. facit puſtulas vlceratas ib. virgae cum inflatione, quomodo curanda 127.

Cambucca, fit ab materie bubonis 136. eſt bubo, ſed ſolo loco diuerſa ib. vnde cognoſcatur ib. eius ſequelae ib. curatio ib.

Cancer, ſedis 11. eius ratio 21. in ore matricis 14. membrum virile occupat 21. 22. 24. 32. eius curatio ib. 25. 31. fit ex coitu impuro 24. deſtruitur igne ib. praeuia inciſione 25.

Caracaracoles, quid 116.

Carbunculus, quid 8. 14. 24. veretri 9. pudendorum 10. 52. vuluae ib. eſt idem, qui pruna et ignis Perſicus 14. non iuuant reprimentia 39.

Caroli, quid 126. fiunt ex coitu mulieris calidae et nouiter menſtruatae ib. curantur rodentibus 127. naſcuntur in virga 52. in praeputio 53.

Caruncula, naſcitur foede 18. in ore matricis ib.

Cinnabrium, eius vehementiſſima effecta in pictore 147. hinc tabes et mors ib. in cadauere nulla viſcerum labes ib.

Clauus, verendi virilis 9. muliebris 11.

Coitus, eius noxae 30. figurae inconuenientes ib. inde vlceratio et inflatio virgae ib. v. *Morbus Gallicus.*

Condyloma, quid 6. 26. 29. memoratur ap. veteres 7. 8. 9. inguinum 9. vnde oriatur 9. ad os vteri 10. in feminis 11. ani ib. 23. vteri 12. differunt a ficis 23. gallicum oritur ſub corona 39.

Contagium, proprium morbo gallico 39. 48. 65. 86. ab veſtibus et linteaminibus infectorum 45. 49. v. *Morbus Gallicus.*

Coſſi, faciei in gallicis 53.

Cruſtae, infantum gallicae 53.

D.

Deglutitio, difficilis ſaepe in morbo gallico 52.

Dentes, fiunt a ſaliuae fluore mobiles 39.

Dolor, articulorum venereus 40. 74. eius cauſa difficilis explicatu ib.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

E.

Elephantia, eius ſpecies eſt morbus Gallicus 38. 39. 77. et aeque violens 40.

Exanthemata, genitalium 10.

Exitura, vnde fiat 15. eius ſpecies ib. eadem cum apoſtemate 16. cum puſtula 17. quid 18.

F.

Ficus, Cinaedorum 7. in ano 7. 23. 29. 31. in locis verecundis 9. 23. quid 10. 22. 24. 25. reperiur exterius et interius 22. curatur, vt haemorrhoides ib. eſt cum carnoſitate 23. eorum figura ib. 24. et curatio ib. 24. ſedet ſupra praeputium virgae et ſuper caput 24. eſt mollis et dura ib. tranſit in cancrum ib. vnde 24. ſed et circa foramen ani inter nates cum ſanie 25.

Filiu noctis, quid 14.

Fiſſura, v. *Rima* et *Rhagadium*.

Fluxus, pudendorum 12. ab hoc ſub coitu virga vitiatur 19. et fetus ib.

Foeditas, virgae ab coitu impuro 28.

Formica, quid 9. 11. 14. 15. 19. 23. 26. 27. 28. 30. pudendorum 10. operatio 11. 12 19. vuluae 12. ſpecies eius miliaris 14. ambulatiua, corroſiua 14. 16. 22. 29. 30. ſigna 14. 18. 27. curatio ib. curatur forfice ac ferro 22. differunt formica miliaris, pruna, ignis perſicus, veſica, et quomodo 23. eſt interdum maligna 23. cum infectione et vlceratione 25. fit ab materia venenoſa ib. eſt herpes malus 27. ineſt morbo gallico formica vlcerata 128. maxime miliaris 40. 41. proditur morbus puſtulis formicalibus 47.

Formix, eſt noli me tangere 22. valde contagioſus, ori aduerſus ib.

Frons, eius excreſcentiae in morbo gallico 64.

Fugile, quid 16.

Fungi, in venereis 39.

G.

Gallicus morbus, eius veſtigia ap. veteres 1. origo dubia 3. 40. 54. controuerſiarum compoſitio 37. non ſemper idem 38. ſcabiei ſpecies ib. 39. oleo medicamen ib. eſt elephantia 38. 39. 77. incipit a facie 39. ignotus medicis 39. 40. 54. 57. 65. foedat faciem et cutem puſtulis cum et ſine dolore articulorum 39. 54. ſpecies leprae 39. 60. 77. epidemia 39. 76. 77. 120. oſſa corrumpit 39. 67. ortus a venere, nouus ib. ſumme periculoſus ib. facile redit ib. empiricis propria curatio ib. facit condylomata, marifcas, rhagades, vlcera, fungos 39. ſaliuae fluor opportunus ib. oritur ex humoribus vitiatis ib. aphthas facit ib. 40. dentes a ſaliuatione mobiles ib. aegri tremuli, hinc et paralytici 39. vua corripitur ib. iuuat haemorrhagia oris ib. rodit hepar ib. fit ex contagio 39. 48. 65. 86. gonorrhoea ſub hoc morbo crebra 40. vlceratio penis 40. glans caduca ib. morbus nouus 40. 47. 57. 63. 65. 85. fit ex impuro concubitu 40. 44. aeque violens, vt elephantia ib. adiuncto dolore et iactura membrorum 40. eius ſynonyma 40. 47. 48. 52. 54. 55. 65 72. ex formicarum genere maxime miliaris 40. 41. puſtulis contagioſis per contactum ſe prodit ib. 43. 47. ab Inſubribus ad Gallos venit 40. 63. figura, color puſtularum a capite incipientium 41. 65. ſympromata ib. cauſae ib. 48. 61. curatio praeſeruatiua ib. 62. conuenit tenuis diaeta 43. ſerum caprinum ib. et purgantia 44. non conuenit fricatio 43. fugienda balnea propter infectionem ib. 62. imaginatio 44. et exceſſiuus coitus ib. curatiuum regimen 44. ſuffumigium cubiculi ob foetorem puſtularum bonum, capitis malum 44. ſalubris aer frigidus ib. 45. inficiunt veſtes et linteamina 45. 49. cura puſtulae vlceratae et non vlceratae 45. vnguentum ex mercurio caute adhibendum 46. quando ortus 47. 54. 61. 64. puſtulas fecit formicales ſ. aſafaticas 47. ab aſtris 47. 52. 58. ſeq. 64. 66. 74. 78. 82. 85. pertinet ad ſaphati 48. 77. 81. eſt exſloratio in toto corpore ib. ſigna diagnoſtica et prognoſtica 48. bona et mala ib. haemorrhoides bonae ib. incipit cum dolore genitalium et apoſtemate 48. praeſeruat ab lepra et cancro puſtularum prouentus ib. infecti ſeparandi a ſanis 49. primum in plerisque genitalia offendit ib. purgatio et venaeſectio prohibet puſtularum prouentum 51. ſaepe adeſt difficultas deglutiendi et tumor apoſtematoſus 52. excoriatio oris et puſtulae ib. aphtha maligna ib. puſtulae epidemiae incipiunt ſub praeputio, vt veſiculae 52. vlcerantur, vt formica ib. chronicae ib. carbones inguinum ib. bubones ex puſtulis virgae et coitu 52. caroli in virga ib. vlcera penis et ſcroti cancroſa ib. praeputii tumor ib. cruſtae infantum 53. apoſtema inguinis et bubo ib. bubo vlceratus ib. vlcera virgae ib. caroli praeputii ib. phimoſis ib. ani cruſtae et rhagades ib. excreſcentiae ib. coſſi faciei ib. leproſi fugiunt infectos 54. Gallis proprius 60. peſtilentiae affinis 61. fugienda aegrorum domicilia ib. inficit aerem 62. eſt contagioſus 63. 65. hinc inde diffuſus 63. biennis cum puſtulis, vlcere, dolore iuncturarum 63. verrucis 64. excreſcentia in fronte ac cum fluore putido ib. cortice in mentula ib. cum vlceratione mentulae 65. 68. varia remedia empirica ib. chirurgorum ib. homines infecit et vrbes Germaniae ib. incipit ab glande tumefacta in puſtulas et putidam ſaniem reſoluta ib. proditur colore mutato ib. diapaſmate ſiccatum penis vlcus ſequuntur verrucae cutis ib. curatur cum emplaſtro ex mercurio ib. veniunt dolor crurum et tubera dura 66. trahitur in biennium ib. 67. quare multiformis et varie coloratus dictus 66. occultatur per quatuor menſes ib. verrucula tranſit in puſtulas 67. veſtimenta fluore ſaniei polluit ib. facit quatuor ſpecies ib. eſt cum dolore horrendo, noctu grauiori rheumatiſmo, cephalaea ib. ſiccatio noxia ib. optimum prophylacticum ſudatorium 68. venaeſectio in principio bona, in ſtatu noxia 67. optime euocatur ad cutim 68. medendi via ib. decreta regis Galliae contra luem 69. ſeq. regis Angliae 71. peſtis hoc tempore ſaeuiit ib. curatio empiricorum audax 72. non eſt lepra, morphaea, phlegmon, heriſipila vel ignis perſicus ib. non eſt cancrena, anthrax, glandula 73. non ſaphati, impetigo vel ſcabies ib. puſtulae fiunt ex humorum plurium corruptione ib. ſunt diuerſae in figura, mollitie, duritie, virulentia, colore, ardore, dolore, vlceratione ib. cauſſa diuerſitatis, quaenam ſit ib. in calidioribus regionibus prius erumpit morbus, ſerius in frigidis 74. materia eius multiplex ib. prophylaxis conſtat obſeruatione rerum nonnaturalium 74. morbus non eſt acutus ib. non iuuat venaeſectio et alui purgatio in eius principio ib. quando vtraque liceat fieri 75. cura abſoluitur ſiccatione vlcerum ib. fugiendum argentum viuum ib. morbus peſtem et venenum participat 78. naſcitur ab corrupto aere 81. 83. non eſt morbus vnus, ſed ſumma diuerſitas materierum et puſtularum 81. dici poteſt apoſtema venenoſum 83. eſſentialiter laedit operationem prouentu primo 84. viſus inde ab a. 1494. eſt 86. cur dictus ſit Gallicus 86. inſignis erat doloribus acerrimis et puſtulis in variis corporis partibus 87. eſt tertia ſpecies variolarum, aluhumata 87. 88. cur aſſimilatus eſt ſaphati 88. eſt ſine febre 89. 93. influentia aeris rariſſima ib. rara ebullitio ſanguinis 89. 90 naſcitur ex humore melancolico 90. non cernitur in pueris, raro in ſenibus 90. cauſae ſunt externae occultae 91. morbus a. 1483. apparuit ib. cepit in genitalibus ib. pendet a coniunctione planetarum 92. incepit a. 1494. non 1496. durabit ad 1500. morbus ib. dubium, an coeperit in Italia, Francia, Hiſpania ib. epidemicus ob planetarum coniunctionem ib. cur non vbique deprehendatur 93. prouenit in quocunque homine 93. effectus et euentus ignoratur 93. ſigna incipientis mali puſtulae in mento, praeputio, vulua et dolor pedes occupans 93. 94. 95. appetitus integer 94. puſtulae differunt ab aliis ib. apparent poſt nonum diem, raro iugulant 95. quaenam bonae vel malae ib. curatur difficile morbus vetus ib. fugiendus aer impurus 96. et conſortio ib. exercitatio 97. cibus generans choleram nigram et malus 98. vnguenta frigida narcotica ib. rarius venaeſectio vel purgatio lenior 99. pro praeſeruatione caſſia fiſtulae 100. cauendi motus animi 101. diſponunt immunda corpora 102. eſt contagioſus morbus 102. infectus homo inficit homines conuerſantes et ſtantes cum eo ib. liberi manent ſecluſi et incarcerati ib. propagatur aere, dormiendo, comedendo, praeſertim poſt moram quandam 102. maxime coitu ib. femina difficilius inficitur ib. morbus eſt difficulter eradicandus 103. bono cum euentu expellitur ad cutim ib. iuuat ſub initio ante puſtularum prouentum venaeſectio 103. minime poſt eruptionem variolarum 104. eaque minor ib. purgatio ante quartum diem ib. reditus puſtularum ad interiora non adeo periculoſus ib. exitus iuuandus 105. per varias criſes materia expellitur ib. raro deſtruitur oculus, et oritur albugo 106. magis in gutture perforatio, in ore vlcera et alcola ib. etiam vlcera narium, apoſtemata pulmonum, phthiſis, diarrhoea, ſed rariſſime ib. maxime dolor ib. hinc digerenda materia ib. ſtupefactiua caute danda ib. irritae tales vnctiones 107. ſaepe hae tollunt morbum ib. varia vnctionis loca ib. 108. varia ex argento viuo vnguenta 108. ab eo ſuffocatio ib. materia eius ſaepe virulenta, rodens, vt cancroſa 109. curatio per inunctionem, quando 110. per balnea non confert 111. 112. noxiae vaporationes ex medicinis calidis et ſiccis 113. poſt dolores ſequuntur ſaepius tumores duri et parum dolentes 113. curantur cauterizatione 114. maxime per actualia cauteria ib. haec vltima medicina, ceteris irritis ib. diu tenere oportet vlcera manantia ad auferendum dolorem ib. fit in foſſa colli contra dolorem capitis ib. in aliis locis, ſi alio loco dolor ſedet ib. noua aegritudo a. 1492. detecta 115. dubia origo ib. not. torquet iuncturas artuum cum vlcere totius corporis cancraenoſo 116. contagio a coitu in genitalibus primum ib. in ſenibus inſanabilis ib. ab Hiſpanis prouenit ib. reperitur in Hiſpaniola ſimilis morbus 116. excitatur ſtimulantibus ad naturalia applicatis 116. ingruit morbus gallicus a. 1493. puſtulis purulentis, pruritu artuum, dolore cute foedis exaſperata cruſtulis et tuberculis ib. coepit ab inguine ac glande ib. contactu infecit vicinos ib. morbus longus, non mortifer 116. apparuit a. 1494. doloribus ac puſtulis 118. iisque vlceroſis, cruſtoſis ib. non eſt lichen 119. pro lepra habitus 120. ab genitalibus ortus ib. aegri, vt leproſi, ſegregati ib. ſcorpius cauſſa morbi 120. nobiles coitu offendit ib. carbunculus Franciae, vnde ib. ortus ab frumentis ib. perpetuus erit 121. eſt morbus grauis, recidiuans ib. male vnguento ex mercurio in aeſtuariis calidis curatur ib. vſque ad ſaliuationem ib. fit vnctio per totum corpus vel in iuncturis ib. linitione extremitatum 122. veniunt inde vlcera in ore ib. praeparantur loca ante illitum ib. vnguntur ad ignem ib. donec dentes dolere incipiunt ib. vitetur frigus ib. ſuperaddantur ſtuffae ib. accidentia poſt vnctionem venientia, quomodo curanda 122. cur fiat ab mercurio ſaliuatio 123. redeunt poſt annum vlcerationes 124. morbus eſt contagioſus ib. nouus 124. coitu contractus ib. ex Hiſpania Neapolim delatus ib. notus inde ab nauigatione Columbi ib. foedus puſtulis vlceroſis variae figurae et naturae 125. hereditarius ib. maxime propagatus coitu ib. mortifer, apud barbaros ib. incipit dolore ac tumore, poſt vlcere ib. nomen Africanis ignotum ante Iudaeorum expulſionem ib. ab coitu factus endemius ib.

ex Hiſpania veniens ib. aduenarum contagione ac ſiderum infectione ib. ſimilis mentagrae 125. propagatus accubitu et venereo contactu ib. incipiens ab genitalibus ſerpigine rodens ib. notatus vlcere oris, puſtulis et cruciatibus artuum exteriorum et interiorum ib. curatus vnguento mercurii triduano ib. dubium, an ex India vel ab Iudaeis ib. incidit cum puſtulis carbunculoſis virgae et praeputii 126. cum carolis ib. talpa 127. et verruca 128. remedia ad dolores ib. eſt contagioſus coitu, ſed tantum in principio ſcabiei ib. non eſt amplius, ſi dolores, vlcera et tubera vrgent ib. refert formicam ib. et verrucas in facie, fronte et collo ib. vt lichen, vultus, colla et pectus occupat 129. dicitur milium ib. opiniones de origine variae ib. incidit poſt inundationes et imbres crebros, poſt intemperiem calidam et frigidam 129. varia mali nomina ib. ex oriente ad Gallos peruenit cruciatibus nocturnis inſigne ib. cum vitae pernicie inuadit, ſaepe repullulat ib. eius curatio per diaetam tenuem et medicamenta reſoluentia, praeuia venaeſectione ib. citior medicina ab vnguento mercurii ib. hoc cauendum debilibus ib. praeſentiſſima medicina ab ligno 130. adhibetur cum abſtinentia, victu tenuis materiae et purgatione ib. vitatur aer ib. cum foetore cubiculi ib. cauendi lecti infectorum ſordidi ib. foeda et ad viuum expreſſa aegri imago 130. 131. dicitur ſcabies Hiſpanica 131. vel Indica 134. et poſca Gallica vel Hiſpanienſis 131. eſt contagioſa et recidiua ib. propagatur oſculo, colloquio, contactu, poculo communi, linteis, pectine, forcipe, lectis communibus ib. crebra in his vnguenta ib. eſt leprae genus 132. ducitur honori ib. hinc miſſa Iobi introducta ib. proditur puſtulis foedis ib. varia eius nomina ib. apparuit a. 1495. in Francia 133. primum vehementiſſimus, ſucceſſu temporis mitigatus ib. curatus Guaiaco 134. in morbo attendenda purgatio, cura et conſeruatio ib. mercurius praecipitatus dulcis in eo ſummum arcanum ib. morbus non inſanabilis 134. facit morbos venereos laruatos ib. a Gallis ortus ib. natus ex duplici lepra ib. et coitu, non aſtris ib. ſedes in vulua ib. quinque puſtularum genera complectitur 134. contrahitur actu venereo et tactu externo ib. conceptione, partu, lacte, veſtibus, lectis, vaſis, inſtrumentis, ſudore, vapore, ſpiritu, vtenſilibus 134. 135. 136. eſt hereditarius et contagioſus 134. 136. immedicabilis eſt connatus 135. et qui a partu eſt ib. puſtulae incipiunt a pudendis, curantur ſolo mercurio 134. icterus et herpes non curatur, niſi ſubacta materia venerea ib. dantur plures luis gallicae ſpecies 135. vnguentum ſumtum ab ſimilitudine ſcabiei ib. fugienda ſuffumigia, cauſtica ib. etiam adhibitus mercurius ſublimatus ſpiritu vini miſtus ad lauandas puſtulas ib. Itali et Germani aggreſſi ſunt balneo ſudatorio ib. non iuuant cantharides impoſitae, nec emplaſtra Saturnina ib. nec purgantia, niſi addito mercurio ib. bubo debet aperiri ib. peruerſa methodus ducit ad hydropem et dolorem laterum ib. miaſma venereum nouos morbos ingenerat ib. non fit ab alimentis ib. non ab quatuor humoribus 136. fit deterior Guaiaci decoctione ib. nec curat radicaliter 136. incidit a. 1484. nec eſt aſtralis 135. non differt ab lepra, ſed luxuria et coitu propagatur ib. fomes in ſemine ib. hinc puſtulae ib. non ſunt ſemper gallicae ib. ſunt variae formae, figurae, materiae, mutabiles, varie ſanandae ib. a ſimilitudine nomen adeptae ib. in curatione attendenda aetas ib. apparent, vt bullae ib. hinc curatio varia ib. fit ab tranſplantatione ib. ſola origo ab coitu, partu, tactu 136. variae eius formae, antequam lues venit ib. complicatur cum aliis morbis ib. ſigna morbi incipientis 136. cura puſtularum fit ſolo ſpiritu mercuriali ib. bubo ſemper a coitu 137. fugienda repellentia ib. cauſſa morbi princeps humor melancolicus ib. materia primum deponitur ad genitalia et frontem ib. ſigna praenuncia ib. in aliis citius, in aliis ſerius tollitur ib. puſtularum color varius ab vario humore ib. curatio fit ſeptem modis, decocto, balneo laconico, ſuffumigio, vnguentis, ligno Guaiaci et duro regimine ib. ineſt rheumatiſmus et vitium oris ib. eſt contagioſus ex coitu ib. non eſt lichen Graecorum 137. 138. 139. apparuit a. 1493. primum in Gallorum exercitu 139. 143. morbus nouus et incognitus ib. inſignis dolore artuum intolerando et puſtulis in pube et aliis partibus, ſed ſine pilorum defluuio ib. varia eius nomina ib. non nouus morbus 139. ortus ex dyſcraſia humorum 140. inſignitus puſtulis et vlceribus circa pudenda primum, deinde circa caput, os et reliquum corpus ib. natus ex coitu maxime ib. lichen eſt ſymptoma morbi gallici ib. fit cum gummatibus et vlceribus ib. incipit ab obſcenis partibus primum ib. defertur a pene ad caput ib. ſanies maligna effluit ib. eſt hereditarius ib. cum mariſcis ſanguinem ſtillantibus ib. balneum Piſanum noxium, vt omnes aquae ferreae 141. magis proficuum decoctum Indicum ib. prae vnguentis probatur ab nobilibus ib. mercurius ſemper aethiops, et malus ib. adhibitus olim in mala ſerpigine ac malo mortuo ib. ad vlcera, praecipue oris, ſuffumigium ib. zarzaparilla medetur 141. 142. Indis proprius puſtuloſus morbus 141. lues indica dicenda, non morbus gallicus ib. iuuat Guaiaci aqua ib. Iguanae eſus reuocat dolores venereos ib. eſt morbus totius ſubſtantiae 142. contrahitur ſolo concubitu aut alio impuro contactu ib. non nocet inſpiratu, ſed humore in parte nuda depoſito ib. pertinet ad morbos contagioſos occultos 143. non eſt epidemicus vel venenatus morbus ib. dubia origo ab Americae inſulis ib. forte a ſcortatione ib. dubia, quae apud Neapoli repetitur ib. nullus ſine coitu, ne in virginibus quidem ſacris ib. nullus ab alimentorum vitio ib. lues alia fuit prima, et quae inſecuta ib. nunquam exſtinguetur ib. color affectorum liuidus et ſubniger 143. cauſſa non eſt intemperies hepatis ſicca ib. aliquamdiu latet in corpore, repente tamen contrahitur 144. prodit ſe primum loco contagii 144. vlcere vel alio ſymptomate ib. tuberculis duris et vlceribus exedentibus ib. cauſſa eſt venenata qualitas, attactu et contagione contracta ib. inhaereſcit in humore aut alio quouis corpore ib. maxime fit venereo concubitu ib. nutrix ab infante, Infans ab nutrice recipit, obſtetrix in partu, condormiens a ſudore, ab oſculo ib. nocet tantum in nuda et aperta parte liquore allito ib. lues perniciosiſſima, quae ab obſcenis vel interioribus partibus inchoat 144. prodit ſe primum quadam puſtula ib. inficit humores et ſolida ib. varia ſymptomata et ſucceſſiua ib. etiam viſcera interna ſunt puſtulis vlceribusque foeda 144. nemini adnaſcitur, niſi ab contagio ib. rarius occupat pueros, ſenes, caſtos, ſaepius ſalaces ib. inficit impurus purum, aeque impurus minime ib. hi ſine offenſione congrediuntur, ſed puros inficiunt ib. etiam lues fit ab ſcorto nondum inquinato, ſi nouus ab impuro ſcortatore coitus fit ib. ſaepe cute nulla impuritas in lue inueterata ib. aliquos cito deſerit, vel diu tenet, vel in totum abſumit ib. eſt in Italia et Hiſpania mitior, in Germania grauior ib. luis quatuor ſpecies 145. cuiusque notae ib. haeret diutius occulta ib. quomodo ab aliis affectibus internoſcatur ib. curatio per hydrargyrum primum inſtituta crudelis 146. grauia exinde ſymptomata reſidua ib. lues facile ſanatur, quae maculis et puſtulis interſtincta, aegrius, quae doloribus et tumoribus ſcirrhoſis moleſta, difficillime, quae oſſium carie ac exeſione inſignis 149. in confirmata lue deteguntur vlcera et tubercula in internis viſceribus 150. in curatione attendendum ad corporis habitum et humores exſuperantes ib. vnde, curata lue, ſcirrhus lienis et herpetes maligni in manibus ib. minus ſufficiens curatio per purgantia et ſyrupos 150. et per tenuem diaetam, et decoctum chinarum ib. potior ſalus ex guaiaco ib. remedia contra maerorem et tumores infectorum 161. corrupta conſumenda vrenti medicina 162. iuuat guaiacum ex vino decoctum ib. morbus traxit originem in Inſula Hiſpaniola 163. ex coitu ib. ibi endemius, a Columbo in Hiſpaniam delatus ib. ab Hiſpanis ad Gallos ib. varia eius nomina ib. varia ſymptomata ib. ſumme contagioſus ib. notus puſtulis capitis et cutis, ib. doloribus, abſceſſibus ib. datur lues fera et mitior ib. eius cauſſae variae et ſigna ib. magis effera in calidis hominibus ib. ſine febre 164. dolor noctu maxime affligens, quare ib. concedenda eſt inedia moderata ib. methodus medendi per euacuantia, decoctum guaiaci et radicis ſinae ib. decoctum ſumendum in lecto ib. ab vlcere venereo conſumtus penis, venter totus et inguina vſque ad vmbilicum ib. reſiſtunt mercurio ib. nomen morbi gallici ridiculum 158. eſt vetus morbus ib. nequaquam ortus ab aſtris ib. non ab Indis ib. magis ab humorum vitio et contactu ib. requirit victum tenuem ib. *inepta curatio per ius ligni Indici* ib.

Genitalium. putrefactio ab coitu 31. 32. 40. varia vitia 40. vlcera ib. in mulieribus ib. puſtulae primum apparent, et quare 74. eroſa et clauſa 85. contagium morbi gallici in his primum erumpit 49. v. *Morbus Gallicus*.

Gonorrhoea, Moſis et Dauidis, quae 4. Celſi 5. oritur ex coitu 20. crebra in morbo gallico 40.

Guaiacum, prima ex eius decocto ſalus 150. eius inuentio ib. ad luem Indorum vnicum remedium ib. botanica deſcriptio ib. non dantur eius differentiae 151. continet gummi ib. vnde adferatur ib. vires eius ib. tollit luis puſtulas, tubercula, vlcera, dolores ib. praeparatio ib. medicorum de viribus diſputatio 152. curationis via, quomodo *inſtituenda* ib. exhibetur duplex decoctum ib. fugienda ſub eius vſu venus ib. ſudor vna eliciendus ib. non eſt noxium vinum ex guaiaco 162. inepta curatio per iuſculum guaiaci 158. nec vniuerſalis ib. non impedit recidiuas 159. vtilitas ab adiectis rebus ib. reddit morbum deteriorem ib. non eſt medicamen temperatiſſimum, non alimentum ib. non eſt ſpecificum ib. eſt mere reſoluens 160. v. *Morbus Gallicus.*

H.

Haemorrhoides, earum ſpecies 8. vuluae 11. cauſae 13. 27. ſunt verrucales, vueae, morales, veſicales 13. 15. 23. 30. hae ex infectis ib. non naturales 40. matricis, earumque medela 15. 18. 119. magis ſunt vlcera ib. vnde generantur 15. aſſimilantur moro ib. ſunt verrucae clauoſae ib. ex antiquis haemorrh. fiunt verrucae 18. haem. veſicae fiunt ex coitu nimio 20. cancerantur ex *coitu ib.* in morbo gallico bonae 48.

Herpes, quid 23.

I.

Icterus, copulatur cum morbo gallico 134. non curatur, niſi ſubacta materia venerea *ib.*

Ignis perſicus, quid 16. 23. ſigna 17. curatio ib. eſt apoſtema 22. 25. parum differt ab pruna ib. eſt periculoſum ib. idem, qui ignis infernalis et ignis S. Antonii 25. non eſt morbus gallicus 72.

Iguana, eius eſus reuocat dolores luis Indicae ſopitos 141.

Immundities, poſt coitum quomodo praeſeruanda 24. 28.

Impetigo, eius diuerſa ſignificatio ap. Arabes et Salernitanos 23. quid ſit ib. 25.

Incendium virgae, quid, et eius curatio 27. hinc ſtatutum regium 32.

Indorum lues, venereae perſimilis et endemia 150. curatur ſolo guaiaci decocto ib.

Infirmitas nefanda, eius poena 32.

Iuanò, animal Indicum 133. ab eius eſu naſcitur morbus buas ib.

K.

Κεδμᾶτα, quid 5.

L.

Lepra, ſpecies eius morbus gallicus 39. 60. 77. 130. leproſi fugiunt gallicos 54.

Lichen, morbus menti 7. differt a morbo gallico 87. eſt idem 128. occupat primum pudenda, deinde reliquum corpus cum magno dolore 128. etiam vultum, exceptis oculis, colla et pectus foedo furfure 129.

Lues venerea, eius veſtigia ap. veteres 1. incerta origo 3. variae opiniones ib. quomodo lis componenda 37. lues non ſemper eadem fuit 38. ſub initiu elephantiae ſimilis ib. iungitur cum duris abſceſſibus et dolore 165. cum gumoſitatibus, vlceribus et puſtulis ib. ſcirrhoſis tumoribus et nodis ib. ſcabie 166. vexat infantes et pueros ib. remedia ad cauendum contagium ib. v. *Morbus Gallicus.*

Lupanaris, Auenionenſis ſtatuta 26.

M.

Malum mortuum, eſt ſcabiei ſpecies 21. 24. 25. vnde fiat ib. facit circa tibias et crura puſtulas ib. 24. 25. inflat glandulas inguinis 24.

Mariſcae, in cinaedis 6. in venereis 39. ſtillant ſanguinem, non leuant 140.

Mercurius, facit in venereis ſalinae fluorem 39. vnguentum caute adhibendum 46. dulcis praecipitatus ſummum arcanum 134. ſolus curat puſtulas francigenas 134. cura ſumta ab ſimilitudine ſcabiei 135. ſemper aethiops et malus 141. minuit ardorem, et ſiccat vlcera, auget deſtillationes et articulorum dolores 143. eius vires vehementes et noxiae 146. medium de eius vſu iudicium optimum 147. agit quadam venenata qualitate 148. hinc bronchocele in Alpium incolis ib. duplex eſt ex plumbo conflatus et ex mineris extractus 148. hinc foſſorum contracturae ib. eſt actu refrigerans ib. noxae ab vapore in fabro aurario ib. in mulieribus ab illitu ib. febrem arcet ib. poſtulat maiorem purgantis medicinae copiam, et quare ib. vnde tremor 149. mouet affrictu ſaliuam ib. v. *Morbus Gallicus.*

Milium, eſt morbus gallicus 129.

Moeror, ſymptoma morbi gallici 161.

Molles, qui 7.

Morbi contagioſi, ſunt manifeſti et occulti 142. ad hos pertinet lues venerea 143.

Morbi matricis, qui 13. 14. 19. 27. 31. pruritus in ore cum tumore ex coitu 14. apoſtemata ib. 15. 18. 20. 26. cancer ib. verrucae et puſtulae in ore matricis 14. 15. vlcera ib. haemorrhoides, earum medela ib. vlcera diuerſa 15. corroſio ab humore acuto 16. 17. haemorrhagiam letalem facit ib. vlcera, eorum ſigna 16. 28. extant in ore ac fundo ib. apoſtemata diuerſi coloris et vlcera 20. caliditas ib. excoriatio, quomodo cognoſcitur ib. apoſtema fit ab nimio coitu 26. 27. et retento ſemine ib.

Morbi venenati, dantur tres 142. ſimpliciter tales, contagioſi, peſtilentes ib.

Morbi veretri, quales 13.

Morbus femininus Herodoti et Hippocratis, qualis fuerit 5.

Morbus formicalis, quando appelletur 14.

Morbus gallicus v. *Gallicus.*

Morbus Scytharum v. *Morb. feminin.*

Morphea, eius varia ſignificatio et definitio 23. 28.

Morum, quid 14. 16. 31. naſcitur in ano, vulua et capite virgae 14. 16. eſt benignum et malignum ib. *fit* in locis raris 31. interdum canceratur 31.

Myrmecia, veretri 9. qualia 11. 25.

N.

Nodi, in ano 12. 15. vulua ib. quomodo curandi 15. in virga 33.

P.

Paralyſis, fit a ſalinatione 39.

Penis, eius inflammatio 6. tumor 6. 7. vlcus 6. 7. 9. 10. cum exeſa glande ib. cancer 6. 7. 9. callus 6. 7. 9. carbunculus 6. 7. 9. 10. θυμιον ib. fiſtula 10. lapſus ab vlcere carbunculoſo ib. tuberculum in interna penis parte ruptum et purulentum 11. eius morbi puſtulae, vlcera, pruritus, in variis locis 13. tumor ex coitu 14. corroditur cum defectu apicis 18. in venereis vlceratur cum puris fluxu 40. perit glans ib.

Peſtis, in Italia 38. multos abripuit ib.

Phagedaena, penis 6.

Phimoſis, quid 8. in morbo gallico fit 53.

Phygethlon, penis quid 6. 8.

Phymata, circa glandem 6. 8. purulenta ib.

Plumbum, eius vires noxiae 147. dyſenteria exinde orta et colica ib. icterus etiam ib.

Porri, virgae ab coitu impuro 23. 33.

Praeputium, eius clauſura 28. curatio per circumciſionem ib. tumor ab coitu venereo 52.

Pruna, quid generatim ſignificet 16. quomodo differat ab igne perſico ib. varia eius figura et forma 23.

Puſtulae, foedae, vnde, et quomodo curandae 18. in praeputio ac glande ib. ſunt benignae et malignae ib. inde fit perforatio praeputii 18. ſimiles ſunt capiti thymi 19. oriuntur ab humore, haerente inter praeputium et pellem virgae 23. 33. ab coitu impuro ib. 28. 32. eius ſymptomata et curatio ib. inuerſant virgam 24. faciunt cancrum ib. teſticulorum 25. puſtulae malae venereorum 40. varii coloris et formae 48. carbunculoſae inter pellem et praeputium virgae ex coitu immundo 126. hinc ſequitur fluxus ſanguinis et corruptio ligamenti, hinc neceſſaria inciſio et cauterizatio ib. ſequitur inflammatio vehemens inter caput virgae et pellem a puſtulae materia venenoſa, rodendo ſubſtantiam 126. ſunt aſiaticae 47. ab lepra et cancro prouenientes 48. epidemiae ſub praeputio, vt veſiculae 52. vlceratae, vt in formica ib. chronicae ib.

R.

Ragadia, ad anum naſcentia 6. 7. 9. 28. 30. 53. in matricis orificio 7. 10. 15. 30. quid 8. vnde 9. 17. 31. praeputii 10. muliebrium ib. 40. mutantur in condyloma 10. remedium ſuperſtitioſum 12. qualia 13. virgae 13. ani, quomodo curanda 15. vnde oriantur ib. vuluae fiunt ab pene magno ib. et propter abuſum veneris 30. et humore ſanioſo ib. curantur ligaturis 28. in virga 30. ad anum in venereis 39. in cinaedis 40.

Rhagades. v. *Ragadia.*

Rima, pudendorum 8. 12. praeputii 12. matricis 14. in ore matricis ib.

S.

Sahafati, quid 16. 126. oriuntur in capite ac fronte 27. 48. in collo et facie, praeſertim circa naſum 126. ex hoc genere morbus gallicus 47. 48. 77. 81. 126. eius ſpecies ib. eius curatio 127.

Saphati v. *Sahafati.*

Scabies Gallica v. *Gallicus morbus.*

Semen, corruptum eſt, vt venenum 30. cauetur coitu moderato ib. eſt cauſſa prima morborum venereorum 37. multi morbi ſeminales ib.

Sera, quid 14.

Serpigo, eius definitio et ſignificatio 23.

Sikudae; *ſikas*, quid 25.

Spartaparilla, nullius frugi in curando morbo gallico 169.

Sperma, duplex, generatiuum et pruriginoſum 136. ab hoc bubo ib.

Sterilitas, fit ab haemorrhoidibus et excreſcentiis matricis 26. eſt inſanabilis ib.

T.

Talpa, fit a morbo gallico cum corruptione oſſis 127. eius curatio ib.

Teſticuli, eorum vlcera 8. 31. inflammatio 11. apoſtema 16. nigredo et putredo 18 quomodo curanda ib. inflatio ab humore rheumatico huc delato 21. induratur 24. puſtulae multae 25.

Thymus, in obſcenis 6. eſt verruca 8. vnde nomen 9. eius formae ib. in ano et glande 10. 11. praeputium intus et extus occupat ib. eius curatio ib. ſedet in alis, pudendo, ore vteri ac collo 10. eius natura ib. oppoſiti in praeputio 11.

Topinaria v. *Talpa.*

Tremor, a ſaliuatione 39.

V.

Variolae, ſpecies tres 88. tertia facit morbum gallicum 87. cur et quando bis veniant 88. ortus earum 89. a ſanguine menſtruo ib. multiplicantur ab aeris diſpoſitione 89. non fiunt in aetate decrepita 90. viſae ſunt in ſene ſexagenario ib. non fiunt in vtero 90. cauſae, quae ib. ſigna communia, quae 93. variolae et morbilli differunt colore, loco, quantitate, forma 94. ſigna prognoſtica 95. an venaeſectio poſt quartum diem 104.

INDEX RERVM MEMORABILIVM.

Venena dantur intro ſumta et halitu, et tactu noxia 142. varii eorum effectus ib.

Verrucae ani, ap. veteres 7. 17. formicariae 8. in pudendis 10. in vrethra faciunt ſtranguriam 19. virgae, curantur per phagedaenica 128. colli, faciei, frontis, accidunt in principio morbi gallici 64. 128. ſequuntur ab ſiccato vlcere penis 65. tranſeunt in puſtulas 67.

Virga, eius pruritus, et vnde 13. quomodo curatur 17. apoſtemata et corroſio ib. 19. 24 125. deteriora, quae in radice ib. quomodo cognoſci debeant 13. ſunt iuncta cum ſtranguria ib. ambulantia, maligna ib curatio ib. ragadiis patet ib. verrucae quomodo ſanandae ib. bothor in capite eius cum fluore ſaniei 14. 16. vlcera ib. quomodo ſananda 15. ſunt etiam maligna ib. inſenſibilitas eius, quomodo perſananda 16. foramina ab abundantia humorum ib. vlcerum notae 17. puſtulae variae 17. 24. vitiatur ab coitu cum femina rheumatica 19. inflatio cum excoriatione ac foraminibus ſub praeputio 20. rheumatiſmus hic facit puſtulas et apoſtemata 21. eius curandi via ib. cancer, fiſtula, puſtulae, verrucae, orificii ſtrictura, quomodo ſananda ib. verrucae et puſtulae intus 21. 22. inflaturae cura ib. cancer, eius cura 22. 24. ſunt molles et durae in capite praeputii 22. porri, quomodo curandi 23. ficus, tranſit in cancrum 24. vlcera, quomodo tollenda 24. 27. puſtulae inuerſant virgam 24. morbi eius et cauſſae 26. ab impuro coitu ib. 29. apoſtema cauetur applicatione tentae 26. haemorrhagia ib. incendium 26. morbi virgae 27. vlcera, quaenam mala 27. incidere malum eſt ib. foramina male conſolidantur 27. ficus 28. calefactio et foeditas ab impura femina ib. eius cura 28, vlcera et puſtulae fiunt aliquando cancroſae 29. mortiferae ib. curationis via ib. vlcera oriuntur ab vlcere vuluae poſt coitum ib. 33. ſaepe penetrant 33. lapſus ib. pruritus et calefactio in morbo gallico 128. cum cortice coniunctae excreſcentiae 64. et vlceratione 65. 68.

Vlcera ani, varia 11.

Vlcera matricis, in orificio 14. in inguine ib.

Vlcera naſi, virulenta formicoſa corroſiua 127. fiunt frequenter ex morbo gallico confirmato ib. cum deſtructione naſi ib. etiam ex alia cauſa, quomodo curanda ib.

Vlcera penis, in morbo gallico cancroſa 52.

Vlcera pudendorum, qualia ap. *Hipp.* 5. ap. veteres 7. 9. 10. putrida ex diutino morbo 8. putrefacta Herodis ib. Apionis ib. fiſtuloſum *Galerii* ib. ſicreti 9. praeputii et glandis 10. depaſcentia ib. ſordida ib. ab coitu impuro 10. circa coronam 10. intra pudendi foramen 10. penis 12. ſerpentia ib. cum excoriatione iuncta, quomodo curanda 127.

Vlcera ſcroti, cancroſa in morbo gallico 52.

Vlcera venerea, ſunt profunda et caua 143. curantur remediis ſiccantibus ib.

Vlcera virgae, in morbo gallico 53. v. *Virga*.

Vua, correpta morbo gallico 39.

Z.

Zarzaparilla, medetur venereae contagioni 141. 142.

F I N I S

IENAE.

TYPIS GOEPFEDTII.

/nebst Laeſin./